Perilluſtribus, ac Prudentiſsimis

# FABRIANENSIS SENATVS A CONSILIO VIRIS, ET SINGVLIS QVIBVSQ; NOBILISSIMIS FABRIANI CIVIBVS.

## IOSEPHVS PHAVORINVS S.P.D.

*PRIMVM ex Platone boni ciuis officium, praſtantiſſimi Fabrianenſes, cum in eo videatur locatum, vt omnium totus ſit innixus vtilitati; pro viribus curaui ſemper, ne ab hoc ipſo recederem, verùm ad hoc vnum accederem, in dieſq; magis incumberem: Acceſſi ergo, tunc verò primùm, quum benè agendi mihi patefacta via, nil aliud praſtiti, quàm in dicendo, ſcribendo, agendoq; ſimul quorumcumq; vtilitati conſulere; dixi enim pluribus ab hinc annis, qua mihi dicenda in ampliſsimis, Philoſophia, & Medicina Gymnaſijs, legendi munus, in practica factitanda medicina ſubminiſtrauit; Scripſi, qua non pauca data occaſione à plerisq; leguntur; Egi, qua veſtro etiam nomine ſcripptis nunc iterum mandare coſtitui, quid reſtat? Si dicere fas eſt, quod cecinit Pindarus.*

Faxint Dij, vt canentem
Me meis hymnis, bonis liceat conuerſari.

*Hymni etenim mei ſunt, lucubrationes mea, complures edita, complures edenda, nunc mea iſt hac, de Tuenda Vrbanorum Virorum Valetudine Methodus noua, parua, & accommodata, ex cognitione ſui ipſius, & eorum, qua proſunt, & abſunt; Methodus, ni fallor, a nemine tacta, à nullo excogitata; quamobrem vt cum eodem Pindaro dicam, & benè dicam.*

Auri ſibi copiam optent alij, agros alij
Infinitos, ego Ciuibus placens.

*At quomodo placens? his dictis, ſcriptis, actis; quae tamen vobis quoq, prudentiſſimis Fabrianenſibus dicata volui, & quia vrbani eſtis, ſub Illuſtriſſimi atq; Reuerendiſſimi, non minùs quàm vrbaniſſimi Comitis LVCRETII PEPVLI Apoſtolici Referendarij gubernaculis conſtituti, (hinc enim in dies magis veſtra fulgeſcit vrbanitas, quando melius ex Platone ſit, regi à vi-*

*ro optimo, vrbanissimo dixerim ego, quàm lege optima), & quia ab vrbano principe, vt semper existimaui, ducitis ortum, ab I A N O, inquam, Vrbanorum omnium primo, quo de ita sapienter Plutarchus. I A N V S apud antiquos, siue Dæmon, siue Rex, vrbanus fuit, & perbenignus, à ferina, & agresti vita dicitur, homines ad aliam meliorem reuocasse, quare eum bifrontē effingunt, tamquàm qui alterā ex altera viuendi rationem instituerit, vrbanam scilicet, qualem vos omnes excolitis: Vrbani enim, Quintiliano auctore cum sint, qui vrbanis imbuti sunt moribus, & in quibus nil absonum, nil agreste, nil incultum, inconditum, vel peregrinum, neq; sensu, neq; verbis neq; ore gustu q; deprænhendi potest, vos ne dum vrbanos, & qualis I A N V S per benignos, sed horum principes Vrbs omnis, & orbis vniuersus agnouit, hinc meritò apud omnes celebratum Fabriani nomen, á I A N O tamqnam Fabro, vrbano, & perbenigno, a quo iudicio meo Fabriani nomen, quamcu mq; adepti fueritis vrbanitatem: At cur non à I A N O, & Fabro? Multa sunt (& ita me scribere cogit amor) vel si antiquiorum paginæ contiescant, quæ à I A N O, qui fuit Noē, vos ortos prædicant, illud autem primum, antiquissimum, & omni memoria confirmatum, præclarissimum Fabrianensium insigne, Faber nimirum cum integra officina fabrili, incude, malleo, follibus, ac reliquis, quæ non nisi ab I A N O vos ortos testantur; ferunt siquidem antiquiores omnes Macrobius, Fabius Pictor, & alij, vnusq; inter recentiores Ioannes Pierius Valerianus, vir grauissimus, I A N V M Fabrum fuisse clauium, clauorum, atq; serarum, & ad pudorem, & sanctitatem domorum valuas, seras, & claues excogitasse, vnde à I A N O ianua: quæ cum ita sint, hoc vestrum insigne, à I A N O vos ortos insculpit; cumq; litterarum monumentis constet, hunc I A N V M in Italiam venisse, docto in eius gratiam canente Nasone,*

At bona posteritas puppim signauit in ære
Hospitis aduentum testificata sui,

*multosq; adhuc in Latio, peregrinum licèt hominem, recepisse honores & Colonias in Hetruria fabricasse, pollicitumq; fuisse ex Beroso Anniano, totum per orbem Colonias traducturum, neq; lateat ex Macrobio, Romam accessisse, vrbemq; Ianiculam tunc vocatam condidisse, vnde Poëta*

Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit Vrbem,
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

*eum, inquam, hæc satis superq; pateant; minimè ambigendum ab I A N O tante parente Fabrianenses natos, & à Fabro I A N O Fabriani nomen deductum. Neq; hac in re deterrent me à sententia mea grauiores auctores, qui nullam de Fabriano habuerint memoriam (de antiquioribus loquor) quandoquidem, vt Iosephus primo de antiquitate benè conscripsit. Post diuisionem linguarum, quo tempore viuebat I A N V S, passim dispersi sunt homines Colonijs nusquam non deductis, & quò quemq; sors, & Deus tulit, eam terram cum suis occupauit, vt tam maritima, quàm mediterranea cultoribus plerentur: Sed vbi Fabrianum? in his, quæ sequuntur. Porrò gentium q*

da

nē properāt, insinuatūrā imperānti seruientis obsequium, ac totius Fabrianēsis populi SANCTITATI VESTRÆ, Principi suo nobilissimo, Religiosissimo, Sanctissimo, optimo, maximo, nullo non tempore obsequentissimi gratiosiora faciendi voluntatē. Interim vt de SANCTITATE VESTRA, quod de Iustitia cecinit Pindarus, dicam,

O amica menti tranquillitas iustitia,
Magnas vrbes conseruans,
Filia, consiliorumq; & bellorum
Habens claues excellentissimas.

Vale; nam Sic tui ad exemplum totus componitur orbis, in quo sanè, magnæ VESTRÆ SANCTITATIS virtutes, quoniam non possunt hac vna sermonis breuitate celebrari, hominis interioris mei osculo sanctissimos, humilitate quacumq; deosculans pedes, iterum, atq, iterum, quoad vires valent, pro Christianæ totius Reipublicæ, orbisq; vniuersi salute, & incolumitate exclamo,

Viue, diuq; vale, meritos Deus addat honores
In cœlis, quos terra dedit, firmetq; per æuum.

Fabriani die secunda Ianuarij clɔ lɔc.xx.

# IN PRAECLARISSIMA ET INVICTISSIMA PAVLI QVINTI PONTIFICIS OPTIMI MAXIMI STEMMATA.

IOSEPHI PHAVORINI
Octastichon.

ALES celsa Iouis sublimia scandere docta
Protegit, atq; bonos ducit ad astra viros,
At sœuus, magnusq; Draco terrestria calcãs
Torquet, & absumit, qui bonitate carẽt
Id sibi portendunt præclaro in Stemmate Bruta
Βροτοῖς, quæ præsunt cunctis in orbe duo.
Ergo age Mortalis, quæ sunt virtutis amore
Fac bona, te pœnę terreat atq; timor,

Et

# PAVLO QVINTO
## PONTIFICI OPTIMO
## MAXIMO.



*IOSEPHVS PHAVORINVS SVBDITVS, AC SERVVS HVMILL.*
*Perpetuam D felicitatem.*

PARVA isthæc Methodus, BEATISSIME PATER, de Tuẽda Vrbanorum virorum valetudine, quo iure SANCTITATI VESTRÆ, Vrbanorum omnium Principi, Vrbis, & Orbis maximo, atq; supremo coriphœo ab homine tenuissimo, ac minimo dicata sit, nullus non certè mirabitur, SANCTITAS enim vestra, vt Pricipũ Princeps, Menandro vel auctore, est animata Dei imago, ad Imperiumq: terrarum orbe in vniuerso nata; qui Methodum dicat, humillimus, subditus, seruus, ad obsequium procreatus. Ita re vera est; homines etenim quemadmodũ habetur in l. Libertas de statu hominum, licèt ad imperandum magis, quàm seruiẽdum nati esse videantur, alij tamen ex Philosopho in Politicis ad imperium, alij ad obsequium nati sunt. Ceterùm quoniã, & qui imperãt, & qui seruiũt

✠ 2 non-

non poſſunt tot, tãtiſq; bonis (ſi cum Plutarcho loqui fa[illegible]
eſt), quæ à Dijs hominibus largiuntur in terris, nec frui
nec vti rectè, ſi deſit Lex, Iuſtitia, Princeps, lex, vt principi
opus, Iuſtitia, vt finis legis, et Princeps, vt Dei ſimulachrũ
adminiſtrantis vniuerſa; hęc omnia, cum in te vno, velut
micantiſsimo ſidere, vrbem, orbemq; illuſtrante mirifice
fulgeant, effecère, vt Methodum ſeruus, qui propè nihi[l]
eſt, auſus fuerit, qua maiori vnquam licuit obſeruantia, hu-
militate, ac reuerentia Sanctitati Vestræ dicare, atq; ſa-
crare; Lex namq; mandauit ſeruo quàm minimo, vt per
vires conceſsum, ſeruiendum (ex liberalitate autem De[i]
optimi maximi, per hanc methodum, ab ſit iactantia, con
ceſſum), Iuſtitia hanc ipſam offerendam iuſsit quacumq;
animi modeſtia illi ipſi, qui vrbanitatis omnis extat exẽ-
plum; Princeps hanc ipſammet in ſui, & ſubditorũ gratiã
debet attendere; vt enim benè valente capite in corpore,
reliquum benè valet, ac viget; ſic principe integra, & in-
culpata fruente valetudine, qui principi famulantur, ea-
dem fruuntur, & perfruuntur: Et quamuis perfecta bo-
nitas, veraq; in primis religio, ſummum iudicium, abſo-
luta doctrina, ſuprema potentia, & indicibilis prudenti[a]
quæ ſupremum te faciunt Principem, ſatis, ſuperq; ſin[t]
vel in optimo valetudinis gradu Sanctitatem Vestram ſ[er]-
uare, & aſſeruare; (ita vt redundans mea, & aliorum,
ſuſcepti huius argumenti generis Methodus videat[ur]
& lectio) quoniam tamen non iniucunda eſt, [illegible]
vno, hilaris ad Vrbanorum omnium Principem, no

ne

# DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE

*METHODVS NOVA, PARVA, ET ACCOMMODATA*

Quinque Sectionibus digesta.

*Ex cognitione sui ipsius, penès ea, quæ sunt in corpore, & eorum, quibus constitutum est corpus, Membris scilicet, Humoribus, & Spiritibus; Illorum, quæ vnicuiq; prosunt, & obsunt, in genere, & in specie, toti, ac partibus; Rectiq; omnium vsus, quæ prosunt in specie, vel absq; Medicorum opera, & diligentia.*

Cum Dioclis epistola ad Regem Antigonum, in gratiam quoq; vulgarium ab Auctore commentata, & morbis omnibus vtrorumq; specificè præcauẽdis, Veneno præcipuè, Morbo Gallico, Peste, & ijs, qui ex lassitudine, ob longius iter, vel exercitationem proficiscuntur.


AVCTORE

IOSEPHO PHAVORINO FABRIANENSI

In almo Perusino Gymnasio primùm, in Ferrariensi mox, vespertino, primario, & ordinario Practicæ Medicinæ Interprete, atq; in Patrio Solo nunc professore.


*Cum Capitum Indice, rerumq; magis memorabilium.*

AD PAVLVM QVINTVM. PONT. OPT. MAXIMVM.




FABRIANI, Ex Typographia Cæsaris Scaccioppę Anno M. D. C. XX.

*AVCTORITATE DOMINORVM SVPERIORVM.*



# INDEX CAPITVM



INDEX CAPITVM TERTIAE SECTIONIS.

Eiusdem latio donatum, FRANCISCI scilicet PETROLINI Philosophi, & Medici Fabrianensis.

*IGnibus vt rapidis rutilans Hyperionis ardor*
*Illustrat terras, terrigenumq; genus,*
*Sic tua scriptorum claro fulgore coruscat*
*Gloria, per gentes, per loca quaq; meat.*

Martialis Distichon.

*QVI ducis vultus, & non legis ista libenter,*
*Omnibus inuideas, Inuide, nemo tibi*

# INDEX CAPITVM PRIMAE SECTIONIS.



tis

## INDEX CAPITVM SECVNDÆ SECTIONIS.

# VIRIS OMNIBVS VRBANIS IOSEPHVS PHAVORINVS S. P. D.

QVAMQVAM (Vrbani viri) quorum gratiâ ad scribendum concessi, quidquid in hac parua mea noua, & accommodata Methodo continetur, inuidorum scio subiectum sermonibus, quando, vel Pindaro auctore,

*Nuper a inuenta subijcere*
*Examini, vt probentur, omni*
*Periculo est obnoxium.*

quia tamen plùs vestra apud me valuit vrbanitas, quàm aliorum inuidia, qua de appositè cecinerat Silius,

*O durum exitium mortalibus, ò nihil vnquam*
*Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes*
*Inuidia.*

hinc factum, vt vestra fretus vrbanitate, vestratia scripserim, vestratia tractanda susceperim; Vestræ modò sunt partes, de vestra tuenda me scribentem valetudine, à quacumq; nouitatis noxa, & duriori exitio defendere; licèt [illegible]mquè Methodus noua sit, structura, in quam, sit noua, res quàm vetustæ, Hippocraticam, Galenianam, Auicennicam, & omnium nostrorum medicinæ principum, Græcorum, Arabum, & Latinorum redolentes doctrinam; [illegible]æc igitur cum ita sint, & virtus ab initio quoq; inuidiæ, auctore Hesiodo, [illegible]rit exposita; Inuidiæ à nouitate mananti, vosmet oppono, illudq; poëticum [illegible]pono

*Liuor tabificum malis venenum*
*Intactis vorat ossibus medullas,*
*Et totum bibit artubus cruorem,*
*Quo quisq; fuerit, inuidetq; forti,*
*[illegible]t det, sibi poena semper ipse est.*

[illegible]e verò ex virtute, licèt modica proficiscenti Pindaricum ego ipse [illegible]

*Ad summum culmen virtutis*
*[illegible]enêrunt, qui labores*
*[illegible]ustàrunt Dei beneficio.*

[illegible]is autem ad imum, non ad summum deuenerim, parùm tamen ab innoxa, & exitio repulsus, multùm à virtutis imo impulsus, quæ vestra [illegible]ipsi; quare

Procul

*——————Porcul atra recedat*
*Inuidia, atq; alio liuentia lumina flectat:*
vos, vt bene valeatis, lucubrationem hanc meam
*Nocturna versate manu versate diurna.*
atq; valete.

## Ioannis Baptistæ Guazzaronij Tudertis, amoris ergo in Phauorinum. Octastichon.

*Carmina dum exagitas, mutas, & Apollinis artes,*
*Cuncta, PHAVORINE, hac sunt mea, Phœbus ait;*
*Dum Sophia est tua cura, nouemq; inuenta sororum,*
*Cuncta PHAVORINI, sunt mea, Pallas ait;*
*Quin, tibi dum Natura sinus aperire repostos*
*Est rata, & esse suum; vincitur ipsa parens,*
*Ergo arcana loqui summi docet aura Tonantis,*
*Et quem voce tonas, implet, & afflat Amor.*

εἰς, τὰ τοῦ σοφωτάτου Ἰωσήφου φαβορίνου τοῦ ἐν ἰατρικῇ ἐξηγητοῦ λίαν εὐδοκιμοῦντος προφυλακτικά.

Φραγκίσκου πετρολίνου τετράστιχον.

Οἷον δ' ἀκτίνεσσι θεαῖς Ὑπερίονος αἴγλη
Πυρφόρος ἀμφαίνει γαῖαν ἀμαιμάκετον,
Ὡς ἄρα φαίδιμον ὄμμα φανότατον σεῖο βίβλων
Αστράπτει, λαοὺς πάντας ὑπερχόμενον.

In inuidum ex Martiali ab eodem
in Græcum mutatum.

Διστιχόν.

Ὅστις ταῦθ' ὁράας χαλεπῶς ἀέκοντί τε θυμῷ
Αὐτὸς μὲν πᾶσιν, σοί δέ τις; οὐ φθονέοι.

Eiusdem

'am adhuc seruant deriuatam sui nominis à conditoribus appellationem, quá- 'am mutárunt, nonnulla autem in familiarem accolis, notioremq; vocem defle- :érunt. Hac ille, siue autem Fabrianenses mutárint, siue asseruárint, aut in ıotiorem deflexerint, quod fieri potuit, nomen à IANO diuini potius, quàm ɪumani ingenij viro sortitos attestatur; quod sanè ab antiquiorum recessit me moria, pusilla quoniam, vt reor, erat Colonia; Castellum vetus, quod satis est ad antiquitatem, exigua Fabriani portio, nunc etiam appellata; in qua cum hac ipsa tempestate vigeat clarissima, & antiquissima Quirinorum Familia, IANVS, QVIRINVS cognomine nuncupabatur. Colonia ergo pusilla ɪrat, neq; in eam excreuerat molem, cuius gratiâ inter quatuor praclariora 'otius Orbis Oppida, vnicuiq; nota, facilè principatum obtinet: In molem autē ·xcreuit (& monumenta demostrant) ex quatuor insigniū, & vetustarum adia ·entium coloniarum, de quibus multa scripsère veteres, ruinis, Alba nimirum, & Attilia Ciuitatibus, quarum vestigia supersunt, Albacina Castrum, & At- igium, quatuor dispertitum in villas, nec non Ciuitate alia, iuxtà propinquio- em montem posita, Ciuita nunc à vulgaribus dicta, & Saxoferrato, Sentino ·ntiquitùs nuncupato; Accedit his omnibus, ex peruetustis hominum memo- ·ijs, quòd vallis cum egregia sit Perusia, qua VALLIANVS dicitur, Collis ɪsignis Camerini, qui PORTAIANVS vocatur, Mons Fabriani, & flu- ɪen, qui Mons IANVS, & fluuius IANVS appellantur; quod in prasenti attendo, luce meridiana clariùs ostendunt; à IANO singulis cum fama sit, nomen esse impositum; neq; enim temerè, sed certis de causis, vel ab euentu, vel casu aliquo, vel quoq; studijs Plinius, Macrobius, & Plutarchus decreuère hac i n re, nomina rebus accommodata, Fabriano dixerim ego, à Fabro, & Iano illo vetusto, vno, & altero reprasentantibus conditoris nomen, & artifi- cium, vtrumq; in diplomatibus antiquioribus, & peruetusto Fabriani, & Fa ·rianensium sigillo insculptum; habetur enim in illis, Priores artium, Populi, & Communis Fabriani; habetur in isto, Fabrınam ne cudito, cartam vn- ·iq; fundit, quasi Fabriles omnes artes Fabriani cudantur, qua ne in omni- ·s quidem alijs Ciuitatibus, vel maximis, prater vnum lanificium, quod Fa ·nū honestat, Vrbem, & Orbem perimplet cudi, & coli videantur; qua ni satis ·i sint, in hoc argumenti genere, quod nouum dijudicet, en. ex quibus anti- ·num repetat: fama est, & numismata Ianum reprasentantia attestan- ANVM ab antiquioribus incolis totius Fabrianensis agri excultum; ·ismatumq; copia, nullibi non in eodem reperta, quaquè sapius vidi- ·eum IANO bifronti, quàm clarissimè demonstrat, à peruetusto hoc ·O, artium penè omnium inuentore, ac Fabro, tum Fabrianenses ortos, ·abrianum nomen adeptum; neq; Thesauri, qui sparsim abditi feruntur ·nem Fabriani ditionem, ostendunt, Fabrianenses nouos, vt quidam ·, & Fabrianum, non iam à millesimo infra anno vigere: Verùm quid ·t de vestrum omnium origine, & antiquitate, de artibus item, quibus- ·ruèrunt semper & littera, florent, ar maq; strepuèrunt, ac strepunt, ·mia verò antiquissi mus vnius Dei, Triniq; cultus, ex quibus vestrum

elucescit

*ducescit enchomium, ad urbanitatem, & benignitatem, quam à IANO adepti estis, reuertor; una ergo, & altera cum mihi, & liberis innotuerit, & libros quos vestrum sub omnium nomine* PONTIFICI OPTIMO MAXIMO *dicaui, & liberos vobis omnibus Fabrianensibus dicatos volui, quibus ducibus cognoscatis, nullo non tempore, Phauorinam familiam vestram esse, Phauorinum parentem fuisse vestrum, &* Iosephum *Phauorinum, cum Francisco, Iacyntho, & Phauorino filijs non nisi vestrum Fabrianensem esse, paratissimum, addictissimum, obsequentissimum: Dicationis itaq; ratio praesentium Lucubrationum mearum cum innotescat, Methodus hac de Tuenda Vrbanorum virorum valetudine ad vos omnes venit, & Vrbanorum omnium vestro sub nomine visura conspectum, ad omnes accedit; auctor non recedit, Valete. Fabriani, ex vestris adibus, noui Palatij, die secunda Ianuarij* M.D.C.X X.

VIRIS

& in

INDEX CAPITVM QVARTÆ SECTIONIS.



*Vrban*

# INDEX CAPITVM



* a Periu-

ELEN-

# ELENCHVS EORVM
## Quæ de suo. fauente Deo, IOSEPHVS PHAVORINVS, in facto esse, citra iactantiam, Typis mandare pollicetur.

*PRAECEPTA MEDICA vniuersalia generica, & specifica, Pharmaceutica, Chirugica, & Diætetica Consulendi, atq. Medendi Methodo accommodata, ex principibus, Græca, Arabica, & Latinæ Medicinæ coriphæis deprompta, longioriq; praxi, curandi humani corporis gratiâ comparata.*

*INTRODVCTIO MEDICA in firmam praxim eiù Pharmacia vniuersali, atq; particulari, interna, & externa: quæ vsu venire solet in curandis omnibus humani corporis morbis, in gratiam Medicinæ Tyronum, per Tabellas digesta.*

*PROBLEMATA MEDICA duodecim sectionibus distincta, proprijs auctorum nominibus insignitis, mille ferè continentibus quæstiones, eorum, quæ ad sitim, Vinum, vini potum, & vinolentiam attinent.*

*PROBLEMATA PHILOSOPHICA sex digesta sectionibus, quæstiones continentibus sexcentas eorum, quæ ad sitim, vinum, vini potum, & vinolentiam attinent.*

*PROBLEMATA POETICA quindecim distributa sectionibus, Homeri, Virgilij, Horatij, Ouidij, Martialis, Euripidis, Iuuenalis, Propertij, Lucretij, Catulli, Tibulli, Plauti, Athenæi, & reliquorum, quingentas continentibus dubitationes, atq; solutiones eorum, quæ ad sitim, vini vini potum, & viuolentiam pertinent.*

*DISCEPTATIONVM MEDICARVM libri quinque, in quibus permulta in Theoria, & Praxi cum alijs rei medicæ professoribus disceptantur, Fabriani, Tuderti, Camerini, Perusiæ, atq; Ferrariæ, quibus in locis fecit Auctor medicinam.*

*IATROTERICARVM EPISTOLARVM, de re Medica libri tres in quibus varia cum varijs adamussim in tota medicina enucleantur.*

*PHILOTERICARVM EPISTOLARVM de re Philosophica, libri tres, in quibus complura, quæ ad Moralem, & Naturalem attinent philosophiam, data occasione cum Doctissimis, Illustrissimis, & eruditissimis examinantur.*

*FAMILIARITERICARVM EPISTOLARVM de re familiari libri tres, in quibus litteraria multa, cum familiaribus exarantur.*

*DE VESTIENDI HVMANI CORPORIS RATIONE libri tres, in quibus, tam in prospera, quàm aduersa valetudine, vt corpus vestiendum sit, totum, & partes, quatenus ad Medicum spectat, instituitur.*

DE

*DE SALVBRI DOMO, vel habitatione libri tres, in quorum prima de Materia, in secundo de Forma; in tertio vsu, & abusu pertractatur.*

*DE PANE, ET AQVA libri duo, in quorum primo, quæ ad panem, in altero, quæ ad aquam, vt ad Medicum spectant, discutiuntur.*

*DE EXCELLENTIA CRVCIS CHRISTIANAE libri duo, in quorum primo, quæ ad materiam, ex qua; In secundo, quæ ad formam pleraq; voluptuosa, vtilia, & necessaria proponuntur.*

*DISCEPTATIONVM ACADEMICARVM liber vnus, septem varijs disceptationibus, expletus, magna ex parte problematicus. De contemptu scilicet medicinæ, & contemptoribus. De vsu Cytoniorum, vt faciat in vtero gerentibus ad sobolis comparandum ingenium. Cur abstinendum à fabis: Cur Piceni Asini nuncupati: Insanus vt fit mulierum amor. Legis Pompeiæ in Parricidam interpretamentum, quam scilicet ob rem Gallus, Vipera, Simia, Canis cum Parricida in culeo fuerit: Quomodo veritas dum nimium inquiritur, in omnibus perdatur: Dicendi elegantia quantùm in singulis perniciosa; & quare Mentha Belli tempore non edenda, neq; serenda.*

*ESPLICATIONE del secondo problema della vigesima settione del Filosofo, nel quale si cerca per qual cagione in tempo di guerra non si debba ne mangiare, ne seminare la Menta. Diuisa in sei Discorsi pertinenti a l'animo e'l corpo del buon Soldato.*

*DIALOGVS DE VITA ACTIVA, ET CONTEMPLATIVA, quæ nam homini magis conducat, per accommodatas personas, tum contemplationi, tum actioni deditas.*

*CONVIVIVM Philosophi cum eorum, de quibus conuiuendi ratio instituenda est in quocumq; conuiuio, Splendido, Nuptiali, Domestico, vel Philosophico, libris quatuor compactum, in quo de omnibus, quæ ad conuiuium attinent, Locum, Tempus, Conuiuas, & apparatum, eruditione quacumq, vberrima, & apposita pertractatur.*

*DE SALVBRI POTANDI RATIONE, in vnoquoq; vitæ genere, ætate, anni tempore, sexu, atq; personis accommodata, liber vnus.*

AD ILLVSTRISSIMVM, AC REVERENDISSIMVM
CARDINALEM AMPLISSIMVM
*BONIFACIVM BEVILAQVAM.*

AVCTO

# AVCTORIS CONSILIVM, ET ARGVMENTVM IN SVAM, DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE

## *METHODVM NOVAM, PARVAM, ET ACCOMMODATAM.*

MORBI, & Medicinæ, Diæta, vel integra victus ratio licèt omnibus omnia communia videantur, qui mortales dicuntur; vnumq; Medicum omnium gratiâ procrearit Altissimus (quibus nominibus partes nostras coniecimus, in assumpta scribendi prouincia, de omnium tuenda valetudine pertractare) quia tamen Stratonico Cytharedo contentiosiùs cum Ptolomæo disputante, aliud plectrum est, & aliud sceptrum, sinè, vt me omnes intelligant, aliud est Vrbanorũ tractare valetudinem, & aliud aliorum, vulgarium, & villensium; Haud ab re alienum putauimus, si nostrum secta tes consilium, seiunctam in Vrbanorum gratiam Methodum faceremus, & Medicinam; in qua etsi pro data occasione Vrbanorum, atq; villensium, nobilium, & ignobilium, generis cuiusq; corpora tractauerimus; ratio tamen, experientia, diuturnaq; nos cum docuerit lectio, non vno, eodemq; modo tractanda singula; hinc factum, cur de Tuenda, Methodum in Vrbanorum tantùm gratiam susceperimus; de Tuenda, inquam, non de curanda, tum quia Tuendæ Medicinæ pars illi præponitur, quæ de curanda est; tum quia Galeno in Introduc. auctore *Multò magis præstat morbum non admittere, quàm morbo liberare. quemadmodum præstabilius est Gubernatori, antequam in tempestatem incidat iter absoluere quàm fluctuantem, periclitantemq; euadere*. Quæ cum ita sint, Claudiano q; recinente,

*Vile latens virtus, quid enim submersa tenebris*
*Proderit? occulso veluti sine remige puppis,*
*Vel Lyra, quæ reticet, vel quæ non tenditur arcus.*

optimè nos facturos putauimus, nostra, vel exigua Medicinæ virtute, quam pluribus abhinc annis in præclarissimis Vrbibus, atq; Gymnasijs, factitauimus, susceptum argumenti genus contexere, & explanare: Faxint Dij, cum Pindaro repetam, vt canens proprijs hymnis cum bonis valeam conuersari. Diuersa namq; Methodo, Vrbanos tractandos: b alijs, præter ea, quæ diximus, cum longiori oratione simus demonstraturi, hoc in præsenti Galenianum [illegible] uq; proponimus contemplandum. *Si felix nimirum* (ex lib. de Tuenda) *à principio suæ generationis ei custodiendus traditur, qui tuendæ sanitatis est;* Felicior longè, nobis iudicibus est, qui se ipsum ex cognitione sui ipsius & eorum,

& eorum, quæ prosunt & obsunt, incolumem asseruarit; Et hæc altera consili nostri ratio est, propter quam, ad scribendum concessimus, facillimus nimirum specificæ & indiuidualis sui ipsius, bonæ tuendæ valetudinis modus, & hic sine medicorum opera, & diligentia; Si enim antiquiores illi Romani, Plinio referente, sexcentesimum incolumes, absq; Medicis traduxere annum, solius ferè brassicæ vsu; quis est, qui non videat, vt ex cognitione sui ipsius, totius ac partium, eorum item, quæ prosunt, vnusquisq; possit, vel in optimo valetudinis gradu sese tueri? His igitur nostræ huiusce Methodi iactis fundamentis, nomen illi Nouæ, Paruæ, atq; Accommodatæ tribuimus, & quinque in sectiones diuisimus, his ipsis de causis; Nouæ tribuimus nomen, quoniam nullus antehac illam fuit aggressus, & qualem præstitimus, lucidam, claram, atq; perspicuam in genere, specie, ac propemodum indiuiduo, ante nos præstitit: Paruam vocauimus, cum breuissima oratione, quæ ad hoc vnum faciunt argumentum, fuerimus amplexati. Accommodatam verò, quoniam Vrbanis in primis accommodatissima est, vno vel in luxu, quem sequuntur, & reliquis anteponunt. Quinq; verò in sectiones diuisimus, maioris facilitatis, cui semper insistimus ergo, atq; cognitionis, sine qua ἐκ τῶν ἀδυνάτων se ipsum in culpata in valetudine conseruare; ob id igitur in prima sectione, de cognitione sui ipsius penès ea, quæ sunt in corpore, & ex quibus constitutum est corp Membris scilicet, Humoribus, atq; Spiritibus agemus; In secunda de cognitione illorum, quæ prosunt, & obsunt in genere, & in specie toti, ac partibus In tertia de recto vsu eorum, quæ prosunt in specie, iuxtà determinata capi rerum omnium ad bonam facientium valetudinem, Aëris; cibi, & potus; Somni & vigiliæ; Motus, & quietis; Inanitionis, & repletionis; & Animi accidenti In quarta de recto, & opportuno quorumdam præsidiorum vsu corpus euacu tium à plectorica quacumq; cacochimia, vniuersali, & particulari, à qua mo bi ferè omnes in vrbanis oriri solent, illaq; à corpore detracta, præcaueri; In Quinta demùm de præcauendis nonnullis alijs morbis, Vrbanis, & alijs, communioribus, Veneno scilicet, Morbis, qui ex laxitudine quacumq; in itinere contracta, proficiscuntur; Morbo Gallico, & Peste: Et quoniam, ex grauissimorum auctorum placitis Medici optimi fiunt, non contentionibus, & rixis, verùm exercitatione, hanc insequentes, & cum ratione, atquè experientia iungentes abactis illis, inchoatam perfecimus Methodum ad calcemquè perduximus. Quamobrem cum iuxtà illud, quod in Foribus Delij Apollinis insculptum erat, καλλιστὸν δικαιότατον, λῷστον δὲ ὑγιαίνειν. Pulchrum, inquam, quod iustum, verùm optimum habere salutem; vt hæc in primis tuenda, in Vrbanorum gratiam, Noua, Parua, & Accommodata nostra Methodo prosequemur.

DE

# DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE METHODVS

*NOVA, PARVA, ET ACCOMMODATA*

# IOSEPHO PHAVORINO FABRIANENSI AVCTORE

## SECTIO PRIMA.

*De cognitione sui ipsius. penes ea quæ sunt in corpore, & ex quibus constitutum est corpus, Membris scilicet, Humoribus, atq; Spiritibus.*

### *ARGVMENTVM.*

SI quid est, (nam plurima esse nõ ignoramus,eaq; maximè necessaria) quod
ad tuendam humani corporis, & ex parte Medici,& eorum,qui eius sub-
iacent imperio,faciat valetudinem; quoniam vna in primis,sui ipsius est co
gnitio,tanquam specifici,ac determinati subiecti,in quo prospera,& aduer
sa collocata est valetudo:de hac Tuẽda Methodum,in Vrbanorum gratiam
aggressuri,à cognitione propria sui ipsius,iuxtà ea,quæ sũt in corpore, &
ex quibus cõstitutum est corpus,exordiemur; Veluti enim, Celso auctore,
illius morbi,cuius certa non extat cognitio, certũ esse nõ potest remediũ,
à quo neq; certa curatio;ita cuius præ eruandi corporis certa nõ extat co-
gnitio,Galeno asseuerante,non solùm circa bonam valetudinem,sed eius gra
dus, qui ab ijs,quæ sunt in corpore,& ex quibus constitutũ est corpus emanant,certa esse non po-
test præcautio. Agemus ergo in priori hac sectione,vt propriũ cognoscendum sit corpus, totum;
& partes, iuxtà tria principia,ex quibus fabricatũ est,Contentis, Continentibus, & Impetum fa-
cientibus, Humoribus,Membris,atq;Spiritibus;de his quidem paucioribus;de illis verò pluribus.
Membrorũ namq;gratià agemus,de partibus dignoscendis similaribus,dissimilaribus,principibus,
& subseruientibus,Animalibus,Vitalibus, & Naturalibus,quæ Cõtinentiũ gaudent nomine cũ earũ
téperamentis,ex quibus téperaméta insurgũt totius,de munere,vsuq;omniũ, & vtilitate, De humo-
ribus verò eatenùs agemus,quatenus ex eorum vitio , & incremento,sanitas plerumq; turbatur;&
proinde,vt humorũ excessus dignoscendus,ex colore ipsius corporis,animi moribus,ætatis mutatio
ne , regione,cœli statu,victus ratione, exanthematibus, oculorũ ad huc.& linguę colore, atq; simi
libus; cuiusq; plectoriæ,seu repletionis,à quibus Vrbanorũ morbi scaturiunt, adnotantes inditia, in
toto,& partibus,prout repletio in toto constiterit,vel partibus Naturalibus,Vitalibus,Animalibus
Ventre scilicet inferiori,Thorace , & Capite. Ceterùm de Spirituum dignotione pauca dicemus,
quæ tamen satis sint Vrbanis,ad sese tuendos à morbis,qui à spiritibus vitiatis, in substantia, quali-
tate,quantitate. vel motu proficiscuntur. Horum ergo trium cognitio cũ sit necessaria,de omnium
cognitione, ordinato tramite differemus.

A

*Præcipuum hominis bonum in terris, vt sanitas: Qua methodo hæc ipsa tuenda; Quomodo ex cognitione sui ipsius, & eorum, quæ sibi prosunt & obsunt; Tuendæ valetudinis ratio in vrbanis, & alijs satis diuersa. Vrbanorum nomine qui: Rationes aliquot pauciores, ob quas eorum gratiâ scribendi prouinciam fuit auctor aggressus; Et necessitas cognitionis eorum, quæ in argumento sunt scripta.* *Cap. I.*

HVMANI generis bona, tria in his inferioribus esse, Animi, Corporis, & Fortunæ; vel vt alijs placuit, Diuitias, Pulchritudinem, Sanitatem, citra controuersiam definitum; B
Verùm, quid inter hæc maius, neq; finitum, neq; definitum; Si ego itaq; iudex, sanitatem decerno; Quid! quod! mecum omnes decernunt; non solùm enim alia bona omnia adauget, sed constituit meliora: Id quod videns Hippoc. æternæ litterarum memoriæ commendauit, *Sanitatem rem esse præciosissimam*; & adeo sanè præciosam, vt vana quadam religione pro Dea coleretur antiquitùs. Sed an quia, corpore non sano, voluptas nulla sincera? Ita libro de Tuenda valetudine scripsit Plutarchus; ita ratio dictat. Voco in testimonium antiquiores omnes, atq; recentiores, diuites, pulchros, & doctos, Platones, & Aristoteles, Purpuratos, & reges ---- quot quot à Gadibus vsq; ---- Auroram, & Gangem; hi enim omnes mecū sentiunt, nulli dissentiunt, exclamantq; cum Poëta Sycionio cuncti. C

Maius hominis bonum in terris sanitas.

*O' qua nec altera vetustior est cœlitum,*
*O' vna cunctis expetita sanitas,*
*Quodcumq; reliquum est vita, tecum vtinam*
*Agam, & vna omnium contubernalis sis mihi;*
*Quicumq; enim fortunis fruitur, aut liberis,*
*Aut est aliter obnoxius volupta,*
*Te vna fauente, cuncta habet propitia,* D
*Afflant & illum charites, & si media hyems*
*Rigeat; tamen ver illi flosculos parit,*
*Absente te sunt cuncta dura, & aspera,*
*Nec grata prorsus cætera est felicitas,*
*Quin esse planè desinit felicitas.*

Sanitas ab omnibus expetita.

Hæc igitur cum ita sint, Adstruëte insigni Theologo Nazianzeno.

Lib. 2.

ἥδυς ὑγιείας πλοῦτος ἀλγοῦσι πλέον,
σοφῶς τε ταύτην ἡ φύσις ἂν θέλει.

Nil

E *Nil, scilicet, sanitate optabilius dolentibus,*
*Sapienter hanc natura nunquàm non petit.*

optimo decreuimus consilio, de Tuenda valetudine scribere, nostrumq; calculum aliorum scriptis adijcere; Nam licèt ab alijs hunc ipsum reuolutum, non ignoremus; quia tamen alia methodo reuolutum; nullusq; fuit, qui, ex cognitione sui ipsius, absq; medicorum opera, & eorum, quæ prosunt, & obsunt, prouinciam fuerit aggressus; hinc præcipuè factum, vt nos fuerimus aggressi, & aggressam, fauente Deo, ad calcem duxerimus; scribens enim eloquentiæ Pater ad Brutum; *Ideo difficulter ad sanitatē nos peruenire, quia ægrotare nos ignoramus;* visus est dicere, cognitionem sui ipsius pernecessariam; quod etiam dixit, Cum, *Valetudo*, inquit in Offic. *sustentatur notitia sui ipsius, & obseruatione, quæ res prodesse, aut obesse soleant, Et continentia in victu, omniq; cultu corporis tuendi, tum prætermittenda voluptatis.* Cumq; Hippocrate auctore, ij, qui se ipsos noscunt pauciores sint, vel si plures, quæ prosunt, sequi non valent; quæuè obsunt, euitare non possunt, siue ob fortunæ defectum, siue ob prauos animi mores, vnamq; incontinentiam, quam nutricem Medicorum scripsit Fernelius; hoc nomine factum, cur de Tuenda valetudine, in Vrbanorum gratiam scripserimus; Vrbanorū repetimus, & quoniam hi faciliùs, quàm alij, bonis moribus insigniti euitare possunt, quæ obsunt, & insectari, quæ prosunt; & quoniam ijdem vrbani, ratione duce, quæ noscunt profutura, sectantur, quæ obfutura, deuitant. Ceterùm per Vrbanos intelligimus, non tantùm hos ipsos, sed eos, qui sui sunt iuris, nulliusq; adstricti legibus, aut imperio, de quibus Plato loquutus, *Turpissimum*, inquit, *Ciuitates egere copia Medicorum, & Iudicum, præterquam ad curanda vulnera, aut morbos ex aëris intemperie;* quia scilicet Vrbani se ipsos noscunt, & ea, quæ prosunt, & obsunt; duceq; ratione, quid ratio dictet, sequuntur. In Vrbanorum autem gratiam magis, quàm aliorum de Tuenda valetudine scripsimus, multiplici quoq; alio nomine; Primo tamen, quia magna Vrbanorum pars, in victu magis delinquit; Vrbani namq; ex Plutarcho cibis, & potibus abutuntur: Secundo, quia, ex Hippocrate plures habent morbos, & maiorē excrementorum copiam (vnde morbi) quàm alij omnes. Tertio, quia Vrbanis præcipuè, eodem testante, citra sanitatem, neq; diuitiarum, neq; corporis, neq; vllius alterius rei, vlla est vtilitas: Quarto, quoniam scribens Galenus, Pharmaciam diuersam esse debere, pro Vrbanis, atq; vulgaribus, inuitauit nos, diuersam, vt de Tuenda valetudine Methodum scriberemus.

Margin notes: In orat. (beside "enim eloquentiæ Pater"); F (letter beside "gnitionem"); Lib. 3. (beside "Valetudo"); Lib. 1. de Dieta. (beside "Cumq; Hippocrate"); Incontinētia Nutrix, Medicorum.; G (letter beside "insigniti"); Cur in Vrbanorum gratiā scriptum.; Vrbani qui.; Lib. de Repub.; H (letter beside "tamen, quia"); Lib. de Tuenda.; Lib. de aëre aquis & loc.; Lib. 4 de cōp. medic. cap. 1

Turpe Vrbanis egere Medicis.

Quinto demum, quoniam Turpe Vrbanis est, frequentiùs egē- A re Medicis; *Papè, inquit Plutarchus, quo pacto fuit otium moriēdi homini in tam multis negocijs?* (Vrbanum intellexit) *Quod autem ocium homini est isti, vt erudus sit, vel temulentus veluti lasciuiat?* Quasi dicere voluerit, id Turpe Vrbano esse, quoniam adstrictus varijs publicæ rei, atq; priuatæ negocijs, nullum delinquendi in victus ratione illi suppetit ociū, cognoscitq; se ipsum, et ea, quæ sibi prosunt, & obsunt; quo nomine à Plutarcho conscriptum. *Equidem Tiberium Cæsarem aliquando dixisse audiui, ridiculum hominem esse, qui sexagenarium pratergressus annum manum porrigere Medico, & hoc mihi dixisse videtur arrogantiùs; quamquam illud verum esse arbitror, ne sui quisq; pulsus peculiares rationes ignoret singulis enim diuersa sunt, neq; sua temperatura sit imperitus, quàm calidum, quàm frigidum habent corpus, neq; quarum rerum vsu, vel iuuari soleat, vel offendi. Siquidem ipse sui sensu caret, coecusq;, ac surdus corpus inhabitat quisquis ita discat ab alio Medicum percunctans, Vtrum rectius astate valeat, an byeme* (obsecro perpendant Vrbani, quid sibi velit Plutarchus in vniuersa præsenti orationis particula) *Et vtrum humida faciliùs accipiat, quàm sicca, & vtrum pulsum natura habeat densum, an rarum; nam ista scire non solùm vtile est, verùm etiam perfacile, quippe qui assiduè experiamur, & adsimus.* De cognitione itaq; sui ipsius, vt necessaria, hæc Plutarchus: Quò ad cognitionem eorum, quæ prosunt, & obsunt, hæc habuit idem. *Ceterùm inter ciborum, & potuum genera magis oportet scire, & cognoscere, qua iuuant, quàm qua delectant, & magis peritum esse eorum, qua stomacho sunt amica, quàm qua inimica, & eorum, qua non perturbant coctionem, quàm qua palatum magnopere titillant; etenim à Medico sciscitanti, quid sit concoctu facile, aut difficile, quid aluo conducat, aut noceat, id non minus sit turpe, quàm interrogare, quid dulce, quid amarum, quid austerum. Quin* (paulò addit infra) *& illud ad rem pertinet, vt meminerimus, qua cognata sint, & accommoda corpori, & qua secus in temporarijs affectionibus, ac reliquis casibus, & circumstantijs, vti nouerimus propriam, & peculiarem cuiq; victus ratione m accomodare.* Hæc igitur cum ita sint, & luce meridiana clariora, incœptam feliciter Methodum prosequamur.

Præcipuè sexagenarijs.

B

E

Cognoscenda quæ stomacho prosunt.

D

Propria victus ratio.

*Tuenda*

E

*Tuenda valetudinis Methodum, Aliam esse debere in Vrbanorum gratiam, atq; vulgarium; seu eorum, qui sui sunt iuris, & eorum, qui minus, ex Consuetudine, Experientia, Ratione, & auctoritate; vel si corpus humanum, respectu dictorum omnium sit vnum, idemq; medecina subiectum. Cap. II.*

QVOD vnum, idemq; tàm Vrbanorum, quàm
villensium, nobilium, & ignobilium corpus,
tanquam sanabile, & ægrotabile, sit nostræ
medicinæ subiectum; et nos de Tuenda Vr-
F banorum valetudine, seiunctam aggressi fue
rimus Methodum, mirum fortasse alicui ap-
parebit, nostrisq; placitis, non philosophicis
rationibus, id effecisse autumabit; ne igitur
propria minerua prouinciam nos aggressos, quis iudicet; ante-
quam rem ipsam aggrediamur, maiori diligentia perpẽdere de-
terminauimus; Vt Methodus, de tuenda Valetudine, alia esse de-
bet, pro Vrbanis, in quorum gratiam scribimus, & alia, pro
alijs, de qua scribere institutum nobis non est. Tria ergo sunt,
quæ veritatem istam confirmant, Consuetudo, Ratio, Auctori-
tas; De Consuetudine non est, vt multum in scribendo elabore-
G mus, quandoquidẽ experientia cõprobatum, ἐκ τῶν ἀδυνατῶν
fore, vna, eademq; viuendi norma, nobilium conseruare vale-
tudinem, & ignobilium; Veluti enim, Celso auctore, non omni- Ex Celso.
bus ægris eadem conueniunt auxilia, sic neq; sanis omnibus ea-
dem viuendi conuenit forma; Adducam, quæ à Galeno scripta Ex Galeno.
sunt, primo de Diȩta salubri, in quo manifestissimis verbis con-
tendit, aliam perscribendam Athletis Diȩtam, aliam illis mili-
tibus, qui faciunt iter, atq; ijs, qui propria. priuataq; (addi-
mus nos, & publica tractant negocia.) *Equidem*, scribit Ga-
lenus, *cum mecum considerarem, ecquos de his Polybus vocet hoc
loco idiotas, Athletas, illum existimaui à ceteris hominibus aper-*
H *tè separare; quandoquidem vnam illis diætam in pane constitu-
tam, & esu carnium habet; post illos verò, qui militant, aut
peregrinantur, aut etiam pugnant; his enim non est delectus
habendus, quibus cibis vesci, aut non vesci oporteat; his enim vti* Quibus ciborom non habendus delectus.
*cogitur quisq; quorum datur facultas; fortè autem qui quoq; mo-
do festinanter faciunt iter, nequeunt vllo modo, vt dictat Po-
lybus, rationem habere victus, & omnino, qui negocijs publicis
distinentur, aut vitã degunt, quam vocant περιστατικόν, idest af-
flictiuum, & calamitosum vitæ genus; quare ad hos sola, qui pri-*

*uata, propriaq; negocia agunt, quos graci ἰδιοπραγοῦντας vocant* A
*Diata, quam tradet, spectat.* Hucusq; Galenus, a quo clarissimam cum habeamus conclusionem; aliam conuenire Dięta pro tuenda valetudine *ἰδιοπραγούντων*, eorum scilicet, qui propria agũt, & eorum, qui coguntur aliorum placitis inseruire, iter agere, militari, pugnare, ædificare, arare, vel quomodolibet corpus ad aliorum imperium exercere; habemus etiam, quomodo, peroptimo consilio à nobis factum est, vt in vrbanorum gratiam, prouinciam, de tuenda valetudine susciperemus; his etenim veluti facilius seipsos noscentibus, & ea, quæ prosunt, & obsunt, facilùs perscribi potest alimentorum delectus, cum reliqua tota dięta, in in rerum non naturalium conuenienti vsu collocata; hi si quidem B
proprij existunt iuris, neq; rem domi angustam habent; & quod caput alterum est, valetudinis conseruandæ, Vrbani, ratione duce, Medicorum stare possunt præceptis; quæ tamen vbi quisq; neglexerit, illud sibi eueniet, quod clamitat Plato; *Incontinentem scilicet ventri, gulaq; deditum nunquàm Medicum curaturum, aut praseruaturum.* Verùm ad consuetudinem iterum; hanc igitur Hippocrates lib. de victus ratione in acutis, nec nõ Galenus lib. de Consuetudinibus attendentes, vtriq; nos docuere, non vnam, eandemq; victus rationem omnibus conuenire; quia scilicet quorundam sanitas, vti vulgarium, conseruatur ab vsu, esuq; carnium, boum, hircorum, arietum; aliorum verò ne C
ructum quidem ferre possunt innoxium; neq; sanè latet, supremos quandoq; viros, qui à vulgo, atq; vulgaribus euasère, vbi victui assueti erant crassiori, ex tenuiori, summoperè fuisse labefactatos; ratio non alia excogitanda, nisi quam dixit, quia scilicet vna consuetudo plurimùm, dum sani sumus, attendenda, qualis in victu, vestitu, laboribus, somno, & rebus venereis, & mente fuerit; quibus loquens ad huc clarius, in textu 20. 6. de morbis vulgaribus, *Oportet*, inquit, *& ex sanorum hominum victus disciplinam, qua conferat facere, &c. Atqui quod vitiosus cibus, & potus, semper sibi similis ad sanitatem sit tutior, quàm si quis subitò ad alterum, vel meliorem se conferat, facilè intelligitur.* Hec itaq; de consuetudine Hippoc. à quo Celsus auream D
illam mutuatus sententiam dixit. *Neq; ex salubri loco in graue, neq; ex graui, in salubrem pertransire, tutum est;* Colligamus hinc paucis, consuetudinem longè diuersam in viris nobilibus, & ignobilibus coëgisse nos, in suscepti argumenti genere, ad tractandum de victus ratione, siue dięta, in gratiam vrbanorum, longè diuersè, atq; in gratiam vulgarium, & ignobilium; nam quidquid vno de cibo, atq; potu conscripsit Hippocrates,

Ratio auctoris scribendi de tuẽda Vrbanorum valetudine.

Qui sui sint iuris.

Lib. 2. tex. 11 13. & 33.

6. de Morb. vulg. Sec. 8. tex. 30.

Lib. 1.

E id totum, de vniuersa diæta intelligendum sentimus, sex illis capitibus, rerum non naturalium, à nobis appellatarum, contenta, aëre nimirum, cibo, & potu; somno, & vigilia; motu, & quiete; inanitione, & repletione; & animi accidentibus, quibus bona valetudo perficitur, debitoq; modo administratis conseruatur. Quòd si ad ea, quæ à ratione dependent, velimus accedere, omnino ratio ipsa suadet, aliam conuenire diætam nobilibus, siue vrbanis, & aliam ignobilibus, siue plebeis (ita huiusmodi voces in præsenti confundimus.) Veluti namq; Pharmacia, ex Galeno esse debet diuersa, sic & Diæta. *Nunc autem*, inquit Gal. in principio VI. de composit. medic. secundum loca *pauperum*

Methodi necessitatis ratio de tuenda Vrbanorum valet.

F *medicorum sermoni respondere volo: quemadmodum enim ipsi exilem apparatum laudant, sic oportet etiam diuitibus permittere, vt confectiones pharmacorum pro opulentia sua dignitate comparent; Satis enim scio, & ipse non solùm multos pauperes esse medicos, sed & qui ab ipsis curantur, quibus satis est, vbi ægrotent, alicam cum aqua mulsa accipere, & mundum panem habere, aut aliquam farinam vtilem ad cataplasma*; Hæc ibi Galenus, qui assignans rationem, ob quam diuersa esse debeant medicamenta, pro diuitibus, & pauperibus, nobilibus, & ignobilibus, assignare quoq; videtur causam, ob quã, diæta vnis, atq; alteris diuersa conueniat, pro tuendaq; valetudine vtrorumq; sit

Diæta diuersa, pro Vrbanis, & ignobilibus.

G instituenda; Ceterùm potiorem adhuc insinuans nobis rationem Hippocrates, Naturæ diuersitatẽ in hominum genere visus fuit proponere, *Diætam*, dicens, *perscribendam magis, vel minus reficientem, pro natura hominum, quibus maior, vel minor conuenit restauratio, nec non pro laboribus maioribus, aut minoribus, à quibus maior, vel minor indicatur refectio*. Edens namq; homo, ex eodem eum absq; labore viuere non possit, rationi cõsentaneum est, illum, qui magis laborat, pleniori victus ratione, vel cibo vti posse, qui verò minus, parciori; ea vel stante, per Hippocratem lege, qua sancitum, *Vbi fames, non laborandum*, quasi dicere nobis voluerit, laborem indicare, vt fami satisfaciendum.

Hip. lib. de Diæta.

Labor indicat quantum alendum.

H ciendum. Adducam in exemplum Athletas, Luctatores, Cursores, Venatores, Piscatores, Terrarum cultores, & illos omnes, qui non nisi sudore vultus sui vescuntur pane suo; Adducam & viros vrbanos, atq; ciuiles, qui domi plerumq; se continent, ac sedentariam exercent artem, vel deambulant, atq; solatiantur; Certum est, alio modo tractandos istos, in Diæta instituenda, & alio modo illos; Accedit his, quod *Magna Vrbanorum pars cum imbecillis sit stomacho* (vti Celsus dicebat) *curandum in his, vt quod vel corporis, vel studij, vel ratio loci detraxit, cu-*

Vrbani stomacho imbecilles.

*ra restituat;* Neq; putandum, vt dixerat ille, vno calopodio singulos calceandos; non solùm .n. dixit Hippocrates, condonandum aliquid semper ætati, regioni, anni tempori, & consuetudini, sed sexui, & vitæ generi. Quis enim Vrbanis, & delicatioribus fabarum, leguminum, alliorum, cœparum, carniumq́; pecudum, aut hicorum perscribat vsum? Quis, eorundẽ vilioribus interdicat? Sed ne diutiùs vagemur, ipsemet Hipp. lib. de salubri diçta nos impulit, in Vrbanorum gratiã, ad scribendũ, quidquid Tuenda de valetudine hic voluimus appictum. Scribens namq; de victu priuatorum, siue Hipocratis fuerint liber, siue Polybij, vt sentit Ioannes Placotomus, siue (vt auctor est Galenus) Euriphontis, Phaontis, Philistonis, vel Aristonis, libelli vel sola inscriptio, de Diçta Priuatorum, nos inuitauit, seiunctam de Vrbanorum tuenda valetudine, vt faceremus doctrinam; Per Priuatos autem non vulgares, aut ignobiles (vt vulgus sentit) intelligimus, sed eos, qui priuatim viuunt, priuatoq́; iure vtuntur; quatenus videlicet opponuntur ijs, qui alieno arbitratu viuere coguntur, neq; liberam traducunt vitam; proindeq́; vilioribus, pauperibus, & ijs, qui præcario viuunt quodammodo opere Cumq́; in promptu sint omnia, ex ordine aggrediamur.

A B

Auctor lib. 1 de victu priuatorum.

Priuati qui intelligendi ex Hippoc.

*Cognitio sui ipsius, ratione corporis, vt' habẽda per tria summa eiusdem principia, Continentia, Contenta, & impetũ facientia, Mẽbra videlicet solida, Humores, et Spiritus, Quæ nosse debeat Medicus, qui de tuenda valetudine scripturus est, quauè Vrbanus, ac nobilis, & quomodo; & singulorum quàm breuissimus apparatus.* *Cap. III.* C

PRIMVM nostræ Methodi caput, de tuẽda Vrbanorum virorum valetudine cum in, sui ipsius (ratione corporis) dignotione consistat, vt illud breuioribus assequamur, meminisse oportet in primis, hoc nostrum rationalis animæ instrumentum, quod corpus vocatur, ex tribus compactum, tanquam principijs, ex quorum cognitione, tota eiusdem insurgit cognitio: Principia autem sunt, ex Hippocratis, & omnium Medicorum doctrina, Contenta, Continentia, et Impetũ facientia, Humores, nos dicimus, Membra, & Spiritus, ex quibus hominis cuiusq; fabricatum est corpus, temperatum, vel intemperatum; vnde temperiei, vel intemperiei prima, sese valetudinem tueri volentibus, repræsentat cognitio; vbi namq; corpus fuerit temperatum, in temperie asseruandum, vbi intemperatum D

Humani corporis principia.

Prima cognitio, vt esse debeat temperamenti.

E ratum, ad temperiem reducendum; quæ duo, cum eueniant, ex ipsius principijs, de his prior adhuc rudiuscula instituenda cognitio, rudiusculam diximus, quoniam scientificam satis illam Medicus debet habere. Ceterum Vrbanus, vel Nobilis satis habet, si noscat se ipsum, rudiore quadam cognitione eorum, ex quibus, tanquam, ex principijs, eius conflatum est corpus. Quòd autem Medicus scientificam debeat singulorum cognitionem habere, totius scilicet hominis naturæ, præter ea, quæ alibi scripsimus. Hippocr. lib. de dieta in gratiam illius, qui hominum tuendam aggreditur valetudinem, sic repræsentat. *Porrò eum, qui de victu humano scripturus sit, censeo primùm quidem, totius hominis naturam nosse, & dijudicare oportere; nosse quidem, ex quibus ab initio constitutus est, dijudicare verò, quæ in ipso partes dominium obtineant; Si enim constitutionem ab initio non cognoscet, & id, quod in corpore dominatur, non poterit, ea, quæ homini conducunt afferre; hæc igitur scriptorem cognoscere oportet; deinde verò ciborum, & potuum omnium, ex quibus victus habemus facultatem, quam tandem singula habent, et secundùm naturam & secundùm necessitatem, & artem humanam; oportet enim scire, quomodo à fortiũ natura detrahere oportet, & quomodo debilibus, per artem addere, prout singulorum occasio sese obtulerit, et si relata etiam cognouerit, non dum est satis hominis curatio; propterea quod homo edens sanus esse non potest, nisi etiam laboret; contrarias enim vires inter se habent cibi, & labores, verùm inter se mixti conferunt ad sanitatem.* Hæc ad rẽ nostram Hippocrates, qui apertissimis decernes verbis, eum, qui scripturus est, de tuenda valetudine noscere debere totius hominis naturam, deinde ciborum, & potionum omnium facultatem, inuitat nos, vt de vno, & de altero, ordinato tramite disseramus. Cum igitur hominis natura sit conflata ex tribus. (de qua Celsus etiã dicebat. *Neq; ignorare Medicum oportet, quæ sit, ægri natura, humidum magis, an siccum eius corpus sit, validi nerui, an infirmi, frequens valetudo, an rara, eaq; cum est, vehemens esse soleat, an leuis, an breuis, an longa.*) Hæc tria iam dicta, & Medicus, & Vrbanus debet cognoscere, Membra, repeto solida, humores, & spiritus. De Membris itaq; sciendum, quemadmodum hæc fuère conflata ex quatuor elementis, igne, aëre, aqua, & terra, delitescentibus in paterno, materno q; semine, cum sanguine mẽstruo puriore, seu purissimo, natiui caloris ministerio, in vtero muliebri, per facultatem alteratricem, & formatricẽ, quæ in vtroq; redundat semine, agẽtes; Vnde, & Philosophus, tertio de generatione animalium dixit. *Latet in semine*

Medicus quę scire debet pro tuenda valetudine nu. 1.

F

G

Lib. 1.

H

Medicus, & Vrban°, quę pro tuenda valetudine debet cognoscere.

Calor auctor formationis nostri corporis.

*semine, spumosoq; corpore, quidam calor, qui non est ignis hic enim nullum animal generat sed proportionem habet cum elemẽto stellarum &c.* A Cumq; talis membrorum solidorum prior humani cuiusq; corporis sit conformatio, Medicus, Vrbanusq; sciat oportet, vt eorum alia sunt seminalia, quæ si deperdantur, amplius restaurari non possunt, ex defectu materiei, ex qua; alia verò sanguinea, quæ si deperdantur, ex sanguine in corpore genito quotidiè restaurationem admittunt; prioris generis sunt aliæ omnes corporis partes, quæ viuunt; alterius, sola ipsamèt caro. Hæc autem solida vtriusq; generis vocata membra, duorum sunt quoq; generum, similaria priora vocata, quibus conuenit temperies, vel intemperies, quæ similarium constituit essentiã; B altera dissimilaria, quibus competit compositio, magnitudo scilicet, Figura, Numerus, & Situs, quæ dissimilarium conflant essentiam; Et veluti similaria sunt, quæ vndiq; sibi manent similia, vt pars carnis cum tota carne, & pars ossis cum toto osse; ita dissimilaria ab inuicem sunt dissimilia, vt caput, quod plures habet partes sibi dissimiles, oculos, aures, &c. ipsiq; oculi, qui non vndiq; in eorum partibus sunt sibi similes. Dissimilarium verò membrorum, aut partium hęc Vrbanus cum Medico noscat oportet, quomodo scilicet aliæ sunt principes, Cor, Cerebrum, Hepar, ac testes; aliæ minus principes, vt Pulmo, Ventriculus, Spinalis medulla, quæ à cerebro deriuatur; & aliæ adhuc deseruientes, cuiusmodi Lien, Fellis vesica, Renes, Vrinaria vesica, C Intestina &c. de quibus hoc accipiendum. Cor esse vitæ principium, natiuiq; caloris fontem; Cerebrum sensus, & motus; Hepar nutritionis; Ventriculum chilificationis, atq; prioris alimentorum coctionis; Pulmonem inspirationis, ac respirationis, Thoracis cõcurrentibus musculis; Spinalem medullã delationis principium, sensus, v3 & motus, mediantibus neruis per vniuersum; Testes generationis, & conseruationis speciei: Ad hæc, accipiendum quoq; est, lienem receptaculum esse humoris melancholici; vesicam fellis, biliosi; renes massam sanguineam, a maiori parte serosi humoris, et biliosi repurgare; Vesicam vrinã cõtinere, & expellere; Intestina excremẽta prioris concoctionis solidiora continere, quoq; & expellere; tenuiora tamen chylum D hepati subministrare, per mesaraicas; crassiora verò fœces efformare. Neq; ignorandum, inter similaria membra, ad sensum tamen, non ad rem, Neruos esse canales, per quos trasmittitur facultas motrix, & sensitiua à cerebro, per corpus vniuersum. Arterias esse vias, per quas trasmittuntur spiritus vitales, per corpus identidem vniuersum, quod illis præsentibus spiritibus

Similarium partiũ cognitio, & natura

Essentia partium similarium, & dissimilarium.

Dissimilariũ diuisio in principes, vt noscenda.

Munus partium principũ, & minus princip.

Deseruientium.

Neruorum Arteriarum Venarũ vsus,

viuere

E viuere dicitur; Venas autem vasa existere, & receptaculum totius massæ sanguineæ, quatuor complectentis humores; Neruos oriri à cerebro, quidquid aliter sentiat philosophia, vt venas ab hepate, & hæc tria, neruos, venas, & arterias esse disseminata per corporis partes vniuersas, gratiâ sensus, motus, caloris, atq; nutritionis. Sed vt omnes, quibus curæ est, conseruatio valetudinis, faciliùs cognoscant se ipsos; Noscant diligenter oportet dictarum partium (clarioris doctrinæ gratiâ) alias esse animales; alias vitales; & alias naturales; Animales sunt, quæcumq; ad caput attinent, & à capite proficiscuntur; Vitales, quę ad pectus, & à corde scaturiunt; Naturales, quæ ad alias infra, & ad ventrem attinent, quarumq; princeps est hepar. Neq; hoc satis est nosse, nisi animales ab eisdem diuidant in principes, motiuas, & sensitiuas; Principes sunt Imaginatiua, quæ stat in anteriori cerebri parte, atq; superiore, in geminis eius ventriculis, adnexisq; partibus; Ratiocinatio, quæ & discursus dicitur, vnde discursiuæ partes, quæ occupant mediũ cerebrũ, mediumq; ventriculum, qui tertius est, à duobus anterioribus, hinc, inde anteriùs cõstitutis; & Memoratiua, quę in posteriori residet capitis parte, vbi est cerebellum, cum eiusdem ventriculo excauato: Sensitiuas quoq; partes diuidant eos necesse est, in visiuam, quæ spectat ad oculos; auditiuam, quæ ad aures; olfactiuam, quæ ad nares, gustatiuam, quæ ad linguam; & tactiuam, quæ ad vniuersum attinet corpus, vnamq; ipsius cutim, manus, volæ manus, & indicis; Motiuæ cum subdiuidantur in progressiuam, hanc ad crurã, & appræhensiuam ad manus pertinere omnes intelligunt: Vitales autem partes, quoniam secantur in seruientes respirationi, & in famulantes locali motui, priori sub genere pulmones, tracheamq; arteriam reponi, pro certo sciant; sub altero autem cor ipsum, atq; arterias. Naturales demũ cum seiungantur in altrices, auctrices, & generatrices, quæ facultates magis, dici merentur, quàm partes (quando partes omnes animales, vitales, & naturales alantur, augescant, & quodammodo per continuam nutritionem generentur) his nouerint omnes deseruire quatuor alias subseruientes facultates, Attractricem, retentricem, concoctricem, & expultricem, quibus alij, vt Auerroes, addidère distributricem, & assimilatricem: Facultas naturalis, quæ attractrix vocatur, fit per œsophagum, & superius ventriculi orificium; retentrix per pilorum; coctrix per ventriculum; distributrix per tria gracilia intestina; excretrix per tria crassa; quod idem, & de hepate dicendum, Attrahere scilicet, per uenas dictas mesaraicas, & portam; retinere, per angustas, vel angusta in eiusdem substantiæ

Partium corporis alia distinc. cognitu necessar.

Animalium partium diuisio.

Partes sensitiuæ, quæ.

Motiuæ partes.

Vitaliũ partium diuisio.

Naturalium diuisio.

Facultates naturales principes, & deseruientes.

Naturales facultates, vt absoluantur.

substantiæ sparsa orificia; et quere per propriam carnem; distribuere per venam cauam; excernere per lienem, folliculum bilis, & renes, qui eisdē gaudent functionibus; sicuti etiam testes, qui attrahunt per vasa præparantia; retinent per anfractus varicosos; coquunt per propriæ substantiæ, & facultatis potentiam; destribuunt per prostratas, & vteri cornua, prostratum vicem supplentia; per eiaculatoria excernunt, per prostratas, & alias illi partes associatas. Verùm quod caput omnium cognoscendorum, de his facultatibus naturalibus, illud est; eas nimirum residere, non solùm in partibus naturalibus vocatis, sed animalibus, & vitalibus, ita vt in toto sint corpore, hoc tamen discrimine, quòd in naturalibus fiunt occulta quadam, & propria carnis proprietate, à temperie nata, in alijs verò omnibus, per triplex fibrarum genus, longum, latum, atq; transuersum; per longum, quod trahit, per latum, quod retinet, per trausuersum, quod expellit; Atq; hæc de partium dissimilarium cognitione, ex diuisione, & subdiuisione pendente; in qua eum plurimùm quoq; referat nosse principium, atq; situm; esto, ipsarum alias animales esse; vitales alias; & alias naturales; In ventre inferiori sunt iecoris pars maior, sub dextro hypocondrio; sub sinistro ventriculus ferè totus, & lien; sub epigastrio inferius ventriculi orificium, & minor hepatis portio; Per epigastrium intelligimus hic totam ventris partem, quæ est supra vmbelicum; In lumbari regione dextra, parteq; superiori dexter collocatus est ren, in sinistra sinister; in regione inferiori lumbari ad exordia ilium residet cœcum intestinum; in media partio coli, & ieiuni intestini; lūbaris autē regio est à medio dorso, ad finem vsq; sub vmbilicali autē regione, per quā volumus partē inferiorem vētris sub vmbelico, epiploi superior est portio, colo etiam illac sese traijciente; maior ilei intestini portio dextra, & sinistra incumbens parte; vteri cornua in mulieribus, & vasa spermatica in viris, & mulieribus: In inferiori tandem ventris parte, quę hypogastriū nuncupatur, rectū permanet intestinum, vesica, vterus, & reliqua epiploi portio; deq; situ partiū, quæ naturales propriæ dicuntur, hæc ad cognitionē satis. Quò ad vitales, quæ sub thorace seruantur, ita à latinis appellato, a græcanica voce θορῶ, quod est salio, tamquam pars isthæc perpetuo, atq; perenni agitetur motu, παρὰ τὸ θεῖν ἀεὶ ζεῖν, quòd nostram mentē, diuinam animi partem concludat; esto nomine thoracis venire partem, superiori parte clauiculis, inferiori diaphragmate, anteriori sterno, posteriori vertebris dorsi, dextra, & sinistra duodecim costis, tanquam finibus circumscriptam, sunt in thorace locatæ

Marginalia: Facultates naturales residere in omnibus corporis partibus. — Fibrarū omnium munus — Partium corporis situs cognoscēdus — Epygastriū quid, & eius partiū situs. — Hypogastrium, & eius partes. — Thoracis nomen, & partes, earumq; situs.

E locatæ,vt in proprio situ, hæ e m..s particulæ, Musculi complures, inspirationi, & expirationi deseruientes, mammę hinc inde , sternon in medio costarum pectoris stratum; cuius latera costæ,atq;in parte anteriori,in posteriori dorsum , vel tergum ; hinc etiam inde scapulæ siue alæ; pleura , seu membrana ad intra circumdans costas,& mediastinum , intersepientem diceres membranam,veluti partes continentes ; Inter Contentas pauciores hę adnumerantur,Cor primùm,atq;pulmones , vena caua ascendens,arteria magna, vena arteriosa , arteria venosa , aspera arteria,œsophagus,& neruus sextę coniugationis , quarũ satis est sitũ nosse,in gratiam morborũ , quos ex partium si- F tu,siue Medicus,siue vrbanus cognoscendo præcauet . Capitis partes existũt plusquam satis vnicuiq; notæ , in eo siquidem cõtinentur organa sensuum exteriorum,|& interiorum , atq;principia motionum omnium; sumentibus nobis cum vulgo , capitis nomine id totum,quod prima colli vertebra , & vertice circumscribitur,proindeq;caluaria pilis tecta, facies , siue vultus pilis orbata; sinciput, anterior scilicet caluariæ pars capillata,occiput posterior , à quo neruorum exortus ; vertex , pars illa,in qua capilli circumuertuntur , tempora hinc inde ad latera sine pilis,quæq; continentes, atq; contentæ vocantur ; cuius nimirum generis sunt, cerebrum,& cerebellum,à quo ner- G ui destinati motui scaturiunt;veluti alterius , hoc est continentium,pili,cutis,panniculus carnosus, pericraneum , craneum , atq; meninges , vel membranæ duæ', tenuis propè cerebrum , & dura:deq;continentibus hanc habeat necesse est , rudiorẽ quãdam cognitionem vrbanus;; exquisitam verò Medicus , qui de Tuenda valetudine sit scripturus'. De contentis verò ; quorum nomine accedunt humores,scire debet , hos principia elementaria esse humani corporis , prout delitescunt in semine , à quo cuiusq; hominis dependet structura : Veluti enim magnus mũdus costat ex quatuor elemẽtis ,|ita paruus , ex humoribus quatuor , proportione respondentibus elementis , ex quorum etiã H mixtione|, quemadmodum insurgit mixtum temperatum , vel intemperatum , ita ex humoribus istis quatuor , Sanguine, Bile,Pituita , et Melancholia, corpus,emanat, ęqualem, vel inæqualem adeptum temperiem ; pro æquali scilicet , vel inæquali humorum concursu : Sanguis enim est calidus , & humidus , bilis calida , & sicca ; pituita frigida , & humida ; melãcholia frigida , & sicca. Quorum omnium humorum officina iecur est;pro cuius temperie , vel intemperie , quæcumq; fuerit, massa sanguinis in se omnes cõtinens humores gignitur , tẽperata ,vel intem-

Continentes partes thoracis.

Contentæ.

Capitis partes continentes.

Capitis nomine quid.

Contentæ capitis partes.

Contentorũ siue humorũ cognitio , vt necessaria.

Humores vt proportione respondeant elementis.

Humorũ temperatura.

Humorũ officina iecur.

intemperata: Si ergo iecur teperatum fit sanguis pro maiori par te redundat, si intemperatum nempè calidus, bilis excedit; frigidius pituita; si siccius malêcholia in sanguinea massa redundat. A

Vt à iecore & alimétis.

Neq; iecoris constitutio satis est ad huiusmodi humorum productionem, nisi alimentorum quoque determinata concurrat natura: Hæc igitur si temperata, cum iecore temperato, Humores in tota sanguinis massa gignuntur temperati; Si vero intemperata, iidem producuntur intemperati, quemadmodum dictum est de iecore. Ceterùm præter humorum temperiem, causam efficientem, atq; materialem, nec non formalem insinuatam in eorum qualitatibus, dignoscere debet vrbanus finalem;

Causa finalis generationis humorum.

quæ nulla alia est, nisi in gratiam nutritionis omnium partium corporis; quæ quidem omnes nutriuntur ex sanguine, continente in se quatuor iam dictos humores; licèt aliæ nutriantur sanguine pro maiori copia excedente, aliæ bilioso, aliæ pituitoso, aliæ melancolicho; prout simile connutritur ex simili, beneficio quatuor facultatum naturalium, quibus partes omnes sunt donatæ, attractrice, retentrice, concoctrice, & expultrice; cui muneri satis faciunt humores in tota sanguinea massa contenti, quotiescumq; in suo naturali statu constiterit, quotiescumq; si massa sanguinea non fuerit contaminata, ab vno, vel altero humore præternaturali, qui peccarit in sanguine, ac proinde, vbi humores debitã seruarint symmetriam, non solùm in quantitate, sed qualitate, atq; mixtela. Quum enim humores benè se habent in corpore, hoc non tantùm benè nutritur (ex quibus namq; cõstamus, ex eisdem nutrimur, & sumus) sed sanum est; Quum verò malè in corpore iidem sunt constituti, corpus ægrotat, & malè nutritur. Hanc veritatem nosceant oportet vrbanus, & Medicus, ex Hippocrate, qui hanc nobis auream tulit doctrinam. B C

Partes corporis, à quibus humoribus nutriãtur

Nutritio, qua rum facultatum ope fiat.

Corporis nutritio quomodo fiat.

Corpus vnde sanum, & vnde ægrotũ

Lib. de Nat. Hum.

*Homo propter humores ægrotat, & sanus est; sanus quidem maximè homo est vbi temperamentum inter se habuerint hæc moderatum, tum facultate, tum copia, & vbi maximè fuerint permista; ægrotat autem, quum horum quod minus, aut amplius fuerit, aut separatum in corpore, & non fuerit reliquis omnibus contemperatum.* Dignoscet autem hæc diligenter vrbanus, si colores dignouerit humorum, Sanguinem scilicet rubicundum, bilem flauam; pituitam albam; melancholiam nigram; qui humores eum inuicem fuerint admixti, propter dominium sanguinis, hominem efficiunt mediocriter coloratum, medium inter album, & rubicundum. cum verò fuerint admixti, propter dominium bilis, hominem flauum constituunt; veluti propter phlegmatis excessum, albicantem; atq; melancholiæ, nigricantem. D

Aurea doctrina Hippocratis.

Humorũ colores,

Neq;

E Neq; ignorare debet, sanguinem cum alijs omnibus humoribus admixtum contineri in venis; itiunctam tamen bilim à sanguine, & alijs humoribus in vesica fellea; melancholiam in liene; pituitam locum quidem non habere determinatum, quia per vlteriorem eoctionem verti potest in sanguinem, asseruari tamen in ventriculo, & cerebro, in aliqua effatu digna quantitate. Ex his quatuor humoribus admixtis inuicem noscere debet cũ Auicenna, quatuor genitas esse humiditates, Ros, Glutẽ, Cambium, & Alimentalem vocatas, ex quibus corpus immediatè nutritur. De humoribus hæc satis Vrbano, qui tamen, quò doctior, eò faciliùs seipsum in optima valetud. conseruabit. De

Locus soi qui continetur humores.

Ex primis quatuor humorib' quatuor aliæ generantur humiditates, & quæ.

F spiritibus sciat, substantias, hos esse tenuissimas, & lucidas, mixtas tamen, perfectas, corporeas, sed aëreas, genitas, ex vtroq; semine, masculino, & fœminino cum sanguine in vtero muliebri, in gratiam conformationis, & conseruationis fœtus in vtero, & extra vterum; vnde fit, vt spiritus instrumenta iudicata sint, ex quibus facultates membrorũ principum absoluũtur; & aliùs sit, qui Naturalis vocatur, in hepate genitus, ex tenuiori sanguinis portione; Vitalis in corde, genitus ex naturali; & Animalis in cerebro, genitus ex vitali; quo eodem nomine fit, vt tres in eisdem principibus membris facultates existant, Vitalis, vt aliarum radix, ex philosophis, in corde; Naturalis in hepate; Animalis in cerebro: Animalis, vt ex dictis colligitur, duplex, interna, & externa; interna duplex, princeps, & motiua; princeps triplex, imaginatiua, discursiua, & memoratiua; motiua duplex, apprehensiua, & progresiua, vel simplex loco motiua: externa quincuplex, visiua, auditiua, olfactiua, gustatiua, tactiua, quæ percipit, & sentit colorem, sonum, saporem, calidum, frigidum, humidum, siccum, molle, leue, graue, durum, glabrum, asperum; Vitalis facultas est, quæ vniuerso corpori calorem suppeditat, & vitã per calorem, & spiritum influentem, atq; innatum; Naturalis demum est triplex, Generatiua, Nutritiua, Augmentatiua, siue generatrix, nutrix, & auctrix; Generatrix vis est procreandi sibi simile; Nutrix afsimilandi sibi pro nutriendo corpore alimentum; Auctrix corpus extendendi in debitam sibi mensuram longitudinem, latitudinem, & profunditatem; Quibus facultatibus quatuor aliæ prædictæ famulãtur, Attractrix, Retentrix, Cõcoctrix, Expultrix. Atq; his humani corporis, ex vrbanorũ parte absoluitur cognitio, in Continentibus, Cõtentis, atq; Impetũ facientibus collocata: præter quæ, cũ continentium, seu membrorum temperamenta in primis accedant; humorumq; in corpore proportionata, hoc est, neq; excedens, neq; deficiens quantitas,

Spiritus instrumenta facultatũ eorũq; diuisio.

Vitalis facultas. Naturalis, Animalis.

Obiectũ sensuũ exteriorum.

Naturalis facultatis diuisio.

de

de omnibus, clarioris, atq; distinctioris doctrinæ gratiâ in posterum agemus; Ita enim sese ipsos optimè noscent Vrbani.

*Quid maximoperè faciat ad cognitionem sui ipsius; vt corporis temperamentum, siue temperatura; huius dignotio quomodo comparãda; eiusdẽ in æqualem, & inæqualem diuisio; vtriusq; signa magis accommodata & cognitu necessaria; atq; de cognitione partium, pauciora.* *Cap IV.*

PLVRA equidem sunt, quæ eum ad sui ipsius, ratione corporis, faciant cognitionem, diligenter ab Vrbanis essent internoscenda, quæq; in nostra Synopsi de hominis excellentia diligenter insculpsimus, fabricam, & structuram humani corporis absoluentia; Ceterùm, ne rudiorum ingenia obruantur, alia in gratiam totius, alia in gratiam partium proponemus. In gratiam totius, temperamentum, in quo sanitas fundata est, primò internoscendum; aiebat enim Cicero, *Sanitatem esse temperationem corporis, cum ea congruunt inter se, ex quibus constamus*; ex elementis nimirum, ex quibus, in semine delitescentibus temperamentum insurgit; quare temperamentum in primis noscendum, scribente Galeno, eum, *Qui se ipsum in prospera voluerit valetudine conseruare, noscere oportere sui ipsius temperiem, & naturam, non communẽ, sed propriam quæ si fuerit temperata conseruanda similibus; si intemperata corrigenda contrarijs*: Et quoniam temperamẽtum totius insurgit, ex temperamento partium, de harum temperamento differemus secundò. Humani ergo corporis temperatura vèl complexio ab Arabibus nuncupata duplex cum sit, in prima sui diuisione, æqualis, vel inæqualis, quæ tamen in latitudine (vt Medici loquuntur) sanitatis persistat; Et si inæqualis, vel in excessu qualitatis dumtaxat vnius, vt calida à prædominio, frigida, humida, sicca; vel in excessu duarum, vt calida, & sicca; calida, & humida; frigida, & humida; frigida, & sicca: ęqualem, seu temperatam agnoscet Vrbanus, & Medicus, ex inculpata sui ipsius valetudine, in omnibus functionibus humani corporis, Naturalibus, Vitalibus, Animalibus; ab externa elegantia, pulchritudine, & proportione quadam formę exterioris totius, ac partium. Elementa enim quò magis in mixto quocumq; corpore inuicem fuerint castigata, eò magis ad temperaturam accedent ęqualem. Ceterùm, quod attinet ad

Tẽperamẽti cognitio maximè necessaria.

Lib. 1. ad Glauc. c. 1.

Tẽperies duplex, & quę.

Tẽperatur æqualis vt dignoscatur.

Tẽperies qualis, vnde.

functionem

E functionum omnium bonitatem, atq; integritatem, à temperamento iam dicto prouenire, non solùm Medici, sed et philosophi testati sunt; hi quidem quum litteris prodidère, *Virtutum omnium legitimam facultatem, à peculiaribus membrorum temperaturis prouenire*; illi verò, quum dixère, *Omnem immodicam intemperiem deijcere actum propria virtutis*; quasi dicere voluerint, temperiem conseruare; Ita vt, si totum, vel partes fuerint temperatæ, actiones inculpatæ fuerint; Si intemperatæ, pro intemperiei natura, vel gradu magis, vel minus in latitudine sanitatis culpatæ: Quod autem elegantia externa, vel pulchritudo ab optima temperie proficiscantur, præterquàm quòd experientia quotidiana declarat; optimè siquidem temperatus pulcher est; accedit, quòd lectio patefacit; Nam Leo Hebræus, Dialogo illo suo, de Amore, vt nos latiùs prosequuti sumus in nostra Synopsi nobiscum omninò sentit; vnde factum, & citra controuersiam quoquè stabilitum, vt animi mores corporis insequantur temperaturam; Ergo ex his dignoscet Vrbanus, si non ex alijs corporis naturam; Quicumq. enim compositos habuerit mores, temperatus, qui incompositos, intemperatus existet, magis, vel minus, pro maiori, aut minori morum incompositione; quam veritatem sciens Galenus. *Iam verò*, inquit, *qui optimo corporis habitu sunt infantes, his animi quoq; mores citra vitium esse, par est; qui enim non ad iram magis procliues, aut animo planè demisso, aut intelligentes magis, aut stupidi, aut cibum appetentes vltra modum, hos parùm idoneo temperamento esse, in ijs partibus, quibus prædictarum singula administrantur, necesse est.* Qui namq; dexter, & prudens exempli gratià cum Galeno, calidus, & siccus est: Qui ignauus, frigidus, & humidus; Animus enim per Platonem agitur ad prudentiam per siccitatem, quam attendens Heraclitus aiebat, *Lux sicca anima sapientissima*; vt ad ignauiam, ex Galeno, per frigiditatem, atq; humiditatem. Verùm vt specificè magis, ac medicè rem pertractemus, optimæ temperaturæ, ac proinde temperatæ, & æqualis inditia sunt, quæ sequuntur, Corporis habitus mediocris, in carnositate, itaut neq; gracilis, neq; oboesus sit; calor intermixtus, ex albo, & rubro; capilli, vt plurimùm flaui, & mediocriter crispi, cutis neq; durior, neq; mollior, non glabra, non hispida, & ante omnia corpus moderatum in caliditate, atq; frigiditate, ne scilicet tangenti appareat summè calidum, vel summè frigidum; Ad hæc temperamentum æquale visum

Margin notes: Virtutum facultas vnde. — Actiones inculpatæ, & culpatæ vnde. — F — Pulchritudo vnde, & quo modo. — Animi mores vnde. — Mores compositi q.d arguant. — G — Lib. de Tuenda. — Prudentia quid significet. — Lib. 3. de loc. affec. — H — Optimæ temperaturę inditia.

delectat aspicientis, concurrente regionis temperie, cæli status, & victus rationis; quæ enim suis naturis temperata sunt, temperatam produeũt habitudinem, quæ verò intemperata intemperatam; neq; possibile est, temperatum corpus, quod εὔκρατον vocatur à græcis, præfatis accedentibus intemperatis, regione, cæli statu, & victus ratione reperiri: Quamobrem à mediocritate dictorum omnium quicumque recesserit, à sui corporis temperie recesserit, & ob id, si fuerit calidum à prædominio, tale apparebit tangenti, & quò calidius, eò calidiorem corporis arguet temperaturam; fueritq; etiam corpus hirsutum, rubicundum, minus habens pinguedinis, & capillos obtinens nigriores; animi, corporisq; mores erunt celerrimi, vnaq; cum igne mobiles, venæ apparebunt latæ, amplæ, omniaq; caliditatem attestabuntur: Quòd si corpus à prædominio existat frigidum, contraria præsefert inditia, tangenti frigidum apparebit, erit glabrum, expile, lentam quandam obtinebit pinguedinem, color ad liuiditatem accedet, vel paululum fuerit rufus; venæ erunt angustæ, animiq; & corporis motiones omnes pigræ, ac tardę. Verùm si corpus humidum extiterit, habitus erit mollior, & & carnosior, excrementis redundans, morbis à putredine subiectus, ceteraq; humiditatem ostendent, prout humidum magis, aut minus iunctum erit cum frigido, aut calido. Siccum ostendent corpus, tum habitus prædicto oppositus, gracilis nimirum, ac durus, tum excrementorum carentia, & ineptitudo quædam ad mentem; ea stante veritate, qua ab Aristotele, vniuersaq; philosophia sancitũ, *Molles carnis aptos esse menti, duros verò ineptos*; σκληροσάρκους hos appellãt græci, μαλακοσάρκους illos: Intemperantiæ igitur, aut intemperiei, à prædominio calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ, quas attulimus, fuerint notæ, vnius dumtaxat qualitatum excessum in intemperatura monstrantes; Verùm intemperatura duplex, eiusq; excessus ita ab vrbanis noscetur. Calida, siccaq; totius intemperies, ex hirsutie, caliditate, corporisq; duritie, quæ manifesta fit tactui cognoscetur: gracilitate quin etiam, tenuitate, colore maximè rubicundo, vel citrino magis, & nigricante, vbi nimium caliditas, siccitasq; redundet, hinc nigri capilli; morbis corpus afficitur calidioribus; à frigidis, & humidis iuuatur, eisq; plurimùm delectatur. Ceterùm Intemperies calida, & humida subiecta est morbis à putredine, febribus plerumq; humoralibus, siue putridis; habitum habet in corpore mollem, atq; carnosum, caliditatem tangenti præmonstrat; corpus

Cõcurrentia ad temperiẽ corporis, quę.

Intemperatũ corpus, vt cognoscatur ad calidum.

Frigidũ a prędomineo.

Humidi à predominio

Sicci à prędominio.

Molles, & duri carne, quales.

Calidi, & sicci corporis notæ.

Calidi, & humidi.

E pus habet excrementis refertum, & vt magis caliditas, aut humiditas exedit, signa exedentis caliditatis, aut humiditatis adsunt; caliditate namq; excedente, habitus mediocriter extat carnosus, hirsutus, calidior, parumq; mollis; excedente verò humiditate magis, habitus carnosior, mollior, cuius calor euidens quidem, sed humectus, non acris, nec mordax; corporis autem color medius inter rubicundum, & album. Temperatura frigida, & humida pilis caret, habitu mollis est, Galenus addidit pinguem, quod non perpetuæ ducimus, ac nouimus (tanti viri pace) veritatis; color albus est, & vbi excessus aderit frigiditatis, vel humiditatis, huius, aut illius inditia præualuerint; humiditate siquidem redundante, signa redundant humiditatis, redundante verò frigiditate, huius excedunt; vbi vtraq; in corpore dominatur, capilli sunt rufi, & vbi magis, liuidi. Temperatura demum frigida, & sicca his deprehenditur notis, corpus natura durum, tenue, glabrum, & frigidum tangenti existit, gracile item; atq; gracilius, si hæc temperatura frigida, & sicca, proficiscatur quandoq; per degenerationem, ex calida, & sicca; tunc enim corpus fit durius, & venæ fiunt angustæ; quòd si altera qualitatum excedat, veluti frigiditas, huius aderunt præualentia argumenta; si verò siccitas, hæc per inditia enarrata firmabitur; de temperie itaq; totius, sic decernendum; nunc ad partium dignoscendam temperiem, antequam accedamus, Tria in cognoscenda partium natura Medicus, pro tuenda Vrbanorum valetudine, debet cognoscere, quæ si, & vrbanus cognouerit, partium actiones integerrimas conseruabit: Medicus ergo structuram, actionem, & vsū, pro viribus in partibus omnibus adamussim intelligere debet, per structuram autem volumus non solam conformationem, sed quidquid ad naturalem partis facit constitutionem, quæ tamen sunt tria, substantia, temperies, ipsaq; conformatio: Substantia domicilium est determinatæ facultatis, & cuilibet parti peculiaris, cuius ratione substantia dicitur ossea, neruosa, carnosa, membranosa &c. quam partim, à forma, partim à materia consequitur; dignoscitur autem per sensibiles qualitates, duritiem, mollitiem, crassitiem, tenuitatem, densitatem, colorem, saporem. Temperies substantiam comitat ur, & materiales sequitur qualitates, subiecto firmiter inhærentes, ex quibus temperies insurgit partium, quibus inhærent; quæ propterea dicuntur calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ, simplici, aut composita donatæ temperatura; vt autem dignoscendæ, inferiùs dicemus; Frigidam tamen temperiem (vt ingenere hic loquamur)

Calidioris.

Humidioris.

Corporis frigidi, & humidi notæ.

Humidioris.

Corporis frigidi, & sicci notæ.

Quæ cognitio habenda ratione partium.

Structura partiū, quid.

Substantia quid.

Temperies.

B 2 mur)

mur) & calidam, ratione potius, quàm ſenſu dijudicamus; quandoquidem in viuente, nihil actu frigidum perſentitur; Humidam verò, & ſiccam ſenſus dumtaxat patefacit, mollities nimirum, atq; durities; quod etenim durum tangenti percipitur, id ſiccum eſt, quoniam nil durum in viuente concretione fit: quod molle humidum. Conformatio, quæ partium, tertio loco ſtructuram conſequitur, in ſymmetria conſiſtit Figuræ, Magnitudinis, Numeri, ac Situs; ad Figuram attinet ſuperficies, meatus, cauitas; ad Situm ſedes partium, & connexio cum alijs, quam Medicus noſcat oportet, vt vna affecta, ſciat, quæ poſsit in illius trahi ſympathiam. Atq; de priori ſatis: quò ad actionem partium, quæ prouenit ab ipſa ſtructura, per ſubſtantiã, temperiem, & confirmationem illarum; Actionem iſtam cognoſcere debet, an ſit communis partium omnium, an verò propria alicuius determinatæ; prioris generis erit nutritio; omnes enim partes viuentes nutriuntur; alterius, vel ſimilarium, vel diſsimilarium; actio, quæ eſt ſimilarium, pendet à temperie; quæ verò diſsimilarium, à compoſitione emanat; exempli gratia, apprehenſio dependet à compoſitione manus; ſanguificatio ab hepatis temperie. Vſum demum intelligere debet, in gratiam partium, vt eo præſente conſeruet, veluti eſt aptitudo huius, aut illius partis, ad proprium obeundum munus, partiũ eſt diſsimilarium, veluti actio ſimilarium; Verùm ad ea, quæ vrbani facilius cognoſcere debent, in gratiam partium accedamus.

*In viuente nil actu frigidum.*

*Cõformatio Partium vbi locata.*

*Actio partiũ cognoſcẽda.*

*Actio ſimilariũ vnde atq; diſſimilariũ.*

*Vſus partiũ cognitio.*

A B C

### *Confirmatur neceſſitas cognitionis temperamentorum ſui ipſius, & quomodo principum partium tẽperamenta ſint dignoſcẽda, Capitis, Cordis, Ventriculi, & Hepatis, breuiſſima oratione finitur.* Cap. V.

LIBERIVS equidem cum Galeno dicã, & benè dicam, Quicumq; ſui ipſius corporis dignoſcet naturam, ſeu temperiem, quam ſubſtantiam appellauit tertio temperamentorum, talis erga ſe ipsum erit, qualis alter, erga alios erat Aſculapius, ſibimet, inquam ex æquo ſuccurret; Quoniam igitur præter inæqualẽ totius temperiẽ, morbi ſuſcitãtur, nõ ſolũ totius, ſed & partiũ, quæ magis ab inæquali earumdẽ tẽperatura ducũt originẽ (corpora.n. quæ inæqualẽ ſortita ſũt intẽperiẽ, dicebat Gal. morbis particularibus, magis exiſtũt obnoxia) cũ de tẽperie totius dignoſcẽda peracti fuerimus, de partiũ diſſeremus. Ceterũ partes, quæ morbis particularibus, à quibus vrbani ſunt præſeruandi, D

*Q sibimet poteſt ſuc. currere.*

*Lib. de Facult. Nat. cap. 16.*

E præſeruandi,& ſi plures ſint,præcipuæ tamen quoniam Caput, Cor, Ventriculus,Hepar, Teſtes in viris, & Vterus in mulieribus exiſtũt,de harum dignotione,vt p r temperiem habenda, peragemus.Ergo capitis tẽperies facillimo,vel negocio cognoſcitur,à quocumq;ex his,quæ tẽperiem inſequũtur,ingenio,ſcilicet] ſatis accommodato,ſenſuum tam internorum,quàm externorum perſpicacia, moderata excrementorum copia, per nares,oculos,aures,aut per palatum, ab his,quæ occurſant exteriùs, læſione propemodùm nulla,ex aëris ſcilicet intẽperatura,calida frigda,humida,ſicca,capillis, in infantia ſubrufis, in pueritia ſubflauis,in adoloſcẽtia flauis, medijſq;inter criſpos,

*Cap. temperies ex lib. Artis Medic. cap. 13.*

F & ſimplices. Verùm ſi caput,à temperie declinet, vergatq; ad calidum,omnia,quæ circa ſunt caput calida,& rubicũda apparent, venæ ſcilicet oculorum in primis,totaq; facies;capilli à primo ortu naſcuntur,quo procedente nigri, robuſti, & criſpi euadunt, progredienteq; magis ætate, decidunt, homines, calui fiunt; excrementa omnino pauciora, dictas per partes eaq; concocta apparent; hæc ipſamet calidà capitis temperatura, à calidorum vſu, & eſu, admotis ſcilicet exterius,aëre, odoribus calidioribus, atq; aſſumptis, tam alimentis, quàm medicamentis maximoperè offenditur,atq; labefactatur; ſomnus huic breuior eſt, neq; profundus, quiq; tali ſunt donati

*Inditia Capitis calidi. Gal, ibidem cap. 14.*

G temperie mobiles in opinione exiſtunt,motuſq;omnes animales internos, & externos habent celerrimos: Quòd ſi caput ſit frigidum,tangenti calidũ admodum non apparet,venæ oculorum non rubent,nec patent ſenſui,capilli longo temporis interuallo, à natiuitate apparent, iiq; recti, rufi, & ſtabiles, excrementorum copia per nares, atq; palatum apparet, deſtillationes frequentiores viſuntur, læſio effatu digna emanat à frigidis,ſomnus eſt diuturnus, Animi, corporiſq;motus tardi; opinio in hoc temperamento firmior eſt,ac ſtabilis:Humidum autem caput dignoſcitur,ex capillorũ planitie,atq;duratione,

*Frigidi capitis ſigna,ex Gal. in art.medic. cap. 15.*

*Signa Humidi cap. 16.*

H longitudine fortaſſe,ac mollitie,ſenſuum quadã veluti obtuſione, ac turbulentia,excrementorum copia, ſomni longitudine, atq;profunditate; Siccum verò caput aduerſam conſequitur diſpoſitionem,capilli robuſti ſunt,atq; celerrimè ſtatim innaſcuntur,iiq;vt plurimùm criſpi,& duri,ſenſus in cuiuſmodi capite ſunt plurimũ perſpicaces, vigilia maximè infeſtat, motus animi,corporiſq;multò ſunt celeriores,quàm in frigido,& humido capitis temperamento,quodq; ſiccũ oſtendit etiã caput, læſio eſt,quam à ſiccioribus percipit:Simplex itaq; capitis inæqualiſq;temperatura his deprædenditur ſignis;oppoſita ex his, quæ ſequuntur. Calidum caput,& ſiccum has habet notas,ex-

*Signa Sicci cap. 17.*

*Gal. cap. 18. Calidi,et Sicci capitis dignotio.*

B 3 crementa

exerementa per se nulla sunt, sensus admodum existunt vegeti, vigiliæ sollicitant, prima capillorum generatio celerrima est, caluitium citò aduentat, capilli sunt nigri, & hispidi, caput calidum apparet tangentibus, & oculi rubicundi. Calidum, & humidum caput, ex alijs cognoscitur signis, quorum præcipua sunt coloris bonitas, rubicundus nimirum, & albus, venarum circa oculos magnitudo, exerementorum copia, & mediocriter cocta, capilli recti, flaui, durantes vniuerso vitæ tempore; quòd si caput magis calidum, humidumq́; existat, præterquamquòd, à calidioribus, humidioribusq; offenditur, morbis quoq; subiacet innumeris, somnum diligit, illumq; non rarò diuturniorem, imaginibus, insomnijsq; refertum, sensus adhuc habet non satis vegetos, & claros, verùm confusos, imbecilles, ac turbidos; pro excessu tamen caliditatis, aut humiditatis, huius, aut illius signa redundant: Caput frigidum, & humidum somno grauiore tentatur, sensus minimè habet vigentes, exerementa satis excedunt, grauetudinibus, & destillationibus obnoxium est, & capilli maximè durant; Frigidum, & siccum tactu frigidius est, facies minimè colorata, oculi nullis apparentibus venis, tale caput offenditur nimioperè quacumq́; occasione à frigidis, & siccis. V.q́; in Vrbanorum gratiam vno intuitu capitis vniuiq; innotescat temperatura; Pilorum in capite multitudo, atq; nigredo caliditatem significat; caluities siccitatem; canities, & albedo frigiditatem; planities humiditatem. Cor, de quo secundo loco proposuimus cognitionē inquirere, illud habet, prę cunctis, vt cū sit scaturigo caloris, totū calefaciat corpus, nisi cōtra obstiterit iecur; caliditas enim cordis tanta est, vt cerebro omni, siue capite calidiori existat calidius, cuius caliditatis inditia hæc sunt, magnitudo respirationis, ad ipsius refrigerationem, pernecessaria; pulsus arteriarum velocitas, atq; frequentia, promptitudo quædam ad singula peragenda, audacia, & si in caliditate excesserit, iracundia, & furor; thorax, pectus, & partes viciniores ilijs hispidæ, ac pilosæ, thoracis etiam latitudo, nisi cerebrum frigidum sit, & caput magnum; paruitas namq; thoracis, vel pectoris cor frigidum, capitis verò paruitas, & amplitudo pectoris calidius arguit: Frigidum autem cor his internoscitur signis, respiratio rara est, pulsus minor, quàm conueniat naturæ modo, thorax etiam minor, timiditas, segnities, audacia nulla, pectus glabrū, sine pilis, & prædictis opposita: Siccū dignoscitur cor, ex pulsu duriore, ineptitudine quidem ad iram, sed feram, quæq; difficilè potest sedari

Marginal notes: Gal. cap. 19. Calidi, & Humidi. — Magis calidi, & Humidi. — Frigidi, & Humidi signa. Gal. 21. — Frigidi, et Sicci 21. — Cordis cognitio, ex Galeno lib. art. med. cap. 29. — Cordis calidioris, qui. — Calidissimi signa. — Frigidioris cap. 30. — Sicci cap. 31.

Right margin: A, B, C, D

E dari, totumq; corpus magna ex parte siccius, nisi hepar obsistat. Humidum cor pulsus habet molles, mores ad iram procliues, at quæ facilè possit sedari, reliquum corpus est humidius, & hoc, nisi hepar sua siccitate resistat: Simplices itaq; cordis temperaturæ tales; compositæ, quæ sequuntur; calidum, siccumq; cor pulsus habet duros, magnos, veloces, frequentes, respirationem quoq; magnam, velocem frequentem, pectus quàm maximè hirsutum, & pilis copiosioribus refertum; Actiones, quę ab illo proficiscuntur, sunt promptę, veloces, subitæ; hinc subitus furor, & feruor, contentio, iracundia, rixæ. At calidum, & humidum pilorum in thorace minorem obtinet copiam, pronos tamen facit ad iram, minimè tamen ferocem, ac stabilem; pulsus huius cordis sunt magni, molles, veloces, frequentes, respiratio similis, pro amplitudine tamen ac paruitate thoracis; hoc enim si paruũ, respirationem velocem, & frequentem habet, si magnum, minus velocem, atq; frequentem. Cor frigidum, & humidum pulsus obtinet molles, homines facit segnes, ac timidos, pectus est glabrũ, in huiusmodi corde, neq; homines sunt ad iram procliues, illaq; perbreuis est. Frigidum, & siccum pulsus habet duriores, & paruos, respirationem, si pectus fuerit angustum, & paruum, moderatam, si magnum, raram; qui consimilem

G cordis sunt nacti temperiem, omnium minimè ad iram propensi, cum verò irascuntur, & coacti sunt irasci, iram retinent, & pectus his sine pilis est. De iecoris temperatura hæc dignoscenda, calidum hepar venas habet latas, flaua in adolescentiæ ætate redundat bile, atra in consistentiæ, vnde sanguis calidior, totumq; corpus percalidum, venterq;, & ilia hirsutiora. Iecur autem frigidum venas habet angustas, pituita redundat, sanguis in corpore generatur frigidior, talisq; corporis vniuersi est habitus, nisi cordis obsistat caliditas, venterq; & ilia sine pilis existunt. Iecur siccum sanguinem gignit crassiorem, & minus vberem, venas præstat duriores, to-

H tiusq; corporis habitum sicciorem inducit. Humidum opposita repræsentat inditia, sanguis abundantior est, venæ sunt molliores, & totum corpus assimile, nisi cor obstet. Ceterùm si hepar calidum sit, & humidum, ilia minus hispida manent, sanguis plurimus est, venæ amplæ, habitus corporis humidior, calidior, carnosior, atq; ad morbos ex putredine, si vtraq; redundet qualitas, paratior; quòd si caliditas vigeat, humiditas verò sit manca, homines ad morbos sunt minus parati; Calidum hepar, & siccum habet ilia plurimùm hispida, sanguis

B 4

Humidi cap. 32.

Calidi, et sicci cordis cognitio.

Calidi, & Humidi.

Respirationis natura vnde.

Frigidi, & humidi.

Frigidi, et Sicci.

Hepatis calidoris dignotio.

Frigidioris.

Siccioris.

Humidioris cap. 40.

Hepatis calidi, & humidi. Gal. cap. 4

Calidi, et Sicci.

sanguis est crassior, & siccior, bilis flaua in iuuentute superexcedit, in consistentia nigra, venarumq; adest latitudo, atq; durities. Hepatis frigidi, & humidi argumenta desumas ab iliorum glabritie, sanguine pituitoso, venarum angustia, reliquoue corporis habitu consimili: Frigidi autem, & sicci, ex paucitate sanguinis, venarum angustia, corpore frigidiori, & iliorum glabritie. Sed ad ventriculi cognitionem, vt accedamus, in hac diligentiores Vrbanos esse oportet, vt ex qua, magna conseruandæ valetudinis ratio proficiscatur; vti enim hepar domus est regia sanguificationis, ita ventriculus chilificationis, pro cuius natura sanguinem fieri necessum est; in eo siquidem prior fit coctio, quæ si bona sit, bona quoq; sanguificatio, si verò mala, sanguificatio exercetur non bona; quare calidus cognoscitur ventriculus ex meliori coctione, quàm appetentia, ex coctioneq; eorum, quæ non admodum facile, ex sui natura coquuntur; quæ facilioris sunt coctionis corrumpuntur, gaudetq; huiusmodi ventriculus calidus calidis, & siccis, eoq; à frigidis molestatur. Hipp. lib. 6. epidemiorum ventriculi calidioris afferens argumentũ. *Qui ventriculo sunt, inquit, calido, carnes habẽt frigidas, sunt venosi, & iracundi*, quę sententia obscurior ita obiter declaranda; In ventriculo calidiori alimenta corrumpuntur in nidorem, chylumq; nidorosum, ac semiputrem, ex quo praua cum fiat sanguinis generatio, venæ hunc prauum sanguinem minus trahunt, ita vt defraudatæ boni sanguinis præsentia, carnes apparent frigidæ; quoniam tantum habemus caloris, quantum sanguinis, at oppletæ eædem sanguine impuriori, hinc venæ turgent, hinc iracundia; accensis scilicet succis, & in bilem conuersis. Ceterùm ventriculus frigidus cognoscitur, ex oppositione signorum, appetit faciliùs, quàm concoquit, & præcipuè, quæ facilioris non existunt concoctionis; nam citò acescunt, hinc ructus acidus; delectatur frigidis, à quibus tamen, & intra, & extra offenditur, eoq; læso, ignauoq; reddito, quacunq; occasione illud euenit, quod magnus dixit Hippoc. 6. Epidemiorum *Ventris segnities, omnium confusio, vasorumq; impuritas*; facillimumq; est ventriculum cognoscere frigidiorẽ; eo enim laborante, plerumq; frigidiore intemperie, excrementorum copia refertus est. Humidus ventriculus non solùm gaudet cibis humidioribus, sed ab his non admodum læditur, qui q; talem ventriculi sunt nacti temperiem, non sunt siticulosi. Contrarium tamen cum accidat, habẽtibus siccum, in his etenim sitis molesta est, quamuis parcior

Margin notes: Frigidi, & Humidi. — Frigidi, & Sicci. — Ventriculi calidi signa. — Sec. 4. — Hippocratis Interpretatio. — Ventriculi Frigidi signa. — Sec. 2. — Ventriculi Humidi signa. — Sicci. — A — B — C — D

E parcior satisfaciat potus, quia multus aggrauat, & fluctuat; Cibus arridet siccior, atq; his omnibus ventriculi simplex dignoscitur temperatura; composita ex ijsdem, sed coniugatis; ita vt Ventriculus calidus, & siccus non solùm facilè coquat, sed sitim appetat; calidus, & humidus coquit, sitimq; non appetit, Frigidus, & humidus magis appetit, & nihilum sitit. Frigidus, & siccus appetit solida, siue appetit magis, quàm coquit; nec admodum sitit, quandoquidem caliditas iuncta siccitati sitim inducit, non frigiditas; nisi appetentia sitis, ex spiritualibus partibus calidioribus proficiscatur, tuncq; respiratione, seu inspiratione frigidiori magis, quàm potu sedatur.

Calidi, et Sicci. Calidi, & Humidi. Frigidi, & Sicci. Sitis ex pulmone, vt sedatur.

F

*Quomodo cognoscenda vteri temperatura, in gratiam mulierum, atq; testiculorum, in gratiam virorum, vtq; praecognosci possit in genere futura agritudo ex Galeno lib. Artis Meditinalis. Cap. VI.*

QVARVM partium, curandæ valetudinis gratiâ Vrbanorum habenda sit cognitio, vnà cum natura totius, iam diximus, respectu, inquam, virorum; neq; respectu mulierum, altera cognitionis indagãda est via; vnum tamen in earũdem gratiam superest cognitio-
G ne, & animaduersione dignum; est autẽ vteri temperaturæ cognitio, cuius ex Hippocrate conditio, cum talis existat, vt muliebre genus perpetuò subiaceat morbis, de muliebris vteri temperamento, neq; non testiculorum in viris disseremus. Esto igitur, vterum veluti campum, & hortũ esse feracissimum, excipiendo virili, muliebriq; semini, ad sobolis propagationem comparatum, siue animal concupiscentię particeps, vt volebat Plato, quod libidinem explendo animal generet; siue viscus propè animatum,
H & veluti animal quoddam in animali, vt dicebat Aretheus; Calidior est vterus, vbi mulier certis, definitisq; temporibus mestruas habet purgationes, mediocres, & coctas; Si iuncta viro, statim concipiat; si marem potius, quàm foemellã pariat: Frigidus vterus est, si mulier non sit appetens coitum, si semen careat acrimonia stimulante, si mestruæ purgationes sint pauciores, nec sine dolore: Humida donatus est Vterus temperie, si mestrua sint copiosiora, & diutius perseuerent; Sicca verò, si mulier infœcunda sit, & mestrua sint pauciora; calida, & humida,

Genus muliebre morbosũ exvtero.

Vteri munus & proprietas.

Vteri calidi, & sicci signa

Frigidi.

Humidi.

Vteri calidi et humidi signa &c.

humida, vbi mulier fit plurimum fœcunda, menses profluant copiosiores, & ordinati. Calidam, & siccam vterus est nactus temperiem, si menses existant parcissimi, & mulier non admodum fœcunda; frigidam, & humidam, si menstrua non tantùm redundent, sed alba sint, atq; pituitosa, vel subalbicantia, viscida, ouiq; albumini non dissentanea, eruda etiam, ita vt morbis ex pituita laboret mulier: Frigidam demum, & siccā vterus, qui sortitus fuit temperiem, mulierem infœcundam esse; facit; nam & alibi, ex Nasone conscripsimus, vt

Frigidi, & Sicci.

*-------- calor humidus omnes*
*Res creat, & concors discordia fœtibus apta est.*

Cur difficulter ad sanitatem perueniamus.

Ceterùm quia, vt ex Tullio ad Brutum conscripsimus, *Difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare ignoramus*, Fœminæ cum huius sint generis, ignorentq; sese ex vtero ægrotare, in earum gratiam quomodo vterum affectum esse deprehendant, differemus. Vterum igitur affectum esse, multa demonstrant, siue primariò, & per essentiam, siue per consensum, & secundariò, actio tamen in primis eiusdem læsa, eaq; multiplex, gestare scilicet vterum, (dicebat enim Sabinus Iurisconsultus, *Ni mulier vtero gerat, morbosa est*) appetere coitum, eoq; delectari; quibus si manca sit mulier, sana non est; Affectum quoq; demonstrant vterum nunc feruentes, modò egelidi, ab ipsomet vtero eleuati vapores, afficientes, aptiquè afficere non solùm corpus vniuersum, sed partes, easq; determinatas, vt ex Galeno licuit nobis colligere, totaq; medicorum schola; Mulier enim, quæ ab vtero laborat, vt plurimùm capite, cordeq; laborat, ob vaporum scilicet ascensum, vnam, vel alteram afficientem partem, vnde palpitationes, tremores cordis, conuulsiones, seu spasmi nō proportionati ad materiam, sudores vaporosi, copiosi, longi ter, & quater vna, eademq; die repetiti, ita vt ter, & quater, ignara mulier dicat, febrē in die fuisse exacerbatam, atq; solutam; cum tamen non febri hæc symptomata in rei natura semper debeantur, sed vtero; Verùm tractatio de signis particularium vteri affectionum, ex ijs petenda, qui de muliebribus earumq; morbis scripsere. Rationi consentaneum modò est, vt in virorum gratiam, de signis agamus temperaturæ testiculorū; quandoquidem non solùm curæ homini esse debet propriam indiuidualemq; sui ipsius valetudinē conseruare, sed & specificam, quæ à testium pendet temperatura: Galenus igitur libro artis Medicinalis, testium edocens temperaturam, hæc habet. Calida testiculorum temperatura, ad venerem procliuis est, & masculorum generatrix, atq; fœcunda, celerrimeq; partes genitales

Vterus affectus, vt cognoscatur.

Lib 5. de loc. affec. cap. 6.

Affectus ab vtero.

Vteri symptomata quędam.

Testiculorū temqeratura, vt cognoscatur.

Calida.

les pilis obsepit, simul autem, & circumiacentes attingit; frigidior verò contraria efficit, non est scilicet procliuis ad venerem, fæmellas generat, si coitum admittit, partesq; circumiacentes pilis destituuntur; Humida semine abundat multo, & humido; sicca paucum, & siccum generat: Sed calida, & sicca testium temperatura semen producit crassum, atq; fœcundum, hominem ad coitum proritat, genitales partes hispidas facit, ad vmbilicum vsq; & media vsq; foemora; quicumq; tamen similem nacti sunt temperaturam, læduntur à venere, ad quam licèt proni, citò satures fiunt: Calida verò, & humida temperatura semine copiosiori abundat, hirsutiem in partibus genitalibus inducit minorem, desiderium ad coitum quoq; minus, venus fertur innoxia, & si in huiuscemodi temperatura adsit excessus, abstinentia nocet, quæ tamen plurimùm quibuscumq; solet prodesse, Hippocratis, vel testimonio, qui litterarum monumentis mandauit, tria valetudini conseruandæ prodesse, *Non esse pigrũ scilicet ad laborem, non vesci vltra satietatẽ; conseruare semen natiuum*. Frigida, & humida testium temperatura genitales partes efficit glabras, venerem tardiorem, semen tenue, aquosum, infœcundum, fœmellarumq; productiuum: Frigida, & sicca eorumdem temperies similis antedictæ, in quibusdam videtur, nam semen tantùm est crassius, parciusq; producit, de testium itaq; cognitione, penès temperaturam hæc satis pro vrbanis putamus; qui si nouerint, maximam, & incredibilem eorum esse vim, non modò ad fœcunditatem, sed etiam ad temperamenti, habitus, substantiæ propriæ, & morum alterationẽ, maiori cautione in ipsorumet conseruanda recta constitutione incedent; eos etenim statuit noster Gale. alterum innati caloris fontem, in eisq; lares, focumq; contineri vult, quo vniuersum corpus incalescat; incalescit autem ex conseruatione seminis, ad cuius effluxum si Aristoteli etiã credimus in problematibus, refrigeratur, perquirens namq; *Cur belli tempore, mentha non edenda, neq; ferenda, quia*, inquit, *ex ea fit gonorrhea, quæ fortitudinem adimit*. Ceterùm temperiem immutant testes non solùm per seminis largiorem effusionem, sed exectionem, attritionem, contorsionem, refrigerationem, atq; conuulsionem; non exigua igitur testium habenda ratio, vt, ex quibus non solùm speciei, sed indiuidui ex eorum salute pendeat conseruatio. Atq; de cognitione sui ipsius, iuxtà partes magis necessarias, à quarũ morbis possit vrbanus sese tueri, sufficiant isthæc: Futuras ægritudines, in genere tamen, vt debeat præuidere, paucioribus hic cum Gal. scribemus. Gal. igitur lib. artis medicinalis cap. 82 in medio,

[Margin notes: Frigida. — Humida. — Calida, & Sicca. — Gal. in arte medic. cap. 47. — Valetudo ex tribus cõseruatur, et quibus cap. 48. — Testiculorũ præstantia. — Lib. 1. de semine. — Calor, vt cõseruatur a semine.]

mur) & calidam, ratione potius, quàm sensu dijudicamus; quandoquidem in viuente, nihil actu frigidum persentitur; Humidam verò, & siccam sensus dumtaxat patefacit, mollities nimirum, atq; durities; quod etenim durum tangenti percipitur, id siccum est, quoniam nil durum in viuente concretione fit: quod molle humidum. Conformatio, quæ partium, tertio loco structuram consequitur, in symmetria consistit Figuræ, Magnitudinis, Numeri, ac Situs; ad Figuram attinet superficies, meatus, cauitas; ad Situm sedes partium, & connexio cum alijs, quam Medicus noscat oportet, vt vna affecta, sciat, quæ possit in illius trahi sympathiam. Atq; de priori satis: quò ad actionem partium, quæ prouenit ab ipsa structura, per substantiã, temperiem, & confirmationem illarum; Actionem istam cognoscere debet, an sit communis partium omnium, an verò propria alicuius determinatæ; prioris generis erit nutritio; omnes enim partes viuentes nutriuntur; alterius, vel similarium, vel dissimilarium; actio, quæ est similarium, pendet à temperie; quæ verò dissimilarium, à compositione emanat; exempli gratia, apprehensio dependet à compositione manus; sanguificatio ab hepatis temperie. Vsum demum intelligere debet, in gratiam partium, vt eo præsente conseruet, veluti est aptitudo huius, aut illius partis, ad proprium obeundum munus, partiũ est dissimilarium, veluti actio similarium; Verùm ad ea, quæ vrbani facilius cognoscere debent, in gratiam partium accedamus.

A — In viuente nil actu frigidum.

Cõformatio partium vbi locata.

B — Actio partiũ cognoscẽda.

Actio similariũ vnde atq; dissimilariũ.

Vsus partiũ cognitio.

C

*Confirmatur necessitas cognitionis temperamentorum sui ipsius, & quomodo principum partium tẽperamenta sint dignoscẽda, Capitis, Cordis, Ventriculi, & Hepatis, breuissima oratione finitur.* Cap. V.

LIBERIVS equidem cum Galeno dicã, & benè dicam, Quicumq; sui ipsius corporis dignoscet naturam, seu temperiem, quam substantiam appellauit tertio temperamentorum, talis erga se ipsum erit, qualis alter, erga alios erat Asculapius, sibimet, inquam ex æquo succurret; Quoniam igitur præter inæqualẽ totius temperiẽ, morbi suscitãtur, nõ solũ totius, sed & partiũ, quæ magis ab inæquali earumdẽ tẽperatura ducũt originẽ (corpora.n. quę inęqualẽ sortita sũt intẽperiẽ, dicebat Gal. morbis particularibus magis existũt obnoxia) cũ de tẽperie totius dignoscẽda peractũ fuerimus, de partiũ disseremus. Ceterũ partes, quę morbis particularibus, à quibus vrbani sunt præseruandi,

D — Qui sibimet potest suc. currere.

Lib. de Facult. Nat. cap. 16.

E praeseruandi, & si plures sint, praecipuae tamen quoniam Caput, Cor, Ventriculus, Hepar, Testes in viris, & Vterus in mulieribus existũt, de harum dignotione, vt p r temperiem habenda, peragemus. Ergo capitis tẽperies facillimo, vel negocio cognoscitur, à quocumq; ex his, quae tẽperiem insequũtur, ingenio scilicet satis accommodato, sensuum tam internorum, quàm externorum perspicacia, moderata excrementorum copia, per nares, oculos, aures, aut per palatum, ab his, quae occursant exteriùs, lęsione propemodùm nulla, ex aëris scilicet intẽperatura, calida frigda, humida, sicca, capillis, in infantia subrufis, in

F pueritia subflauis, in adolosc ẽtia flauis, medijsq; inter crispos, & simplices. Verùm si caput, à temperie declinet, vergatq; ad calidum, omnia, quae circa sunt caput calida, & rubicũda apparent, venae scilicet oculorum in primis, totaq; facies; capilli à primo ortu nascuntur, quo procedente nigri, robusti, & crispi euadunt, progredienteq; magis aetate, decidunt, homines, calui fiunt; excrementa omnino pauciora, dictas per partes eaq; concocta apparent; haec ipsamet calidà capitis temperatura, à calidorum vsu, & esu, admotis scilicet exterius, aëre, odoribus calidioribus, atq; assumptis, tam alimentis, quàm medicamentis maximoperè offenditur, atq; labefactatur; somnus huic breuior est, neq; profundus, quiq; tali sunt donati

G temperie mobiles in opinione existunt, motusq; omnes animales internos, & externos habent celerrimos: Quòd si caput sit frigidum, tangenti calidũ admodum non apparet, venae oculorum non rubent, nec patent sensui, capilli longo temporis interuallo, à natiuitate apparent, ijq; recti, rufi, & stabiles, excrementorum copia per nares, atq; palatum apparet, destillationes frequentiores visuntur, laesio effatu digna emanat à frigidis, somnus est diuturnus, Animi, corporisq; motus tardi; opinio in hoc temperamento firmior est, ac stabilis: Humidum autem caput dignoscitur, ex capillorũ planitie, atq; duratione, longitudine fortasse, ac mollitie, sensuum quadã veluti obtusio-

H ne, ac turbulentia, excrementorum copia, somni longitudine, atq; profunditate; Siccum verò caput aduersam consequitur dispositionem, capilli robusti sunt, atq; celerrimè statim innascuntur, ijq; vt plurimùm crispi, & duri, sensus in eiusmodi capite sunt plurimũ perspicaces, vigilia maximè infestat, motus animi, corporisq; multò sunt celeriores, quàm in frigido, & humido capitis temperamento, quodq; siccũ ostendit etiã caput, lęsio est, quam à siccioribus percipit: Simplex itaq; capitis inaequalisq; temperatura his deprahenditur signis; opposita ex his, quae sequuntur. Calidum caput, & siccum has habet notas, ex-

Cap. temperies ex lib. Artis Medic. cap. 13.

Inditia Capitis calidi. Gal. ibidem cap. 14.

Frigidi capi signa, ex Gal. in art. medic. cap. 15.

Signa Humidi cap. 16.

Signa Sicci cap. 17.

Gal. cap. 18. Calidi, et Sicci capitis dignotio.

exerementa per se nulla sunt, sensus admodum existunt vegeti, vigiliæ sollicitant, prima capillorum generatio celerrima est, caluitium citò aduentat, capilli sunt nigri, & hispidi, caput calidum apparet tangentibus, & oculi rubicundi. A

Gal.cap. 19. Calidi,& Humidi.

Calidum, & humidum caput, ex alijs cognoscitur signis, quorum præcipua sunt coloris bonitas, rubicundus nimirum, & albus, venarum circa oculos magnitudo, excrementorum copia, & mediocriter cocta, capilli recti, flaui, durantes vniuerso vitæ tempore; quòd si caput magis calidum, humidumq; existat,

Magis calidi,& Humidi.

præterquamquòd, à calidioribus, humidioribusq; offenditur, morbis quoq; subiacet innumeris, somnum diligit, illumq; non raró diuturniorem, imaginibus, insomnijsq; refertum, B sensus adhuc habet non satis vegetos, & claros, verùm, confusos, imbecilles, ac turbidos; pro excessu tamen caliditatis, aut humiditatis, huius, aut illius signa redundant:

Frigidi,& Humidi signa. Gal. 22.

Caput frigidum, & humidum somno grauiore tentatur, sensus minimè habet vigentes, excrementa satis exeedunt, grauetudinibus, & destillationibus obnoxium est, & capilli maximè durant;

Frigidi,et Sicci 21.

Frigidum, & siccum tactu frigidius est, facies minimè colorata, oculi nullis apparentibus venis, tale caput offenditur nimioperè quacumq; occasione à frigidis, & siccis. V.q; in Vrbanorum gratiam vno intuitu capitis vniciuq; innotescat temperatura; Pilorum in capite multitudo, atq; nigredo caliditatem significat; caluities siccitatem; canities, & C albedo frigiditatem; planities humiditatem.

Cordis cognitio, ex Galeno lib. art. med.cap. 29.

Cor, de quo secundo loco proposuimus cognitionẽ inquirere, illud habet, pręcunctis, vt cũ sit scaturigo caloris, totũ calefaciat corpus, nisi cõtra obstiterit iecur; caliditas enim cordis tanta est, vt cerebro omni, siue capite calidiori existat calidius, cuius caliditatis

Cordis calidioris, qui.

inditia hæc sunt, magnitudo respirationis, ad ipsius refrigerationem, pernecessaria; pulsus arteriarum velocitas, atq; frequentia, promptitudo quædam ad singula peragenda, audacia,

Calidissimi signa.

& si in caliditate excesserit, iracundia, & furor; thorax, pectus, & partes viciniores illis hispidæ, ac pilosæ, thoracis etiam D latitudo, nisi cerebrum frigidum sit, & caput magnum; paruitas namq; thoracis, vel pectoris cor frigidum, capitis verò

Frigidioris cap. 30.

paruitas, & amplitudo pectoris calidius arguit: Frigidum autem cor his internoscitur signis, respiratio rara est, pulsus minor, quàm conueniat naturæ modo, thorax etiam minor, timiditas, segnities, audacia nulla, pectus glabrũ, sine pilis, & prædictis opposita: Siccũ dignoscitur cor, ex pulsu duriore, inepti-

Sicci cap. 31.

tudine quidem ad iram, sed feram, quæq; difficilè potest sedari

E dari, totumq; corpus magna ex parte siccius, nisi hepar obsistat. Humidum cor pulsus habet molles, mores ad iram procliues, at quæ facile possit sedari, reliquum corpus est humidius, & hoc, nisi hepar sua siccitate resistat: Simplices itaq; cordis temperaturæ tales; compositæ, quæ sequuntur; calidum, siccumq; cor pulsus habet duros, magnos, veloces, frequentes, respirationem quoq; magnam, velocem frequentem, pectus quàm maxime hirsutum, & pilis copiosioribus refertum; Actiones, quę ab illo proficiscuntur, sunt promptę, veloces, subitæ; hinc subitus furor, & feruor, contentio, iracundia, rixæ. At calidum, & humidum pilorum in thorace minorem obtinet copiam, pronos tamen facit ad iram, minimè tamen ferocem, ac stabilem; pulsus huius cordis sunt magni, molles, veloces, frequentes, respiratio similis, pro amplitudine tamen ac paruitate thoracis; hoc enim si paruū, respirationem velocem, & frequentem habet, si magnum, minus velocem, atq; frequentem. Cor frigidum, & humidum pulsus obtinet molles, homines facit segnes, ac timidos, pectus est glabrū, in huiusmodi corde, neq; homines sunt ad iram procliues, illaq; perbreuis est. Frigidum, & siccum pulsus habet duriores, & paruos, respirationem, si pectus fuerit angustum, & paruum, moderatam, si magnum, raram; qui consimilem

G cordis sunt nacti temperiem, omnium minimè ad iram propensi, cum verò irascuntur, & coacti sunt irasci, iram retinent, & pectus his sine pilis est. De iecoris temperatura hæc dignoscenda, calidum hepar venas habet latas, flaua in adolescentiæ ætate redundat bile, atra in consistentiæ, vnde sanguis calidior, totumq; corpus percalidum, venterq;, & ilia hirsutiora. Iecur autem frigidum venas habet angustas, pituita redundat, sanguis in corpore generatur frigidior, talisq; corporis vniuersi est habitus, nisi cordis obsistat caliditas, venterq; & ilia sine pilis existunt. Iecur siccum sanguinem gignit crassiorem, & minus vberem, venas præstat duriores, to-

H tiusq; corporis habitum sicciorem inducit. Humidum opposita repræsentat inditia, sanguis abundantior est, venæ sunt molliores, & totum corpus assimile, nisi cor obstet. Ceterùm si hepar calidum sit, & humidum, ilia minus hispida manent, sanguis plurimus est, venæ amplæ, habitus corporis humidior, calidior, carnosior, atq; ad morbos ex putredine, si vtraq; redundet qualitas, paratior; quòd si caliditas vigeat, humiditas verò sit manca, homines ad morbos sunt minus parati; Calidum hepar, & siccum habet ilia plurimùm hispida, sanguis

Humidi cap. 32.

Calidi, et sicci cordis cognitio.

Calidi, & Humidi.

Respirationis natura vnde.

Frigidi, & humidi.

Frigidi, et Sicci.

Hepatis calidioris dignotio.

Frigidioris.

Siccioris.

Humidioris cap. 40.

Hepatis calidi, & humidi. Gal. cap. 4

Calidi, et Sicci.

A sanguis est crassior, & siccior, bilis flaua in iuuentute suprexcedit, in consistentia nigra, venarumq; adest latitudo, atq; durities. Hepatis frigidi, & humidi argumenta desumas ab iliorum glabritie, sanguine pituitoso, venarum angustia, reliquoue corporis habitu consimili: Frigidi autem, & sicci, ex paucitate sanguinis, venarum angustia, corpore frigidiori, & iliorum glabritie. Sed ad ventriculi cognitionem, vt accedamus, in hac diligentiores Vrbanos esse oportet, vt ex qua, magna conseruandæ valetudinis ratio proficiscatur; vti enim hepar domus est regia sanguificationis, ita ventriculus chilificationis, pro cuius natura sanguinem fieri necessum est; in eo siquidem prior fit coctio, quæ si bona fit, bona quoq; sanguificatio, si verò mala, sanguificatio exercetur non bona; quare calidus cognoscitur ventriculus ex meliori coctione, quàm appetentia, ex coctioneq; eorum, quæ non admodum facile, ex sui natura coquuntur; quæ facilioris sunt coctionis corrumpuntur, gaudetq; huiusmodi ventriculus calidus calidis, & siccis, eoq; à frigidis molestatur. Hipp. lib. 6. epidemiorum ventriculi calidioris afferens argumentũ. *Qui ventriculo sunt, inquit, calido, carnes habēt frigidas, sunt venosi, & iracundi*, quę sententia obscurior ita obiter declaranda; In ventriculo calidiori alimenta corrumpuntur in nidorem, chylumq; nidorosum, ac semiputrem, ex quo praua cum fiat sanguinis generatio, venæ hunc prauum sanguinem minus trahunt, ita vt defraudatæ boni sanguinis præsentia, carnes apparent frigidæ; quoniam tantum habemus caloris, quantum sanguinis, at oppletæ eædem sanguine impuriori, hinc venæ turgent, hinc iracundia; accensis scilicet succis, & in bilem conuersis. Ceterùm ventriculus frigidus cognoscitur, ex oppositione signorum, appetit faciliùs, quàm concoquit, & præcipuè, quæ facilioris non existunt concoctionis; nam citò acescunt, hinc ructus acidus; delectatur frigidis, à quibus tamen, & intra, & extra offenditur, eoq; læso, ignauoq; reddito, quacunq; occasione illud euenit, quod magnus dixit Hippoc. 6. Epidemiorum *Ventris segnities, omnium confusio, vasorumq; impuritas*; facillimumq, est ventriculum cognoscere frigidiorē; eo enim laborante, plerumq; frigidiore intemperie, excrementorum copia refertus est. Humidus ventriculus non solùm gaudet cibis humidioribus, sed ab his non admodum læditur, qui q; talem ventriculi sunt nacti temperiem, non fuīt sitibundi. Contrarium tamen cum accidat, habētibus siccum, in his etenim sitis molesta est, quamuis

B

C

D

Margin notes: Frigidi, & Humidi. — Frigidi, & Sicci. — Ventriculi calidi signa. — Sec. 4. — Hippocratis Interpretatio. — Ventriculi Frigidi signa. — Sec. 2. — Ventriculi Humidi signa. — Sicci.

parcior

E parcior satisfaciat potus, quia multus aggrauat, & fluctuat; Cibus arridet siccior, atq; his omnibus ventriculi simplex dignoscitur temperatura; composita ex ijsdem, sed coniugatis; ita vt Ventriculus calidus, & siccus non solùm facilè coquat, sed sitim appetat; calidus, & humidus coquit, sitimq; non appetit, Frigidus, & humidus magis appetit, & nihilum sitit. Frigidus, & siccus appetit solida, siue appetit magis, quàm coquit; nec admodum sitit, quandoquidem caliditas iuncta siccitati sitim inducit, non frigiditas; nisi appetentia sitis, ex spiritualibus partibus calidioribus proficiscatur, tuncq; respiratione, seu inspiratione frigidiori magis, quàm potu sedatur.

Calidi, et Sicci.
Calidi, & Humidi,
Frigidi, & Sicci.
Sitis ex pulmone, vt sedatur.

F

*Quomodo cognoscenda vteri temperatura, in gratiam mulierum, atq; testiculorum, in gratiam virorum, vtq; pracognosci possit in genere futura agritudo ex Galeno lib. Artis Medicinalis.* Cap. VI.

QVARVM partium, curandæ valetudinis gratiã Vrbanorum habenda sit cognitio, vnà cum natura totius, iam diximus, respectu, inquam, virorum; neq; respectu mulierum, altera cognitionis indagãda est via; vnum tamen in earũdem gratiam superest cognitione, & animaduersione dignum; est autẽ vteri
G temperaturæ cognitio; cuius ex Hippocrate conditio, cum talis existat, vt muliebre genus perpetuò subiaceat morbis, de muliebris vteri temperamento, neq; non testiculorum in viris differemus. Esto igitur, vterum veluti campum, & hortũ esse feracissimum, excipiendo virili, muliebriq; semini, ad sobolis propagationem comparatum, siue animal concupiscentię particeps, vt volebat Plato, quod libidinem explendo animal generet; siue viscus propè animatum,
H & veluti animal quoddam in animali, vt dicebat Aretheus; Calidior est vterus, vbi mulier certis, definitisq; temporibus mestruas habet purgationes, mediocres, & coctas; Si iuncta viro, statim concipiat; si marem potius, quàm foemellã pariat: Frigidus vterus est, si mulier non sit appetens coitum, si semen careat acrimonia stimulante, si mestruæ purgationes sint pauciores, nec sine dolore: Humida donatus est Vterus temperie, si mestrua sint copiosiora, & diutius perseuerent; Sicca verò, si mulier infœcunda sit, & mestrua sint pauciora; calida, & humida,

Genus muliebre morbosũ ex vtero.
Vteri munus & proprietas.
Vteri calidi, & sicci signa
Frigidi.
Humidi.

Vteri calidi et humidi signa &c.

humida, vbi mulier fit plurimum fœcunda, menses profluant copiosiores, & ordinati. Calidam, & siccam vterus est nactus temperiem, si menses existant parcissimi, & mulier non admodum fœcunda; frigidam, & humidam, si menstrua non tantùm redundent, sed alba sint, atq; pituitosa, vel subalbicantia, viscida, ouiq; albumini non dissentanea, cruda etiam, ita vt morbis ex pituita laboret mulier: Frigidam demum, & siccā vterus, qui sortitus fuit temperiem, mulierem infœcundam esse; facit; nam & alibi, ex Nasone conscripsimus, vt A

Frigidi, & Sicci.

-------- *calor humidus omnes*

*Res creat, & concors discordia fœtibus apta est.*

Cur difficulter ad sanitatem perueniamus.

Ceterùm quia, vt ex Tullio ad Brutum conscripsimus, *Difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare ignoramus*, Fœminæ cum huius sint generis, ignorentq; sese ex vtero ægrotare, in earum gratiam quomodo vterum affectum esse deprehendant, differemus. Vterum igitur affectum esse, multa demonstrant, siue primariò, & per essentiam, siue per consensum, & secundariò, actio tamen in primis eiusdem lęsa, eaq; multiplex, gestare scilicet vterum, (dicebat enim Sabinus Iurisconsultus, *Ni mulier vtero gerat, morbosa est*) appetere coitum, eoq; delectari; quibus si manca sit mulier, sana non est; Affectum quoq; demonstrant vterum nunc feruentes, modò egelidi, ab ipsomet vtero eleuati vapores, afficientes, aptiquè afficere non solùm corpus vniuersum, sed partes, easq; determinatas, vt ex Galeno licuit nobis colligere, totaq; medicorum schola; Mulier enim, quæ ab vtero laborat, vt plurimùm capite, cordeq; laborat, ob vaporum scilicet ascensum, vnam, vel alteram afficientem partem, vnde palpitationes, tremores cordis, conuulsiones, seu spasmi nō proportionati ad materiam, sudores vaporosi, copiosi, longi ter, & quater vna, eademq; die repetiti, ita vt ter, & quater, ignara mulier dicat, febrē in die fuisse exacerbatam, atq; solutam; cum tamen non febri hæc symptomata in rei natura semper debeantur, sed vtero; Verùm tractatio de signis particularium vteri affectionum, ex ijs petenda, qui de muliebribus earumq; morbis scripsere. Rationi consentaneum modò est, vt in virorum gratiam, de signis agamus temperaturæ testiculorū; quandoquidem non solùm curæ homini esse debet propriam indiuidualemq; sui ipsius valetudinē conseruare, sed & specificam, quæ à testium pendet temperatura: Galenus igitur libro artis Medicinalis, testium edocens temperaturam, hæc habet. Calida testiculorum temperatura, ad venerem proeliuis est, & masculorum generatrix, atq; fœcunda, celerrimeq; partes genitales B C D

Vterus affectus, vt cognoscatur.

Lib 5. de loc. affec. cap. 6.

Affectus ab vtero.

Vteri symptomata quędam.

Testiculorū temperatura, vt cognoscatur.

Calida.

E les pilis obsepit, simul autem, & circumiacentes attingit; frigidior verò contraria efficit, non est scilicet procliuis ad venerem, fæmellas generat, si coitum admittit, partesq; circumiacentes pilis destituuntur; Humida semine abundat multo, & humido; sicca paucum, & siccum generat: Sed calida, & sicca testium temperatura semen producit crassum, atq; fœcundum, hominem ad coitum proritat, genitales partes hispidas facit, ad vmbilicum vsq; & media vsq; foemora; quicumq; tamen similem nacti sunt temperaturam, læduntur à venere, ad quam licèt proni, citò satures fiunt: Calida verò, & humida temperatura semine copiosiori abundat, hirsutiem in partibus genitalibus inducit minorem, desiderium ad coitum quoq; minus, venus F fertur innoxia, & si in huiuscemodi temperatura adsit excessus, abstinentia nocet, quæ tamen plurimùm quibuscumq; solet prodesse, Hippocratis, vel testimonio, qui litterarum monumentis mandauit, tria valetudini conseruandæ prodesse, *Non esse pigrũ scilicet ad laborem, non vesci vltra satietatẽ; conseruare semen natiuum*. Frigida, & humida testium temperatura genitales partes efficit glabras, venerem tardiorem, semen tenue, aquosum, infœcundum, fœmellarumq; productiuum: Frigida, & sicca eorumdem temperies similis antedictæ, in quibusdam videtur, nam semen tantùm est crassius, parciusq; producit, de testium itaq; cognitione, penès temperaturam hæc satis pro G vrbanis putamus; qui si nouerint, maximam, & incredibilem eorum esse vim, non modò ad fœcunditatem, sed etiam ad temperamenti, habitus, substantiæ propriæ, & morum alteratione, maiori cautione in ipsorumet conseruanda recta constitutione incedent; eos etenim statuit noster Gale. alterum innati caloris fontem, in eisq; lares, focumq; contineri vult, quo vniuersum corpus incalescat; incalescit autem ex conseruatione seminis, ad cuius effluxum si Aristoteli etiã credimus in problematibus, refrigeratur, perquirens namq; *Cur belli tempore, mentha non edenda, neq; serenda, quia*, inquit, *ex ea fit gonorrhea. quæ fortitudinem adimit*. Ceterùm temperiem immutant testes non so-H lùm per seminis largiorem effusionem, sed exectionem, attritionem, contorsionem, refrigerationem, atq; conuulsionem; non exigua igitur testium habenda ratio, vt, ex quibus non solùm speciei, sed indiuidui ex eorum salute pendeat conseruatio. Atq; de cognitione sui ipsius, iuxtà partes magis necessarias, à quarũ morbis possit vrbanus sese tueri, sufficiant isthæc: Futuras ægritudines, in genere tamen, vt debeat præuidere, paucioribus hic cum Gal. scribemus. Gal. igitur lib. artis medicinalis cap. 82 in medio,

Frigida.

Humida.

Calida, & Sicca.

Gal. in arte medic. cap. 47.

Valetudo ex tribus cõseruatur. et quibus cap. 48.

Testiculorũ præstantia.

Lib. 1. de semine.

Calor, vt cõseruatur a semine.

Futuræ ægritudines vt prouidendæ ex

in medio, Morbos inquit, & ægritudines denunciant ciborum appetentia intenta, vel dissoluta, vel quæ ad edulia minus vsitata feratur; aut excretiones cibi superfluitatum, quæ aut pauciores, aut humidiores, aut duriores exstant. Ad hæc humidiorum excrementorum defectus, vel excessus præter naturalem consuetudinem, aut in colore, vel consistentia varietas aliqua, in tempore verbi gratia excretionis, ita vt citiùs, vel tardiùs, quàm consuetudo requirat, fiat excretio. Similiter vigiliæ multæ, vel somnus longior, in tempore etiam non consueto. Sic & potus pluris, vel paucioris, calidioris, aut frigidioris insolens appetitus: Rerum quoq; venerearum immodica, aut intempestiua concupiscentia. Sudores pauciores, vel plures his, qui assueti exsistunt, & opportuni. Tarditas, & grauitas ad motum; Mestruorum occultatio, immodica, vel diminuta euacuatio, Sanguinis per venas hœmororoidales inconsueta effusio, & ratione temporis, & modi, & quantitatis; quæ facillimo negocio poterit obseruare Vrbanus, secumq; conferre, aut cum Medico, & ita sese ab imminenti aliqua ægritudine liberare. Præterea huius quoq; sunt ordinis; si eadem, quæ in cibo, & potu non percipiatur voluptas, eàdem, alimentorum, aut condimentotorum stante conditione. Hebetudo animi non naturalis morbum præsagit; Obliuio inconsueta; somni referti copiosioribus imaginibus, inconsuetis, terrificis, turbulentis, qui non modicam habent apud Medicum præsagiendi facultatem de morborum idea: Ad hæc quæcumq; secundùm naturam sunt, immutata, tempore, qualitate, quantitate, modo; vnde & corporis moles maior, vèl minor, alba, rubra, liuida, nigraq;magis, aut citrina, morbum prænunciat. *Et cum quis fuerit se ipso coloratior*, dicebat Celsus, *bona sua debet habere suspecta*; hoc est valetudinem, quæ tuta non est. Ructus item, acidi frequentiores, vel nidorosi, Flatus, plures, vèl pauciores, quàm pro consuetudine; Quæ ad sensus attinent immutationes auditus, odoratus, gustus, tactus, & visus, hebetioris, acutioris, turbati. Quæ adhuc per sensuum instrumenta expurgantur, per nares, palatū, aures, & oculos, vbi consuetudo præsertim non fit; Morsus adhuc ventris, vel in ore ventriculi, aut in aliquo intestinorum; Aluus nimis subducta, & liberalior, vel nimis adstricta; Vrina copiosior, parcior, immutata in solita substātia, colore, aut cōcēto; Dolor aliquis obtusus, capitis grauedo, Sapor inassuetus, amarus, aridus, insipidus, salsus, vel dulcis, siue in ijs, quæ bibuntur, aut manduntur, siue in ipsamèt saliua absq; obiectorum præsentia; Odor etiam rei alicuius, vt sulphuris, aut alterius rei

Marginalia: Inappetētia. — Excremētorum mutatione. — Vigilijs somno lōgiori. — Potu — Venere — Mestruis — Sanguine hęmorroid. — Voluptate diuersa in gustu — Hebetudine animi. — Somnis turbatis — Mutatione eorum, quæ sunt secundū naturam. — Colore — Ructu — Sensibus — Morsu ventriculi. — Aluo — Vrina — Dolore — Sapore — Saliua — Odore

E rei corruptæ, isthac absente. Odor albatus præsente obiecto, vel fœtidissimo. Sonus, sonitusue aliquis, siue murmur, aut strepitus, absq; sono: Visus rerum nigrarum, albarum, rufarum, cœrulearum, etiam si tales non sint; Aspectus alicuius obiecti, longi, rotundi, gracilis, crassioris, aut consimilis, licèt huiusmodi non sit: Inæqualitas quædam ratione corporis, asperitas, spissitudo, grauitas, lassitudoq; vlcerosa in toto, vel partibus, in quibus adsit aliqua tensio, compassio, morsus, & alia id genus, quæ ad symptomata pertineant facultatis Animalis internæ, externæ, principis, motiuæ, Vitalis, & Naturalis, quemadmodum ex Galeni doctrina definiuimus. Quæ cum non dum satis
F esse videatur, pro faciliori cognitione sui ipsius, alia in vrbanorum gratiam superaddemus; quibus ducibus, absq; medicorum opera se ipsos cognoscant, cognoscendoq; tueantur; & quoniam humorum excessus hic ipse est cum animi moribus, qui ad faciliorem facit proprij cuiusq; corporis dignotiorem, de his breuioribus peragemus, & in sequenti.

Sonitu insueto.

Visu extraneo.

Aspectu.

Inæqualitate corporis.

*Cognitio sui ipsius facilior, perfectior, & absolutior, vt haberi possit per humorum in corpore determinatorum excessum, ex colore, animi moribus, ætatis mutatione, ac reliquis, ad præ-*
G *sentem attinentibus Methodum.* Cap. VII.

PRIMVM, atq; præcipuum nostræ huiusce Methodi, Tuendæ Vrbanorum Valetudinis Caput in sui ipsius locatum cum sit cognitione, quò vnusquisq; se ipsum cognoscat, faciliusq; suam ipsius valeat conseruare valetudinem, præter allatam, ex totius, ac partium temperamentis, cognitionem, alteram ex humorum dominio, à quo Vrbanorum penè omnes scaturiunt morbi, eamquè faciliorem addere determinauimus. Cum enim illud idem, ex Galeno humores sint in humano corpore, atq; elementa in mundo; veluti ex elementis magno in mundo alteratio, generatio, corruptioq; dependet, ita ex humoribus hæc ipsa in paruo; sanitas, inquam, asseruatur integra, & inculpata; vel hæc eadem alteratur, atq; corrumpitur. Hoc ergo iacto fundamento, cum Hippocrate, Galenoq; confirmando, Expedit se ipsum nosse, non solùm penès temperiem simplicem, vel compositam

Humores in corpore idē ac elementa in mundo.

positam

positum, sed & cum materia, non manca in præsenti, sed exce- A dente, ac proinde, sanguinea, biliosa, pituitosa, & melancholica; siue, vt Medici loquuntur, cum sanguinis, bilis, pituitæ, atq; humoris melancholici excessu, a' quo morborum pars maior in Vrbanis spectatur; Ergo, vt dicebat Hippocrates, *Cum alij in alijs temporibus floreant, & dominentur in corporibus animantium humores*, pro quorum vincentium natura morbi proficiscuntur; vt hi præcauendi, ex cognitione vnius, aut alterius vel omnium simul, excessus, clarissimè propositum est nobis, hac disceptatione venari. Quum igitur, in alicuius temperie sanguis dominatur, ita vt cum Arabibus dici possit temperamentum sanguineum, huius corpus dominium præsefert sanguinis, & B propterea colore sanguinis erit affectum, roseo nimirum, & rubicundo: Quòd si præualeat bilis, corporis color flauus erit, atq; citrinus; si pituita, decolor, & albus; si melancholicus humor, subniger, & oleaceus; Hos etenim ipsos esse debere, humorum in corpore subsistentium colores, ab tota definitem est medicina; quam sincerissimam professus Galenus lib. 4. de Tuenda, *Colorem scripsit, in cute similem efflorescere subiectis humoribus, nisi intrò recesserint*; Atq; hinc est, quòd vere, quia redundat sanguinis, homines sunt rubicundiores; æstate, quia bilis, rubicundi magis, & flaui, Autumno, quia melancholicus humor, subnigri, & fusci; Hyeme quoniam pituita, vt pluri- C mùm albi; quod & Hippoc. prædixit, quando lib. de humoribus in fine, litterarum monumentis mandauit, *In alijs temporibus dominari, atq; in corporibus efflorere humores*. Ceterùm non solùm in quatuor anni temporibus, sed & diei partibus, si fides adhibenda auctori libelli, qui Galeno adscriptus de Historia Philosophica, Mane si quidem pandit, ac prodit se sanguis; Meridie bilis; Vespere pituita; Nocte melancholia. Sed maiore quod dignum est animaduersione, in ætatis cuiusq; mutatione dominantur, exceduntq; in corpore humores; In adolescentia etenim viget sanguis, vnde faciei color floridus, & rubicundus, ex albo, rubroq; admixtus; in iuuentute bilis, à qua D iuuenes flaui in toto, & partibus; In declinante ætate melancholia, vel atra, naturalis tamen bilis, à qua colores hominum nigriores; atq; in senectute pituita, vnde albicans apparet color, ni aliqua in humoribus fiat perturbatio, in quo corpus pallescit magis, ant in ira, in qua facies maximè rubet, siue ad vindictam, siue occultandum, quod verum. Cognoscitur autem huiuscemodi humorum excessus non tantùm ex colore, verùmetiam ex animi moribus; qui corporis cum sequantur temperaturam,

Humorũ excessus cognitu necessarius.

Lib. de Nat. Humana.

Sanguinis dominium.

Bilis excessus.

Pituitæ.

Melanc.

Humores, qui diuerso anni tempore vigeant.

Diuersis diei horis.

Diuersis ætatibus.

Coloris mutatio ab Animi accidentibus.

E turam, humorum quoq; insequuntur naturam; hinc *sanguis*, Galenus dicebat libro de humoribus, *hilariorem efficiet hominem; flaua bilis iracundiorem, audaciorem, velocioremq; in animi, corporisq; motionibus; pituita tardiorem, ac stolidum; Nigra verò bilis impudicum, & segnem;* Sed de omnibus; & cum Galeno diligentiùs; Libro ergo, quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, scribit Galenus, eos, in quibus sanguis redundat, esse hilares, facetos, comes, ridibundos, rerumq; iucundarum, & hominum amatores, blandos adhuc venustos, & in res pueriles, insano quodam amore affectos; rationemq; philosophia assignans dicit, & docet; quoniam hęc ipsa est sanguinis vis, natura, & proprietas, phantasiam scilicet in homine commutandi, tum ad ea, quæ diximus, tum iocorum, facetiarum, iucundarumq; rerum, & lepidarum amorem; quam ob causam Aristoteles dixit, *Iuuenem, ciuilis scientia idoneum non esse auditorem*, tanquam animus libidinibus pareat; nam præter hæc diligit iuuenis, vel sanguineus ea, quibus oblectantur pueri, cantu scilicet saltatione, venatione, piscatione, ludo cum fidibus, ac plerisq; similibus, quæ sanguinis præmonstrant excessum: Ceterùm bilis hominem efficit iracundum, animosum, acerbum, leuissima quaq; de causa iniuriam sibi factam esse putantem, cum nulla sit facta, & ægrè placabilem: At pituita homines facit retardos, pigros, lentos, hebetes, obliuiosos, & somnolentos: Melancholia demum varios, pro sui ipsius varietate; scripserat enim Philosophus trigesima sectione problematum, Melancholiam esse veluti vinum, pro cuius mensura, atq; conditione, varios homines adepti sunt mores; de quibus loquutus Galenus lib. de humoribus *Nigram*, dicebat *bilem atatem facere versutam, insunarium memorem & quodamodo implacabilem*; quod minimè de humore melancholico naturali, sed præternaturali intelligendum; quandoquidem, Naturalis, ex Arist. Conciliatore, atq; Hippocrate sapientes efficit, iudicio stabiles, prudentes, & firmos; vbi tamen excesserit, stolidos, & ineptos magis, quàm pituita; & præterea morosos, ac timidos, cuius sententię auctor fuit Hippocrates 7. Aphorismorū vbi timorem, atq; mœstitiam scripsit, melancholiam præseferre; humorem dicamus nos quoq; melancholicum frigidum, atq; siccum; hunc talem dicimus, quoniam si melancholicus humor fuerit adustus, alios longè diuersos producit in hominum genere mores, fraudulentiā, scilicet malignitatē, auaritiā, inuidiam, ad soluendum parcum, lentum, taciturnum, lachrymabundum, cogitabundum, solitarium, inuidum, aliorumq; hominum osorem;

[Margin notes:] Humorū dignotio ex animi moribus — Sanguinis redūdātis notæ. — F — Iuuenis ineptus Ciuili scientiæ. — Bilis notæ. — G — Pituitæ. — Melācholiæ Prob. 1. — Mores, qui proueniūt ex bile nigra. — Ex melencholia excedente naturali. — H — Ex Adusta.

cforem; qui studijs immoritur, propositi existit tenacis, iratus, & implacabilis. Arist. præcitato loco, Melancholicos addidit ingeniosos, & cum Galeno 3. in sextum Epidemiorum libidinosos, quia scilicet flatulenti, neq; enim sine flatibus Venus, quæ tamen per accidens illis conducit, per se maximè obest. Dicā paucioribus multa, Masculinus animus sanguinem, atq; bilem excedentem significat, Fœmininus pituitam, atq; melancholiam: Quanti autem faciendus humorum excessus in corpore, tum ad cognoscendos, tum præcauendos morbos, Galenus lib. de humoribus, luce meridiana clarius nos ducit, dum scilicet animi quoq; in morbis commutari mores, pro humoris exuberantis natura animaduertit; vt in delirationibus deprehēdere licet, in deprauatione, inquam, phantasiæ, cogitationis, & memoriç, quæ delirationes fieri solent à sanguine, bile, pituita, & melancholico humore; ita vt quatuor sint delirationis species, pro quadruplici humorum natura, de quibus in præsenti cum Galeno loquemur; vt omnes intelligant, quomodo ex animi moribus, tam in prospera, quàm aduersa valetudine humorum excessus, morborum penè omnium agnoscensa sit causa. *Delirationum*, inquit Galenus, *quæcumq; à sanguine originem habent, cum risu fiunt, & cantu*; de qua specie delirationis loquens Hippoc. desipientiam vocauit cum risu, eamq; securiorē, ac quæ cum studio facta est; neq; aliud extat, quàm deprauatio phantasiæ, memoriæ, vel cogitationis à sanguine facta, cerebrum occupante, ipsiusq; sine febre immutante temperiem; quamobrem tres erunt, à sanguine delirationis species, vna, quæ ad phantasiam, secunda, quæ ad cogitationem, tertia, quç memoriam attinet. Qua in re adnotatione dignum, has principes animç operationes deprauatas, inuicem componi posse, & per se manère distinctas; si componantur, hæc fuerit compositio, deprauatio phantasiæ, & memoriæ, integra remanente cogitatione, siue discursu, hæc prima est compositio; vel phantasia simul, & cogitatio, integra remanente memoria, quæ est secunda; vel memoria, & cogitatio, integro remanente discursu, quæ est tertia; phantasia, cogitatio, atq; memoria simul, quæ est quarta; Sed enim ratio, propter quam desipientia facta à sanguine, siue simplex existat, siue composita, cum risu fiat, & cantu, ex his, quæ paulo supra conscripsimus, dependet, à natura scilicet sanguinis, quæ hoc habet adnexum, vt iucunditatem, & hilaritatem pariat; quare vbi accidat, solam phantasiam à sanguine deprauari, omnia imaginantur, apparentq; lęsa, atq; hæc ipsa fiunt cum risu, & cantu, saguinolentaq; exteriora,

Naturali pro portionata.

Masculinus animus qd.

Animi mores, vt in morbis mutentur.

Delirationis species.

Excessus humorum causa morborū.

In fine lib. de Humoribus.

6. Aphoris. LIV.

Delirationis species a sangine tres.

Delirationes species vt cōponantur.

Cur in sangine fiat desipientia cum risu.

E externa videntur; & actiones, quæ fiunt, si discursus sit etiam deprauatus, cum lętitia fiunt. *Quæcumq; autem delirationes* (subdit Galenus) *à bile flaua fiunt, audaciores, & acerbiores sunt, siue simplices, siue compositæ*, quemadmodum de sanguineis determinauimus; quarum cognitio pēdet ex vitio determinato vnius, aut alterius, vel omnium facultatum principum, cum interuentu audaciæ, & ob id periculosiores, dicente Hippocrate, *Impudentias cum studio factas* (hoc est audaciæ) *periculosiores*; quia scilicet à bile, quæ sanguine deterior, fiunt. Pergens verò Gal. in assignanda cognitione delirationis ab atra bile, qua possimus, humorum cognoscere excessum; F *Quæcumq; verò*, addit, *ab atra bile, tristiores, taciturniores, & instabiliores existunt*; quas dumtaxat sub melancholiæ nomine, lib. de causis symptomatum collocauit. Quæ demùm à pituita delirationes scaturiunt, nugaces existunt, ac stabiles; nugaces quidem, quia, qui deliratione à pituita tenentur, nugantur semper, & perpetuas apportant nugas; stabiles verò, quoniam tardè nugas committendo loquuntur, longioriq; tempore, quod breui possent, dicenda proponunt, finemq; dicendi numquam inueniunt. Hæc addidisse nostro argumento nobis arrisit, quò vrbani se ipsos faciliùs cognoscentes, sibi ipsis præcauentes occurrant; Vbi enim ætas, anni tempus, cœli G status, regio, victusq; ratio fuerint assimiles, hoc est ad caliditatem vergentes, biliosi humoris efficient prouentum, à quo sese defendant oportet; sic vbi eadem omnia ad frigiditatem inclinent, humoremq; adaugeant pituitosum, ab isto declinent; atq; id ipsum de alijs concludendum, ex quibus sanguinis, vel humoris melancholici fiat accessus; quē etiam faciliùs adhuc, vt in corpore, quandocunq; fiat, dignoscant; imposterum dicere non recusabimus.

H

Desipientiæ à bile quales

Ab atra bile quales.

A pituita quales.

Vteri calidi et humidi signa &c. humida, vbi mulier fit plurimum fœcunda, menses profluant A copiosiores, & ordinati. Calidam, & siccam vterus est nactus temperiem, si menses existant parcissimi, & mulier non admodum fœcunda; frigidam, & humidam, si menstrua non tantùm redundent, sed alba sint, atq; pituitosa, vel subalbicantia, viscida, ouiq; albumini non dissentanea, cruda etiam, ita vt morbis ex pituita laboret mulier: Frigidam demum, & siccã

Frigidi, & Sicci. vterus, qui sortitus fuit temperiem, mulierem infœcundam esse; facit; nam & alibi, ex Nasone conscripsimus, vt

*------- calor humidus omnes*
*Res creat, & concors discordia fœtibus apta est.*

Cur difficulter ad sanitatem perueniamus. Ceterùm quia, vt ex Tullio ad Brutum conscripsimus, *Difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare ignoramus*, B Fœminæ cum huius sint generis, ignorentq; sese ex vtero ægrotare, in earum gratiam quomodo vterum affectum esse deprehendant, differemus. Vterum igitur affectum esse, multa demonstrant, siue primariò, & per essentiam, siue per consensum, & secundariò, actio tamen in primis eiusdem læsa, eaq; multiplex, gestare scilicet vterum, (dicebat enim Sabinus Iurisconsultus,

Vterus affectus, vt cognoscatur. *Ni mulier vtero gerat, morbosa est*) appetere coitum, eoq; delectari; quibus si manca sit mulier, sana non est; Affectum quoq; demonstrant vterum nunc feruentes, modò egelidi, ab ipsomet vtero eleuati vapores, afficientes, aptiquè afficere non solùm corpus vniuersum, sed partes, easq; determinatas, vt ex Galeno C licuit nobis colligere, totaq; medicorum schola; Mulier enim,

Lib 5. de loc. affec. cap. 6. quæ ab vtero laborat, vt plurimùm capite, cordeq; laborat, ob vaporum scilicet ascensum, vnam, vel alteram afficientem partem, vnde palpitationes, tremores cordis, conuulsiones, seu

Affectus ab vtero. spasmi nõ proportionati ad materiam, sudores vaporosi, copiosi, longi ter, & quater vna, eademq; die repetiti, ita vt ter, & quater, ignara mulier dicat, febrẽ in die fuisse exacerbatam, atq; solutam; cum tamen non febri hæc symptomata in rei natura semper

Vteri symptomata quędam. debeantur, sed vtero; Verùm tractatio de signis particularium vteri affectionum, ex ijs petenda, qui de muliebribus earumq; morbis scripsere. Rationi consentaneum modò est, vt D in virorum gratiam, de signis agamus temperaturæ testiculorũ; quandoquidem non solùm curæ homini esse debet propriam indiuidualemq; sui ipsius valetudinẽ conseruare, sed & specificam,

Testiculorũ temperatura, vt cognoscatur. quæ à testium pendet temperatura: Galenus igitur libro artis Medicinalis, testium edocens temperaturam, hæc habet. Ca-

Calida. lida testiculorum temperatura, ad venerem proeliuis est, & masculorum generatrix, atq; fœcunda, celerrimeq; partes genitales

E les pilis obsepit, simul autem, & circumiacentes attingit; frigidior verò contraria efficit, non est scilicet procliuis ad venerem, fæmellas generat, si coitum admittit, partesq; circumiacentes pilis destituuntur; Humida semine abundat multo,& humido; sicca paucum, & siccum generat: Sed calida, & sicca testium temperatura semen producit crassum, atq; fœcundum, hominem ad coitum proritat, genitales partes hispidas facit, ad vmbilicum vsq; & media vsq; foemora; quicumq; tamen similem nacti sunt temperaturam, læduntur à venere, ad quam licèt proni, citò satures fiunt: Calida verò, & humida temperatura semine copiosiori abundat, hirsutiem in partibus genitalibus inducit minorem, desiderium ad coitum quoq; minus, venus F fertur innoxia, & si in huiuscemodi temperatura adsit excessus, abstinentia nocet, quæ tamen plurimùm quibuscumq; solet prodesse, Hippocratis, vel testimonio, qui litterarum monumentis mandauit, tria valetudini conseruandæ prodesse, *Non esse pigrũ scilicet ad laborem, non vesci vltra satietatẽ; conseruare semen natiuum*. Frigida, & humida testium temperatura genitales partes efficit glabras, venerem tardiorem, semen tenue, aquosum, infœcundum, fœmellarumq; productiuum: Frigida, & sicca eorumdem temperies similis antedictæ, in quibusdam videtur, nam semen tantùm est crassius, pauciusq; producit, de testium itaq; cognitione, penès temperaturam hæc satis pro G vrbanis putamus; qui si nouerint, maximam, & incredibilem eorum esse vim, non modò ad fœcunditatem, sed etiam ad temperamenti, habitus, substantiæ propriæ,& morum alteratione, maiori cautione in ipsorumet conseruanda recta constitutione incedent; eos etenim statuit noster Gale. alterum innati caloris fontem, in eisq; lares, focumq; contineri vult, quo vniuersum corpus incalescat; incalescit autem ex conseruatione seminis, ad cuius effluxum si Aristoteli etiã credimus in problematibus, refrigeratur, perquirens namq; *Cur belli tempore, mentha non edenda, neq; serenda, quia*, inquit, *ex ea fit gonorrhea, quæ fortitudinem adimit*. Ceterùm temperiem immutant testes non so H lùm per seminis largiorem effusionem, sed exectionem, attritionem, contorsionem, refrigerationem, atq; conuulsionem; non exigua igitur testium habenda ratio, vt, ex quibus non solùm speciei, sed indiuidui ex eorum salute pendeat conseruatio. Atq; de cognitione sui ipsius, iuxtà partes magis necessarias, à quarũ morbis possit vrbanus sese tueri, sufficiant isthæc: Futuras ægritudines, in genere tamen, vt debeat præuidere, paucioribus hic cum Gal. scribemus. Gal. igitur lib. artis medicinalis cap. 82 in medio,

Frigida.

Humida.

Calida, & Sicca.

Gal. in arte medic. cap. 47.

Valetudo ex tribus cõseruatur. et quibus cap. 48.

Testiculorũ præstantia.

Lib. 1. de semine.

Calor, vt cõseruatur a semine.

Futuræ ægritudines vt prudendæ ex

in medio, Morbos inquit, & ægritudines denunciant ciborum appetentia intenta, vel dissoluta, vel quæ ad edulia minus vsitata feratur; aut excretiones cibi superfluitatum, quæ aut pauciores, aut humidiores, aut duriores existant. Ad hæc humidiorum excrementorum defectus, vel excessus præter naturalem consuetudinem, aut in colore, vel consistentia varietas aliqua, in tempore verbi gratia excretionis, ita vt citiùs, vel tardiùs, quàm consuetudo requirat, fiat excretio. Similiter vigiliæ multæ, vel somnus longior, in tempore etiam non consueto. Sic & potus pluris, vel paucioris, calidioris, aut frigidioris insolens appetitus: Rerum quoq; venerearum immodica, aut intempestiua concupiscentia. Sudores pauciores, vel plures his, qui assueti existunt, & opportuni. Tarditas, & grauitas ad motum; Mestruorum occultatio, immodica, vel diminuta euacuatio, Sanguinis per venas hæmororoidales inconsueta effusio, & ratione temporis, & modi, & quantitatis; quæ facillimo negocio poterit obseruare Vrbanus, secumq; conferre, aut cum Medico, & ita sese ab imminenti aliqua ægritudine liberare. Præterea huius quoq; sunt ordinis; si eadem, quæ in cibo, & potu non percipiatur voluptas, eadem, alimentorum, aut condimentotorum stante conditione. Hebetudo animi non naturalis morbum præsagit; Obliuio inconsueta; somni referti copiosioribus imaginibus, inconsuetis, terrificis, turbulentis, qui non modicam habent apud Medicum præsagiendi facultatem de morborum idea: Ad hæc quæcumq; secundùm naturam sunt, immutata, tempore, qualitate, quantitate, modo; vnde & corporis moles maior, vel minor, alba, rubra, liuida, nigraq; magis, aut citrina, morbum prænunciat. *Et cum quis fuerit se ipso coloratior*, dicebat Celsus, *bona sua debet habere suspecta*; hoc est valetudinem, quæ tuta non est. Ructus item, acidi frequentiores, vel nidorosi. Flatus, plures, vel pauciores, quàm pro consuetudine; Quæ ad sensus attinent immutationes auditus, odoratus, gustus, tactus, & visus, hebetioris, acutioris, turbati. Quæ adhuc per sensuum instrumenta expurgantur, per nares, palatũ, aures, & oculos, vbi consuetudo præsertim non fit; Morsus adhuc ventris, vel in ore ventriculi, aut in aliquo intestinorum; Aluus nimis subducta, & liberalior, vel nimis adstricta; Vrina copiosior, parcior, immutata in solita substãtia, colore, aut cõcẽto; Dolor aliquis obtusus, capitis grauedo, Sapor inassuetus, amarus, aridus, insipidus, salsus, vel dulcis, siue in ijs, quæ bibuntur, aut manduntur, siue in ipsamet saliua absq; obiectorum præsentia; Odor etiam rei alicuius, vt sulphuris, aut alterius rei

Inappetẽtia. Excremẽtorum mutatione.
Vigilijs somno lõgiori.
Potu
Venere
Mestruis
Sanguine hęmorroid.
Voluptate diuersa in gustu
Hebetudine animi.
Somnis turbatis
Mutatione eorum, quæ sunt secundũ naturam.
Colore
Ructu
Sensibus
Morsu ventriculi.
Aluo
Vrina
Dolore
Sapore
Saliua
Odore

E rei corruptæ, isthac absente. Odor albatus præsente obiecto, vel fœtidissimo. Sonus, sonitusue aliquis, siue murmur, aut strepitus, absq; sono: Visus rerum nigrarum, albarum, rufarum, cœrulearum, etiam si tales non sint; Aspectus alicuius obiecti, longi, rotundi, gracilis, crassioris, aut consimilis, licèt huiusmodi non sit: Inæqualitas quædam ratione corporis, asperitas, spissitudo, grauitas, lassitudoq; vlcerosa in toto, vel partibus, in quibus adsit aliqua tensio, compassio, morsus, & alia id genus, quæ ad symptomata pertineant facultatis Animalis internæ, externæ, principis, motiuæ, Vitalis, & Naturalis, quemadmodum ex Galeni doctrina definiuimus. Quæ cum non dum satis

*Sonitu insueto.*

*Visu extraneo.*

*Aspectu.*

*Inæqualitate corporis.*

F esse videatur, pro faciliori cognitione sui ipsius, alia in vrbanorum gratiam superaddemus; quibus ducibus, absq; medicorum opera se ipsos cognoscant, cognoscendoq; tueantur; & quoniam humorum excessus hic ipse est cum animi moribus, qui ad faciliorem facit proprij cuiusq; corporis dignotionem, de his breuioribus peragemus, & in sequenti.

*Cognitio sui ipsius facilior, perfectior, & absolutior, vt haberi possit per humorum in corpore determinatorum excessum, ex colore, animi moribus, ætatis mutatione, ac reliquis, ad præsentem attinentibus Methodum.* Cap. VII.

G PRIMVM, atq; præcipuum nostræ huiusce Methodi, Tuendæ Vrbanorum Valetudinis Caput in sui ipsius locatum cum sit cognitione, quò vnusquisq; se ipsum cognoscat, faciliusq; suam ipsius valeat conseruare valetudinem, præter allatam, ex totius, ac partium temperamentis, cognitionem, alteram ex humorum dominio, à quo Vrbanorum penè omnes scaturiunt morbi, eamquè faciliorem addere determinauimus. Cum enim illud idem, ex Galeno humores sint in humano corpore, atq; elementa in mundo; veluti ex elementis magno in mundo alteratio, generatio, corruptioq; dependet, ita ex humoribus hæ ipsa in paruo; sanitas, inquam, asseruatur integra, & inculpata; vel hæc eadem alteratur, atq; corrumpitur. Hoc ergo iacto fundamento, cum Hippocrate, Galenoq; confirmando, Expedit se ipsum nosse, non solùm penès temperiem simplicem, vel com-

*Humores in corpore idē ac elementa in mundo.*

positam

positum, sed & cum materia, non manca in præsenti, sed excedente, ac proinde, sanguinea, biliosa, pituitosa, & melancholica; siue, vt Medici loquuntur, cum sanguinis, bilis, pituitæ, atq; humoris melancholici excessu, a' quo morborum pars maior in Vrbanis spectatur; Ergo, vt dicebat Hippocrates, *Cum alij in alijs temporibus floreant, & dominentur in corporibus animantium humores*, pro quorum vincentium natura morbi proficiscuntur; vt hi præcauendi, ex cognitione vnius, aut alterius vel omnium simul, excessus, clarissimè propositum est nobis, hac disceptatione venari. Quum igitur, in alicuius temperie sanguis dominatur, ita vt cum Arabibus dici possit temperamentum sanguineum, huius corpus dominium præsefert sanguinis, & propterea colore sanguinis erit affectum, roseo nimirum, & rubicundo: Quòd si præualeat bilis, corporis color flauus erit, atq; citrinus; si pituita, decolor, & albus; si melancholicus humor, subniger, & oleaceus; Hos etenim ipsos esse debere, humorum in corpore subsistentium colores, ab tota definitum est medicina; quam sincerissimam professus Galenus lib. 4. de Tuenda, *Colorem scripsit, in cute similem efflorescere subiectis humoribus, nisi intrò recesserint*; Atq; hinc est, quòd vere, quia redundat sanguinis, homines sunt rubicundiores; æstate, quia bilis, rubicundi magis, & flaui, Autumno, quia melancholicus humor, subnigri, & fusci; Hyeme quoniam pituita, vt plurimùm albi; quod & Hippoc. prædixit, quando lib. de humoribus in fine, litterarum monumentis mandauit, *In alijs temporibus dominari, atq; in corporibus efflorere humores*. Ceterum non solùm in quatuor anni temporibus, sed & diei partibus, si fides adhibenda auctori libelli, qui Galeno adscriptus de Historia Philosophica, Mane si quidem pandit, ac prodit se sanguis; Meridie bilis; Vespere pituita; Nocte melancholia. Sed maiore quod dignum est animaduersione, in ætatis cuiusq; mutatione dominantur, excedunt q; in corpore humores; In adolescentia etenim viget sanguis, vnde faciei color floridus, & rubicundus, ex albo, rubroq; admixtus; in iuuentute bilis, à qua iuuenes flaui in toto, & partibus; In declinante ætate melancholia, vel atra, naturalis tamen bilis, à qua colores hominum nigriores; atq; in senectute pituita, vnde albicans apparet color, ni aliqua in humoribus fiat perturbatio, in quo corpus pallescit magis, aut in ira, in qua facies maximè rubet, siue ad vindictam, siue occultandum, quod verum. Cognoscitur autem huiuscemodi humorum excessus non tantùm ex colore, verùm etiam ex animi moribus; qui corporis cum sequantur temperaturam,

Humorũ excessus cogni tu necessarius.

Lib. de Nat. Humana.

Sanguinis dominium.

Bilis excessus.
Pituitæ.
Melanc.

Humores, qui diuerso anni tempore vigeant.

Diuersis diei horis.

Diuersis ætatibus.

Coloris mutatio ab Animi accidentibus.

A B C D

E turam, humorum quoq; insequuntur naturam; hinc *sanguis*, Galenus dicebat libro de humoribus, *bilariorem efficiet hominem; flaua bilis iracundiorem, audaciorem, velociöremq; in animi, corporisq; motionibus; pituita tardiorem, ac stolidum; Nigra verò bilis impudicum, & segnem;* Sed de omnibus; & cum Galeno diligentiùs; Libro ergo, quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, scribit Galenus, eos, in quibus sanguis redundat, esse hilares, facetos, comes, ridibundos, rerumq; iucundarum, & hominum amatores, blandos adhuc venustos, & in res pueriles, insano quodam amore affectos; rationemq; philosophia assignans dicit, & docet; quoniam hęc ipsa est sanguinis vis, natura, & proprietas, phantasiam scilicet in homine commutandi, tum ad ea, quæ diximus, tum iocorum, facetiarum, iucundarumq; rerum, & lepidarum amorem; quam ob causam Aristoteles dixit, *Iuuenem, ciuilis scientiæ idoneum non esse auditorem*, tanquam animus libidinibus pareat; nam præter hæc diligit iuuenis, vel sanguineus ea, quibus oblectantur pueri, cantu scilicet saltatione, venatione, piscatione, ludo cum fidibus, ac plerisq; similibus, quæ sanguinis præmonstrant excessum: Ceterùm bilis hominem efficit iracundum, animosum, acerbum, leuissima quaq; de causa iniuriam sibi factam esse putantem, cum nulla sit facta, & ægrè placabilem: At pituita homines facit retardos, pigros, lentos, hebetes, obliuiosos, & somnolentos: Melancholia demum varios, pro sui ipsius varietate; scripserat enim Philosophus trigesima sectione problematum, Melancholiam esse veluti vinum, pro cuius mensura, atq; conditione, varios homines adepti sunt mores; de quibus loquutus Galenus lib. de humoribus *Nigram*, dicebat *bilem autem facere versutam, iniunarium memorem & quodamodo implacabilem*; quod minimè de humore melancholico naturali, sed præternaturali intelligendum; quandoquidem, Naturalis, ex Arist. Conciliatore, atq; Hippocrate sapientes efficit, iudicio stabiles, prudentes, & firmos; vbi tamen excesserit, stolidos, & ineptos magis, quàm pituita; & præterea morosos, ac timidos, cuius sententię auctor fuit Hippocrates 7. Aphorismorū vbi timorem, atq; mœstitiam scripsit, melancholiam præferre; humorem dicamus nos quoq; melancholicum frigidum, atq; siccum; hunc talem dicimus, quoniam si melancholicus humor fuerit adustus, alios longè diuersos producit in hominum genere mores, fraudulentiā, scilicet malignitatē, auaritiā, inuidiam, ad soluendum parcum, lentum, taciturnum, lachrymabundum, cogitabundum, solitarium, inuidum, aliorumq; hominum osorem;

Humorū dignotio ex animi moribus

Sanguinis redūdātis notæ.

F

Iuuenis ineptus Ciuili scientiæ.

Bilis notæ.

Pituitæ.

G

Melācholiæ Prob. 1.

Mores, qui proueniūt ex bile nigra.

Ex melancholia excedente naturali.

H

Ex Adusta.

cforem; qui ftudijs immoritur, propofiti exiftit tenacis, iratus, & implacabilis. Arift. præcitato loco, Melancholicos addidit ingeniofos, & cum Galeno 3. in fextum Epidemiorum libidinofos, quia fcilicet flatulenti, neq; enim fine flatibus Venus, quæ tamen per accidens illis conducit, per fe maximè obeft. Dicã paucioribus multa, Mafculinus animus fanguinem, atq; bilem exceedentem fignificat, Fœmininus pituitam, atq; melancholiam: Quanti autem faciendus humorum exceffus in corpore, tum ad cognofcendos, tum præcauendos morbos, Galenus lib. de humoribus, luce meridiana clarius nos ducit, dum fcilicet animi quoq; in morbis commutari mores, pro humoris exuberantis natura animaduertit; vt in delirationibus deprehẽdere licet, in deprauatione, inquam, phantafiæ, cogitationis, & memoriç, quæ delirationes fieri folent à fauguine, bile, pituita, & melancholico humore; ita vt quatuor fint delirationis fpecies, pro quadruplici humorum natura, de quibus in præfenti cum Galeno loquemur; vt omnes intelligant, quomodo ex animi moribus, tam in profpera, quàm aduerfa valetudine humorum exceffus, morborum penè omnium agnofcenfa fit caufa. *Delirationum*, inquit Galenus, *quæcumq; à fanguine originem habent, cum rifu fiunt, & cantu*; de qua fpecie delirationis loquens Hippoc. defipientiam vocauit cum rifu, eamq; fecuriorẽ, ac quæ cum ftudio facta eft; neq; aliud extat, quàm deprauatio phantafiæ, memoriæ, vel cogitationis à fanguine facta, cererebrum occupante, ipfiusq; fine febre immutante temperiem; quamobrem tres erunt, à fanguine delirationis fpecies, vna, quæ ad phantafiam, fecunda, quæ ad cogitationem, tertia, quç memoriam attinet. Qua in re adnotatione dignum, has principes animç operationes deprauatas, inuicem componi poffe, & per fe manère diftinctas; fi componantur, hæc fuerit compofitio, deprauatio phantafiæ, & memoriæ, integra remanente cogitatione, fiue difcurfu, hæc prima eft compofitio; vel phantafia fimul, & cogitatio, integra remanente memoria, quæ eft fecunda; vel memoria, & cogitatio, integro remanente difcurfu, quæ eft tertia; phantafia, cogitatio, atq; memoria fimul, quæ eft quarta; Sedenim ratio, propter quam defipientia facta à fanguine, fiue fimplex exiftat, fiue compofita, cum rifu fiat, & cantu, ex his, quæ paulo fupra confcripfimus, dependet, à natura fcilicet fanguinis, quæ hoc habet adnexum, vt iucunditatem, & hilaritatem pariat; quare vbi accidat, folam phantafiam à fanguine deprauari, omnia imaginantur, apparentq; lęfa, atq; hæc ipfa fiunt cum rifu, & cantu, faguinolentaq; exteriora,

Margin notes: Naturali proportionata. — Mafculinus animus qd. — Animi mores, vt in morbis mutentur. — Delirationis fpecies. — Exceffus humorum caufa morborũ. In fine lib. de Humoribus. 6. Aphorif. LIV. — Delirationis fpecies a fangine tres. — Delirationes fpecies vt cõponantur: — Cur in fangine fiat defipientia cum rifu.

E externa videntur; & actiones, quæ fiunt, si discursus sit etiam deprauatus, cum lętitia fiunt. *Quæcumq; autem delirationes* (subdit Galenus) *à bile flaua fiunt, audaciores, & acerbiores sunt, siue simplices, siue compositæ,* quemadmodum de sanguineis determinauimus; quarum cognitio pēdet ex vitio determinato vnius, aut alterius, vel omnium facultatum principum, cum interuentu audaciæ, & ob id periculosiores, dicente Hippocrate, *Impudentias cum studio factas* (hoc est audacia) *periculosiores*; quia scilicet à bile, quæ sanguine deterior, fiunt. Pergens verò Gal. in assignanda cognitione delirationis ab atra bile, qua possimus, humorum cognoscere excessum; Despientiæ à bile quales.

F *Quæcumq; verò*, addit, *ab atra bile, tristiores, taciturniores, & instabiliores existunt*; quas dumtaxat sub melancholiæ nomine, lib. de causis symptomatum collocauit. Quæ demùm à pituita delirationes scaturiunt, nugaces existunt, ac stabiles; nugaces quidem, quia, qui deliratione à pituita tenentur, nugantur semper, & perpetuas apportant nugas; stabiles verò, quoniam tardè nugas committendo loquuntur, longioriq; tempore, quod breui possent, dicenda proponunt, finemq; dicendi numquam inueniunt. Hæc addidisse nostro argumento nobis arrisit, quò vrbani se ipsos faciliùs cognoscentes, sibi ipsis præcauentes occurrant; Vbi enim ætas, anni tempus, cœli Ab atra bile quales. A pituita quales.

G status, regio, victusq; ratio fuerint assimiles, hoc est ad caliditatem vergentes, biliosi humoris efficient prouentum, à quo sese defendant oportet; sic vbi eadem omnia ad frigiditatem inclinent, humoremq; adaugeant pituitosum, ab isto declinent; atq; id ipsum de alijs concludendum, ex quibus sanguinis, vel humoris melancholici fiat accessus; quē etiam faciliùs adhuc, vt in corpore, quandocunq; fiat, dignoscant; imposterum dicere non

H recusabimus.

*Vt ex regione, cæli statu, præcedenti victus ratione, exanthematibus, oculorum colore, & linguæ cognitio haberi possit sui ipsius, penes dominium humorum in corpore, breuissima disceptatione finitur.* Cap. VIII.

TVENDÆ valetudinis ratio, in gratiam Vrbanorum cum tota locata sit, in cognitione causarum, à quibus morbi proficiscuntur; quoniam, vt hactenus adnotauimus, & Hippocr. lib. 4. de Morbis nos docuit, *Morbi omnes, qui à natura fiunt, non ab aliqua violentia fiunt, à bile, pituita, sanguine, & humore melancholico fiunt*; vt horum excessus in corpore præcognoscendus, præter ea, quæ diximus, iterum dicere, ad faciliorem eognitionem non recusabimus. Altius itaq; capientes exordium monemus, Vrbanos omnes, quòd veluti corporis temperies bona, ac temperata, siue æqualis ad iustitiam (qua ducc totum, & partes suas exercet operationes) bonitatem, temperiem, & æqualitatem quãdam sibi inuicem proportionatam producit humorum; sic mala, inæqualis, & intemperata, malam, & inæqualem eorumdem malitiam: ita vt vnus, vel alter excedat pro vnius, aut alterius qualitatis in temperatura excessu. Et quoniam cognoscendi modus non vnicuiq; facilis, ex temperie, inquam, vel intemperie; Ea, qui à posteriori cuicumq; perfacilis: Si igitur ipsamet regio, in qua homines degunt, calida fuerit, & humida, quæ temperata, respectiuè diei potest, quemadmodum ver, aliorum temporum ratione, alijs non obstantibus, vnaq; in primis victus ratione, sanguinis fit prouentus; Si verò calida, & sicca, bilis; si frigida, & humida, pituitæ; Si frigida, & sicca humoris melancholici; quam veritatem attingens Hippoc. lib. 3. Aphorismorum, & libro de Natura humana, hanc auream nobis tulit doctrinam. *Corpus humanum omnes humores semper habet, verùm pro temporis circumstantia, aliquando plures se ipsis fiunt, aliquando pauciores, singuli tum iuxtà partem, & copiam, tum iuxtà naturam; Quemadmodum enim annus omnis omnium particeps est, & caliditatum, & frigiditatum, & siccitatum, & humiditatum; sic etiam, si quid ex homine deficeret, ex ijs, quæ ipsi congenita sunt, non sanè viuere posset: In anno autem aliquando quidem hyems maximè viget; aliquando æstas; modò ver, modò*

Humorũ proportio vnde procedat.

Humorũ excessus vt cognoscẽdus ex aëre, siue regione.

E *modò autumnus, sic & in homine aliquando pituita praualet, aliquando sanguis, vel bilis, primùm flaua, deinde etiam nigra appellata, &c.* Quasi dicere voluerit, anni tempora obseruanda, & constitutiones, quæ fiunt sub vario cœli statu, & regione, in gratiam humorum, qui variantur in corpore, incrementum scilicet recipiunt, ac decrementum, in propria eorum natura. Quidquid enim scribit Hippocrates, de temporis mutatione, facta in quatuor anni temporibus calidis, frigidis, humidis, siccis, ex quibus in humoribus spectatur varietas, illud idem intellexit, scripsitq; de mutatione, quæ contingit sub vario cœli statu, &
F regione; libro namq; de aëre, aquis, & locis *Maxime*, inquit, *obseruare oportet magnas temporum mutationes, &c. Periculosissima etiam sunt ambo solstitia, maximè verò æstiuum, periculosissimum etiam æquinoctium vtrumquè, magis verò autumnale; oportet autem, & astrorum exortus considerare, præcipuè sanis, deinde, arcturi, & pleiadum occasum; morbi enim in his maximè diebus iudicantur, aliiq; perimunt, alij desinunt, aut in aliam speciem, aliumq; statum mutantur*. Hæc ibi Hippocrates, à quo, si mutationis rationem inquiramus, vnam præsertim, dicturum putamus humorum in corpore mutationem, augmentum scilicet
G vnius, decrementum alterius, alterationem, generationem, corruptionem, motumq; ad locum; ea vel stante veritate, qua diximus, omnes morbos materiales ab humoribus proficisci: Neue à rei natura, & veritate quispiam nos recessisse putet, recurrat ad tertiam Hippocratis Aphorismorum particulam, in qua meridiana luce clariùs inueniet, Morbos quasi omnes pendère, ac proficisci ab humorum mutatione; quid? quòd! semen, morborum omnium ipsissimos esse humores, aptos quidem producere morbos in omnibus temporibus, at magis in determinatis; sanguineos scilicet vere; biliosos æstate, melancholicos autumno; pituitosos hyeme; quia nimi-
H rũ hyeme pituita, autumno melancholia, æstate bilis, vere sanguis in corpore abundat: Qui autem sint huiusmodi morbi, quoniam Vrbanorum non interest, Medici autem ex Hippocrate callent, non erit, vt ex ordine inquiramus; sat fuerit, Vrbanos monère, quomodo, vt plurimùm ab humorum excessu, vnius scilicet, vel alterius, aut omnium simul hi morbi scaturiant, & ob id eorum naturam ex regione, coeli statu, & anni tempore attendendam. Victus autem ratio, præter hæc ipsa, quam habeat vim ad huius, aut illius humoris

Ex vario cœli statu.

Hippoc. doctrinæ interpretatio.

Morbi omnes vnde, in quatruor anni temporibus.

Futuræ ægritudines vt prouidendæ ex

in medio, Morbos inquit, & ægritudines denunciant ciborum A
appetentia intenta, vel dissoluta, vel quæ ad edulia minus vsitata
feratur; aut excretiones cibi superfluitatum, quæ aut pauciores,

Inappetétia.
Excremétorum mutatione.

aut humidiores, aut duriores exstant. Ad hæc humidiorum
excrementorum defectus, vel excessus præter naturalem
consuetudinem, aut in colore, vel consistentia varietas aliqua,
in tempore verbi gratia excretionis, ita vt citiùs, vel tardiùs,

Vigilijs somno lögiori.

quàm consuetudo requirat, fiat excretio. Similiter vigiliæ multæ,
vel somnus longior, in tempore etiam non consueto. Sic &

Potu

potus pluris, vel paucioris, calidioris, aut frigidioris insolens
appetitus: Rerum quoq; venerearum immodica, aut intempestiua

Venere

concupiscentia. Sudores pauciores, vel plures his, qui assueti B
existunt, & opportuni. Tarditas, & grauitas ad motum;

Mestruis

Mestruorum occultatio, immodica, vel diminuta euacuatio,
Sanguinis per venas hœmororoidales inconsueta effusio, & ratione

Sanguine hemorroid.

temporis, & modi, & quantitatis; quæ facillimo negocio
poterit obseruare Vrbanus, secumq; conferre, aut cum Medico,
& ita sese ab imminenti aliqua ægritudine liberare. Præterea
huius quoq; sunt ordinis; si eadem, quæ in cibo, & potu non

Voluptate diuersa in gustu

percipiatur voluptas, eadem, alimentorum, aut condimentorum
stante conditione. Hebetudo animi non naturalis morbum
præsagit; Obliuio inconsueta; somni referti copiosioribus

Hebetudine animi.
Somnis turbatis

imaginibus, inconsuetis, terrificis, turbulentis, qui non modicam C
habent apud Medicum præsagiendi facultatem de morborum
idea: Ad hæc quæcumq; secundùm naturam sunt, immutata,
tempore, qualitate, quantitate, modo; vnde & cor-

Mutatione eorum, quæ sunt secundú naturam.
Colore

poris moles maior, vel minor, alba, rubra, liuida, nigraq; magis,
aut citrina, morbum prænunciat. *Et cum quis fuerit se
ipso coloratior*, dicebat Celsus, ***bona sua debet habere suspecta;***
hoc est valetudinem, quæ tuta non est. Ructus item, acidi frequentiores,

Ructu

vel nidorosi. Flatus, plures, vel pauciores, quàm
pro consuetudine; Quæ ad sensus attinent immutationes auditus,

Sensibus

odoratus, gustus, tactus, & visus, hebetioris, acutioris,
turbati. Quæ adhuc per sensuum instrumenta expurgantur, per D
nares, palatú, aures, & oculos, vbi consuetudo præsertim non fit;

Morsu ventriculi.
Aluo
Vrina
Dolore
Sapore
Saliua

Morsus adhuc ventris, vel in ore ventriculi, aut in aliquo intestinorum;
Aluus nimis subducta, & liberalior, vel nimis adstricta;
Vrina copiosior, parcior, immutata in solita substátia, colore, aut
cõtẽto; Dolor aliquis obtusus, capitis grauedo, Sapor inassuetus,
amarus, aridus, insipidus, salsus, vel dulcis, siue in ijs, quæ bibuntur,
aut manduntur, siue in ipsamèt saliua absq; obiectorum

Odore

præsentia; Odor etiam rei alicuius, vt sulphuris, aut alterius
rei

E rei corruptæ, ifthac abfente. Odor albatus præfente obiecto, vel fœtidifsimo. Sonus, fonitusue aliquis, fiue murmur, aut ftrepitus, abfq; fono: Vifus rerum nigrarum, albarum, rufarum, cœrulearum, etiam fi tales non fint; Afpectus alicuius obiecti, longi, rotundi, gracilis, crafsioris, aut confimilis, licèt huiufmodi non fit: Inæqualitas quædam ratione corporis, afperitas, fpifsitudo, grauitas, lafsitudoq; vlcerofa in toto, vel partibus, in quibus adfit aliqua tenfio, compafsio, morfus, & alia id genus, quæ ad fymptomata pertineant facultatis Animalis internæ, externæ, principis, motiuæ, Vitalis, & Naturalis, quemadmodum ex Galeni doctrina definiuimus. Quæ cum non dum fatis

F effe videatur, pro faciliori cognitione fui ipfius, alia in vrbanorum gratiam fuperaddemus; quibus ducibus, abfq; medicorum opera fe ipfos cognofcant, cognofcendoq; tueantur; & quoniam humorum exceffus hic ipfe eft cum animi moribus, qui ad faciliorem facit proprij cuiufq; corporis dignotionem, de his breuioribus peragemus, & in fequenti.

Sonitu infueto.

Vifu extraneo.

Afpectu.

Inæqualitate corporis.

G *Cognitio fui ipfius facilior, perfectior, & abfolutior, vt haberi poffit per humorum in corpore determinatorum exceffum, ex colore, animi moribus, ætatis mutatione, ac reliquis, ad præfentem attinentibus Methodum.* *Cap. VII.*

PRIMVM, atq; præcipuum noftræ huiusce Methodi, Tuendæ Vrbanorum Valetudinis Caput in fui ipfius locatum cum fit cognitione, quò vnufquifq; fe ipfum cognofcat, faciliufq; fuam ipfius valeat conferuare valetudinem, præter allatam, ex totius, ac partium temperamentis, cognitionem, alteram ex humorum dominio, à quo Vrbanorum penè omnes featuriunt morbi, eamquè faciliorem addere determinauimus. Cum enim illud idem, ex Galeno humores fint in humano corpore, atq; elementa in mundo; veluti ex elementis magno in mundo alteratio, generatio, corruptioq; dependet, ita ex humoribus hæc ipfa in paruo; fanitas, inquam, afferuatur integra, & inculpata; vel hæc eadem alteratur, atq; corrumpitur. Hoc ergo iacto fundamento, cum Hippocrate, Galenoq; confirmando, Expedit fe ipfum noffe, non folùm penès temperiem fimplicem, vel compofitam

Humores in corpore idē ac elementa in mundo.

positam

positum, sed & cum materia, non manca in præsenti, sed excedente, ac proinde, sanguinea, biliosa, pituitosa, & melancholica; siue, vt Medici loquuntur, cum sanguinis, bilis, pituitæ, atq; humoris melancholici excessu, a' quo morborum pars maior in Vrbanis spectatur; Ergo, vt dicebat Hippocrates, *Cum alij in alijs temporibus floreant, & dominentur in corporibus animantium humores*, pro quorum vincentium natura morbi proficiscuntur; vt hi præcauendi, ex cognitione vnius, aut alterius vel omnium simul, excessus, clarissimè propositum est nobis, hac disceptatione venari. Quum igitur, in alicuius temperie sanguis dominatur, ita vt cum Arabibus dici posit temperamentum sanguineum, huius corpus dominium præsefert sanguinis, & propterea colore sanguinis erit affectum, roseo nimirum, & rubicundo: Quòd si præualeat bilis, corporis color flauus erit, atq; citrinus; si pituita, decolor, & albus; si melancholicus humor, subniger, & oleaceus; Hos etenim ipsos esse debere, humorum in corpore subsistentium colores, ab tota definitum est medicina; quam sincerissimam professus Galenus lib. 4 de Tuenda, *Colorem scripsit, in cute similem efflorescere subiectis humoribus, nisi intrò recesserint*; Atq; hinc est, quòd vere, quia redundat sanguinis, homines sunt rubicundiores; æstate, quia bilis, rubicundi magis, & flaui, Autumno, quia melancholicus humor, subnigri, & fusci; Hyeme quoniam pituita, vt plurimùm albi; quod & Hippoc. prædixit, quando lib. de humoribus in fine, litterarum monumentis mandauit, *In alijs temporibus dominari, atq; in corporibus efflorere humores*. Ceterùm non solùm in quatuor anni temporibus, sed & diei partibus, si fides adhibabenda auctori libelli, qui Galeno adscriptus de Historia Philosophica, Mane si quidem pandit, ac prodit se sanguis; Meridie bilis; Vespere pituita; Nocte melancholia. Sed maiore quod dignum est animaduersione, in ætatis cuiusq; mutatione dominantur, excedantq; in corpore humores; In adolescentia etenim viget sanguis, vnde faciei color floridus, & rubicundus, ex albo, rubroq; admixtus; in iuuentute bilis, à qua iuuenes flaui in toto, & partibus; In declinante ætate melancholia, vel atra, naturalis tamen bilis, à qua colores hominum nigriores; atq; in senectute pituita, vnde albicans apparet color, ni aliqua in humoribus fiat perturbatio, in quo corpus pallescit magis, ant in ira, in qua facies maximè rubet, siue ad vindictam, siue occultandum, quod verum. Cognoscitur autem huiusmodi humorum excessus non tantùm ex colore, verùmetiam ex animi moribus; qui corporis cum sequantur temperaturam,

Humorũ excessus cogni tu necessarius.

Lib. de Nat. Humana.

Sanguinis dominium.

Bilis excessus.

Pituitæ.

Melanc.

Humores, qui diuerso anni tempore vigeant.

Diuersis diei horis.

Diuersis ætatibus.

Coloris mutatio ab Animi accidentibus.

A B C D

E turam,humorum quoq; insequuntur naturam; hinc *sanguis*, Galenus dicebat libro de humoribus, ***bilariorem efficiet hominem; flaua bilis iracundiorem, audaciorem, velociorémq; in animi, corporisq; motionibus; pituita tardiorem, ac stolidum; Nigra verò bilis impudicum, & segnem***; Sed de omnibus; & cum Galeno diligentiùs; Libro ergo, quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, scribit Galenus, eos, in quibus sanguis redundat, esse hilares, facetos, comes, ridibundos, rerumq; iucundarum, & hominum amatores, blandos adhuc venustos, & in res pueriles, insano quodam amore affectos; rationemq; philosophia assignans dicit, & docet; quoniam hęc ipsa est sangui- F nis vis, natura, & proprietas, phantasiam scilicet in homine commutandi, tum ad ea, quæ diximus, tum iocorum, facetiarum, iucundarumq; rerum, & lepidarum amorem; quam ob causam Aristoteles dixit, *Iuuenem, ciuilis scientiæ idoneum non esse auditorem*, tanquam animus libidinibus pareat; nam præter hæc diligit iuuenis, vel sanguineus ea, quibus oblectantur pueri, cantu scilicet saltatione, venatione, piscatione, ludo cum fidibus, ac plerisq; similibus, quæ sanguinis præmonstrant excessum: Ceterùm bilis hominem efficit iracundum, animosum, acerbum, leuissima quaq; de causa iniuriam sibi factam esse putantem, cum nulla sit facta, & ægrè placabilem: At pituita ho- G mines facit retardos, pigros, lentos, hebetes, obliuiosos, & somnolentos: Melancholia demum varios, pro sui ipsius varietate; scripserat enim Philosophus trigesima sectione problematum, Melancholiam esse veluti vinum, pro cuius mensura, atq; conditione, varios homines adepti sunt mores; de quibus loquutus Galenus lib. de humoribus *Nigram*, dicebat *bilem atatem facere versutam, intunarium memorem & quodamodo implacabilem*; quod minimè de humore melancholico naturali, sed præternaturali intelligendum; quandoquidem, Naturalis, ex Arist. Conciliatore, atq; Hippocrate sapientes efficit, iudicio stabiles, prudentes, & firmos; vbi tamen excesserit, stoli- H dos, & ineptos magis, quàm pituita; & præterea morosos, ac timidos, cuius sententię auctor fuit Hippocrates 7. Aphorismorũ vbi timorem, atq; mœstitiam scripsit, melancholiam præseferre; humorem dicamus nos quoq; melancholicum frigidum, atq; siccum; hunc talem dicimus, quoniam si melancholicus humor fuerit adustus, alios longè diuersos producit in hominum genere mores, fraudulentiã, scilicet malignitatẽ, auaritiã, inuidiam, ad soluendum parcum, lentum, taciturnum, lachrymabundum, cogitabundum, solitarium, inuidum, aliorumq; hominum osorem;

[Margin notes: Humorũ dignotio ex animi moribus — Sanguinis redũdatis notæ. — Iuuenis ineptus Ciuili scientiæ. — Bilis notæ. — Pituitæ. — Melãcholiæ Prob. 1. — Mores, qui proueniũt ex bile nigra. — Ex melancholia excedente naturali. — Ex Adusta.]

oforem; qui ftudijs immoritur, propofiti exiftit tenacis, iratus, & implacabilis. Arift. præcitato loco, Melancholicos addidit ingeniofos, & cum Galeno 3. in fextum Epidemiorum libidinofos, quia fcilicet flatulenti, neq; enim fine flatibus Venus, quæ tamen per accidens illis conducit, per fe maximè obeft. Dicã paucioribus multa, Mafculinus animus fanguinem, atq; bilem excedentem fignificat, Fœmininus pituitam, atq; melancholiam: Quanti autem faciendus humorum exceffus in corpore, tum ad cognofcendos, tum præcauendos morbos, Galenus lib. de humoribus, luce meridiana clarius nos ducit, dum fcilicet animi quoq; in morbis commutari mores, pro humoris exuberantis natura animaduertit; vt in delirationibus deprehēdere licet, in deprauatione, inquam, phantafiæ, cogitationis, & memoriç, quæ delirationes fieri folent à fanguine, bile, pituita, & melancholico humore; ita vt quatuor fint delirationis fpecies, pro quadruplici humorum natura, de quibus in præfenti cum Galeno loquemur; vt omnes intelligant, quomodo ex animi moribus, tam in profpera, quàm aduerfa valetudine humorum exceffus, morborum penè omnium agnofcenfa fit caufa. *Delirationum*, inquit Galenus, *quæcumq; à fanguine originem habent, cum rifu fiunt, & cantu*; de qua fpecie delirationis loquens Hippoc. defipientiam vocauit cum rifu, eamq; fecuriorē, ac quæ cum ftudio facta eft; neq; aliud extat, quàm deprauatio phantafiæ, memoriæ, vel cogitationis à fanguine facta, cerebrum occupante, ipfiusq; fine febre immutante temperiem; quamobrem tres erunt, à fanguine delirationis fpecies, vna, quæ ad phantafiam, fecunda, quæ ad cogitationem, tertia, quç memoriam attinet. Qua in re adnotatione dignum, has principes animç operationes deprauatas, inuicem componi poffe, & per fe manēre diftinctas; fi componantur, hæc fuerit compofitio, deprauatio phantafiæ, & memoriæ, integra remanente cogitatione, fiue difcurfu, hæc prima eft compofitio; vel phantafia fimul, & cogitatio, integra remanente memoria, quæ eft fecunda; vel memoria, & cogitatio, integro remanente difcurfu, quæ eft tertia; phantafia, cogitatio, atq; memoria fimul, quæ eft quarta; Sed enim ratio, propter quam defipientia facta à fanguine, fiue fimplex exiftat, fiue compofita, cum rifu fiat, & cantu, ex his, quæ paulo fupra confcripfimus, dependet, à natura fcilicet fanguinis, quæ hoc habet adnexum, vt iucunditatem, & hilaritatem pariat; quare vbi accidat, folam phantafiam à fanguine deprauari, omnia imaginantur, apparentq; lęfa, atq; hæc ipfa fiunt cum rifu, & cantu, faguinolentaq; exteriora,

Naturali proportionata.

Mafculinus animus qd.

Animi mores, vt in morbis mutentur.

Delirationis fpecies.

Exceffus humorum caufa morborũ.

In fine lib. de Humoribus. 6. Aphorif. LIV.

Delirationis fpecies à fangine tres.

Delirationes fpecies vt componantur.

Cur in fangine fiat defipientia cum rifu.

E externa videntur; & actiones, quæ fiunt, si discursus sit etiam deprauatus, cum lętitia fiunt. *Quæcumq; autem delirationes* (subdit Galenus) *à bile flaua fiunt, audaciores, & acerbiores sunt, siue simplices, siue compositæ*, quemadmodum de sanguineis determinauimus; quarum cognitio pēdet ex vitio determinato vnius, aut alterius, vel omnium facultatum principum, cum interuentu audaciæ, & ob id periculosiores, dicente Hippocrate, *Impudentias cum studio factas* (hoc est audacia) *periculosiores*; quia scilicet à bile, quæ sanguine deterior, fiunt. Pergens verò Gal. in assignanda cognitione delirationis ab atra bile, qua possimus, humorum cognoscere excessum;

Desipientiæ à bile quales

F *Quæcumq; verò*, addit, *ab atra bile, tristiores, taciturniores, & instabiliores existunt*; quas dumtaxat sub melancholiæ nomine, lib. de causis symptomatum collocauit. Quæ demùm à pituita delirationes scaturiunt, nugaces existunt, ac stabiles; nugaces quidem, quia, qui delirātione à pituita tenentur, nugantur semper, & perpetuas apportant nugas; stabiles verò, quoniam tardè nugas committendo loquuntur, longioriq; tempore, quod breui possent, dicenda proponunt, finemq; dicendi numquam inueniunt. Hæc addidisse nostro argumento nobis arrisit, quò vrbani se ipsos faciliùs cognoscentes, sibi ipsis præcauentes occurrant; Vbi enim ætas, anni tempus, cœli

Ab atra bile quales.

A pituita quales.

G status, regio, victusq; ratio fuerint assimiles, hoc est ad caliditatem vergentes, biliosi humoris efficient prouentum, à quo sese defendant oportet; sic vbi eadem omnia ad frigiditatem inclinent, humoremq; adaugeant pituitosum, ab isto declinent; atq; id ipsum de alijs concludendum, ex quibus sanguinis, vel humoris melancholici fiat accessus; quē etiam faciliùs adhuc, vt in corpore, quandocunq; fiat, dignoscant; impostērum dicere non

H recusabimus.

 A

*Vt ex regione, cæli statu, præcedenti victus ratione, exanthematibus, oculorum colore, & linguæ cognitio haberi possit sui ipsius, penes dominium humorum in corpore, breuissima disceptatione finitur.* Cap. VIII.

TVENDÆ valetudinis ratio, in gratiam Vrbanorum cum tota locata sit, in cognitione causarum, à quibus morbi proficiscuntur; quoniam, vt hactenus adnotauimus, & Hippocr. lib. 4. de Morbis nos docuit, *Morbi omnes, qui à natura fiunt, non ab aliqua violentia fiunt, à bile, pituita sanguine, & humore melancholico fiunt;* vt horum excessus in corpore præcognoscendus, præter ea, quæ diximus, iterum dicere, ad faciliorem cognitionem non recusabimus. Altius itaq; capientes exordium monemus, Vrbanos omnes, quòd veluti corporis temperies bona, ac temperata, siue æqualis ad iustitiam (qua duce totum, & partes suas exercet operationes) bonitatem, temperiem, & æqualitatem quandam sibi inuicem proportionatam producit humorum; sic mala, inæqualis, & intemperata, malam, & inæqualem eorumdem malitiam: ita vt vnus, vel alter excedat pro vnius, aut alterius qualitatis in temperatura excessu. Et quoniam cognoscendi modus non vnicuiq; facilis, ex temperie, inquam, vel intemperie; Ea, qui à posteriori cuicumq; perfacilis: Si igitur ipsamet regio, in qua homines degunt, calida fuerit, & humida, quæ temperata, respectiuè diei potest, quemadmodum ver, aliorum temporum ratione, alijs non obstantibus, vnaq; in primis victus ratione, sanguinis fit prouentus; Si verò calida, & sicca, bilis; si frigida, & humida, pituitæ; Si frigida, & sicca humoris melancholici; quam veritatem attingens Hippoc. lib. 3. Aphorismorum, & libro de Natura humana, hanc auream nobis tulit doctrinam. *Corpus humanum omnes humores semper habet, verùm pro temporis circumstantia, aliquando plures se ipsis fiunt, aliquando pauciores, singuli tum iuxtà partem, & copiam, tum iuxtà naturam; Quemadmodum enim annus omnis omnium particeps est, & caliditatum, & frigiditatum, & siccitatum, & humiditatum; sic etiam, si quid ex homine deficeret, ex ijs, quæ ipsi congenita sunt, non sanè viuere posset: In anno autem aliquando quidem hyems maximè viget; aliquando æstas; modò ver, modò*

Margin notes: Humorũ proportio vnde procedat. — Humorũ excessus vt cognoscẽdus ex aëre, siue regione.

Margin letters: B (beside "aliqua violentia fiunt"), C (beside "cognoscendi modus"), D (beside "quando plures se ipsis fiunt").

E *modò autumnus, sic & in homine aliquando pituita praualet, aliquando sanguis, vel bilis, primùm flaua, deinde etiam nigra appellata, &c.* Quasi dicere voluerit, anni tempora obseruanda, & constitutiones, quæ fiunt sub vario cœli statu, & regione, in gratiam humorum, qui variantur in corpore, incrementum scilicet recipiunt, ac decrementum, in propria eorum natura. Quidquid enim scribit Hippocrates, de temporis mutatione, facta in quatuor anni temporibus calidis, frigidis, humidis, siccis, ex quibus in humoribus spectatur varietas, illud idem intellexit, scripsitq; de mutatione, quæ contingit sub vario cœli statu, &
F regione; libro namq; de aëre, aquis, & locis *Maxime*, inquit, *obseruare oportet magnas temporum mutationes, &c. Periculosissima etiam sunt ambo solstitia, maximè verò æstiuum, periculosissimum etiam æquinoctium vtrumquè, magis verò autumnale; oportet autem, & astrorum exortus considerare, præcipuè sanis, deinde, arcturi, & pleiadum occasum; morbi enim in his maximè diebus iudicantur, aliiq; perimunt. alii desinunt, aut in aliam speciem, aliumq; statum mutantur.* Hæc ibi Hippocrates, à quo, si mutationis rationem inquiramus, vnam præsertim, dicturum putamus humorum in corpore mutationem, augmentum scilicet
G vnius, decrementum alterius, alterationem, generationem, corruptionem, motumq; ad locum; ea vel stante veritate, qua diximus, omnes morbos materiales ab humoribus proficisci: Neue à rei natura, & veritate quispiam nos recessisse putet, recurrat ad tertiam Hippocratis Aphorismorum particulam, in qua meridiana luce clariùs inueniet, Morbos quasi omnes pendère, ac proficisci ab humorum mutatione; quid? quòd! semen, morborum omnium ipsissimos esse humores, aptos quidem producere morbos in omnibus temporibus, at magis in determinatis; sanguineos scilicet vere; biliosos æstate, melancholicos autumno; pituitosos hyeme; quia nimi-
H rû hyeme pituita, autumno melancholia, æstate bilis, vere sanguis in corpore abundat: Qui autem sint huiusmodi morbi, quoniam Vrbanorum non interest, Medici autem ex Hippocrate callent, non erit, vt ex ordine inquiramus; sat fuerit, Vrbanos monère, quomodo, vt plurimùm ab humorum excessu, vnius scilicet, vel alterius, aut omnium simul hi morbi scaturiant, & ob id eorum naturam ex regione, coeli statu, & anni tempore attendendam. Victus autem ratio, præter hæc ipsa, quam habeat vim ad huius, aut illius humoris

Ex vario cœli statu.

Hippoc. doctrinæ interpretatio.

Morbi omnes vnde, in quatruor anni temporibus.

C 2 moris

Humores, vt ex victus ratione muten tur.

moris mutationem, generationem, auctionem, alterationem, decrementum, incrementum, & motum, non est, vt longiori verborum serie commostremus; tum quia experientia comprobatum (calida enim, & sicca victus ratio, aromatum vsus, ac vini potentioris bilem adauget; calida, & humida, vt carnium, & ouorum sanguinem; frigida, & humida, vti piscium, atq; olerum pituitam. Frigida verò, & sicca, vt omnium penè leguminum, aceti, & consimilium melancholiam) tum quia auctoritas grauissimorum hominum, & ratio ipsissimam hanc veritatem confirmat; Auctoritas quidem Hippoc. Galeni, Celsi, & reliquorum, qui vnanimiter scripsère, Amaram bilem adaugeri maximè in ęstate, temperamento, & victus ratione similibus; calida nimirum, & sicca; præterea ex ijs, quæ exteriùs accidunt, cura, ira, dolore, labore, & irritatione, vigilia, inedia, indigentia, &c. Pituitam verò ex somno, aquarum potione, humidarumq; rerum omnium crassarum, & viscidarum vsu, & esu: Sanguinem ex pedestrium, & volatiliũ carnibus, ouis, & ijs, quæ faciliora sunt coctu, quæq; boni sunt succi: huiusce autem generis sunt, quemadmodum ipsemet dicebat Gal. lib. de boni, & mali succi cibis, Panis purus, caro, & oua, & vinum, in quibus plurimum est, quod est vtile, minimum, quod inutile, secus dicendum cum sit de fructibus, & oleribus; hæc enim breuem efficiunt vitam; quia scilicet pituitosa. Similiter melancholicum humorem accumulant non solũ temperamentum frigidum, & siccum, declinãs ætas, autumnale tempus, animi curæ, sollicitudines, & consimilia, verùm etiam ratio victus, quæ plurimã habet vim, vel si alia obstẽt ad huius, aut illius humoris incrementũ; & propterea, vt ad rationẽ accedamus, qua diximus, humorũ permutationem fieri ab alimẽtis, cibo scilicet, & potu, hæc ratio sumitur ex rei natura; Alimẽta enim omnia cũ duplicia sint, temperata, vel intẽperata, quæ medicamẽtosa dicuntur; nulli dubium, quòd cum sint causę materiales generationis humorum, horũ naturam talem esse continget, qualis alimentorũ, quæ si fuerit tẽperata, sanguinis massa tẽperata gignetur, si verò intẽperata, huius, aut illius humoris redundãtis præsefert naturã, quæ magis in alimẽtis vigebit; quod tota cognoscẽs antiquitas, Alimẽta decreuit habere vim permutãdi sãguinẽ, & lac, humores nos dicimus, mores, & amores; Quamobrẽ noscere quicũq; voluerit humorũ in corpore tẽperiẽ, vel intẽperiem, ęqualitatem, vel inęqualitatem, vnius, aut alterius excessum, anteactam victus rationem, penès cibũ, & potũ noscat oportet; ab ea si quidẽ imminẽtes morbos dignoscet;

Lib. de Humoribus.

Bilis flauæ incrementũ.

Pituitæ.

Sanguinis.

Melãcholiæ

Humorum mutatio ab alimentis.

A B C D

Neq;

E Nec; isthæc sine satis en alterum argumentū, quod Vrbanos manuducere poterit in firmam redundantis humoris cognitionem; Exanthemata, siue tubercula in corpore apparentia obseruabit, de quorum natura loquens Gal. in fine libri de humoribus, *Exanthemata*, inquit, *quæ rubra sunt, atq; rotunda, sanguinea sunt* (hoc est sanguinis excessum significant) *quæ autem lata, pituitosa* (idest pituitam copiosiorem arguunt) *& alio modo alia; quemadmodum in aphorismis ostendens, Sudores*, inquit, *vere, & æstate à sanguine, & bile esse*. Verùm, vt Vrbani cognoscāt per tubercula humorum excessum, noscant in primis ex Gal. & Hippoc. oportet, quid sibi velint per tubercula, vel exanthe-

Humorum excessus cognitus ex tumoribus siue tuberculis.

Rubicundis.

Latis.

F mata, nuncupata à græcis: Ad hæc tumores intelligere debent paruos, à cuti erumpentes, quæ cum per eam, veluti per cribrum, Hippocrate auctore, natura duce, excrementa trasmittat, illum semper prodit humorem, qui redundat in corpore; & quoniam humor omnis plerumq; calidus est, vel frigidus; si calidus, ex forma dignoscetur tuberculorum, vel exanthematum, aut exiguorum tumorum; ita vt, si rotunda fuerint, acuminata, & rubra, calidum in corpore significabunt humorem excedere; Si verò lata, & alba magis, frigidum præmostrabunt, Qua in re scire expedit, colorem magis, quàm formam dominantis humoris excessum arguere, Vbi ergo tubercula rubicunda sunt,

Tuberculus quid,

Humorū dignotio ex colore tuberculorum.

G sanguinem; vbi alba pituitam; vbi flaua bilem, & vbi oleacea, & subnigra melancholiam excedentem significant; hunc enim in modum aiebat Galenus, morbi causam agnosci. Hippoc. à quo Galenus accepit, loquens de tuberculis, qui possunt nos manuducere in cognitionem redundantis humoris. *Vbi fauces*, inquit, *ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excrementa inspicere oportet; nam, si biliosa fuerint, corpus vnà ægrotat; vbi verò similia sanis, tutum est corpus nutrire*: Ex qua doctrina duo habemus, ad cognoscendum humorem superexcedentem .f. foecum excretionem, siue inspectionem, & naturam tuberculi; foeces si biliosæ fuerint, hoc est flauæ, corpus

In fine libri de humoribus.

2. Aphor. 15.

H bile refertum significant, illudq; à bilis morbis per ea, quæ bilē educunt, præcauendum; quòd si fuerint similes sanis, inditium, benè valere; consuetaq; nutritione seruandum: *Si autem excretiones* (inquit Gal.) *sint similes sanis, totum corpus bonos habere humores indicatur, & sine vllo periculo nutriri potest*; Natura verò tuberculi, si ea sit, vt dependeat à sanguine bilioso, & calefacto, qui totus trasmissus sit ad partem tuberculi, solam indicat victus rationem, qua corrigi, & emendari posſit sanguis, qui in corpore generatur calidior.

Ex foecibus

E progreſſuq; temporis etiam palpebras grauiores habent, & pruritus frontem occupat; Ratio autem nulla alia eſt, niſi vaporũ copia diuerſas detinentium partes, in excrementaq; degenerãtium, vnde exſpuitiones per os, emunctiones per nares, granedo palpebrarum, & frontis pruritus, quæ euaneſcunt, aut minuuntur, per excrementorum à dictis iam partibus eductionem. Signum alterum eorũ, qui ſunt in morbũ caſuri, ob nimiam alimentorum copiam, eſt abſtinentia à cibo, & potu, coacta, non voluntaria, non enim edere poſſunt, vel bibere, qui nimium ſeſe implerint, verùm anorexia, ſiue inappetentia laborant, & de hac querũtur; Preterea illorum color, qui copioſiori alimentorũ

Ex inappetentia.

Colore corporis.

F copia fuerint referti, minuitur, neq; conſuetus aſſeruatur, at decolores fiunt, mouentur deſtillationes, & febres horridæ, hoc eſt horrores quidam per corpus excurrunt, quorum cauſa eſt, vel motus excrementorum per partes ſenſibiles, vel caloris reconcentratio, vnde ſanguinis ad interiora recurſus; His igitur præſentibus, dicit Hippocrates, *Cibos labores ſuperare, & repletionem paulatim collectam in morbum adducere: Sed & mucus, & ſaliua repletionis indices ſunt*; cui veritati intentus Xenofon 4. de Cyri expedit: dicebat *Apud Perſas expuere, nares emungere, & erepitus edere, maximè ignominioſum*; quod argumento eſſet, huiuſmodi omnes immodicè comedere, ac parum laborare; quæ duo iuxtà leges Hippocratis valetudinem

Ex Muco, & ſaliua.

G lædunt, & morbos inducunt; Vnde factum eſt, vt dixerit idem, *Studium ſanitatis eſſe, non ſatiari cibis, nec eſſe pigrum ad laborem*: Signa alia demonſtrantia repletionem, vnde morbi, hæc ſunt, Somni longi, & dulces contingunt, & interdiu etiam ſomnolentia; ratio eſt, cerebri humectatio, ex vaporum eleuatione: quòd ſi ſomnus turbatus ſit, non placidus, ſummam arguit repletionem, cumq; ad eum peruenerit homo, propè iam eſt, vt ægrotet; Dolet etiam corpus in repletione, aliquibus totum, aliquibus pars quædam, dolor autem eſt veluti laſſitudo quædã, quam morbos denunciare, alibi conſcripſit Hippoc. qui alia re-

Studium ſanitatis.

Ex ſomno.

Ex dolore.

H ferens futuræ ægritudinis ſigna. *Quidam verò*, inquit, *á repletione talia patiuntur. Caput ipſis dolet, ac grauatur. & palpebræ ipſis à cœna concidunt, & in ſomnis turbantur, & calor ineſſe ipſis videtur, & aluus aliquando ſiſtitur. Et talis vbi venere vtitur, leuior ſtatim ſibi eſſe videtur, poſtea verò magis grauatur: His caput repletionem reuellens, & aluum ſiſtit, & ipſum grauatur: Fiunt etiam talia á repletione; quibuſdam venter quidem concoquit cibum, carnes autem non ſuſcipiunt. Alimentũ autem intus manens flatum inducit, vbi verò pranſi*

3. de Diætá in fine.

Ex venere.

Ex Flatibus.

E *crementum, intumescens transitus obturat, & dolorem exhibet, & calor occupat, & quicquid biberit, aut ederit homo, id ipsum reuomit, postremò etiam stercus vomit; verum hic non superuixit. Fiunt insuper etiam talia, horrores à deambulationibus matutinis accidunt, & caput grauatur, huic plures fiunt deambulationes, quàm modus requirit. Corpus enim, & caput humore euacuatum horret, & grauatur, progressu verò temporis ad febrem perueniunt horrores. Sunt autem quidam, qui horrent ex gymnasijs, & cum se exuunt, donec decertent, vbi verò perfrigerati sunt, rursus horrent, & stridor dentium tremulus corpus occupat, somnoq; talis grauatur; vbi autem expergiscitur,* Ex Horrore

F *sæpè oscitat, & à cana palpebræ ipsi graues sunt; progressu etiã temporis febres malignæ accedunt. Quidam verò non hæc patiuntur, sed aliqua ex his, aliqua verò non. In omnibus autem his signis labores superant cibos.* Hucusq; Hippocrates lib. 3. de Diçta in fine: vnde colligere licet, duas prçcipuè causas esse ægritudinum, exercitationem inopportunam, ratione temporis, & ratione modi; atq; alimentorum copiam, quas duas causas complexus Galenus lib. de boni, & mali succi libris. *Numquàm*, dixit: *homines morbis corriperentur, si cauerent cruditates, nec exercerentur, à cibo*: His omnibus addere libet, summam habitus bonitatem, cum ad extremum deuenerit, qua de loquutus Ex oscitatione. Duæ præcipuæ causæ ægritudinis. Bonus habitus quando minatur morbos.

G Hip. 1. Apor. 3. *Habitus, dixit, exercitatorum, qui ad summum bonitatis attingunt periculosi, si in extremo constiterint; neq; enim possunt in eodem permanere, neq; quiescere, quum verò non quiescunt, neq; possunt perficere in melius, reliquum igitur est, vt decidant in deterius.* Imminent enim periculum, aut futuræ suffocationis, aut disruptionis venarum, quare Hippocrate præceptore, expedit bonum habitum soluere. Facies etiam coloratior, vt Celsus dicebat, quàm sit pro consuetudine, morbos denunciat; *Quum homo se ipso*, aiebat, *coloratior fuerit, debet habere suspecta bona sua*: Et si in morbis facies coloratior adnexa reperiatur cum multa tristitia, ex Hippocrate Ex optimo habitu corporis. Ex colore faciei.

H primo proritic. tex. 14. malum. Insuetus itaq; color, quicumq; fuerit, morbum significat; Sed an quia colores, vt infra dicimus, ostendunt humorum in corpore vigentium excessum? Ita sanè, quandoquidem Galenus primo Aphorism. secundo, & tertio. *Colorem*, dixit, *præternaturam corporis totius humorem euacuandum significare*. Tanta autem vis est colorum in significandis affectibus, vt Galenus 2. de loc. affec. 3. & 5. scripserit, *Ex vitiato colore deprehendi Hepatis, atquè Lienis affectum*. Et ita re vera est. Ex colore insueto. Color corporis qd arguat. Colorum vis in significandis affectibus

Ceterùm

Ceterùm non solùm, ex plenitudine, crapulæq; signa licet desumere futurarum affectionum, sed ab alijs quoq; rebus, non naturalibus vocatis, aëris in primis malitia; inanitione; somno, & vigilia; motu, & quiete; animiq; vocatis accidentibus. Quãdo igitur idem morbus populariter vagatur, tunc obscurum nõ est, victum non esse in causa, verùm id, quod spirando trahimus. A t vbi varij tempore in eodem oriuntur morbi, clarum est, quod suus cuiusq; victus causa sit. Verùm Galenus de his cõmento libri de natura humana consulendus. De morbis, qui præuidendi, ex aëris vitio, Hippocratem quoq; habemus tertio Aphorismorum, vbi temporum mutationes animaduertit morbos parere; *Mutationes*, inquam, *magnas, aut frigoris, aut caloris aut alio modo*; Nos breuitatis gratiâ referemus has paucas. Aër inæqualis vna, & eadem die, modò calidus, modò frigidus morbos parit autumnales, varios, & diuersos, ob varietatem temperaturarum, quas inducit. Aër austrinus auditũ hebetat, caliginem affert, caput grauat, dissoluit, pigrumq; reddit: Aquilonius tusses mouet, fauces lædit, aluos duras facit, difficultates adhuc vrinæ, horrores, costarum dolores, pectorisq; inducit. Aër calidior sudores promouet; Siccior acutas febres; Autumnalis exitiales, ac tabes; Vernus salubres; Aestiuus dysenterias; Hyemalis febres longiores, pro dispositione mortalium; qui licet nullo non tempore morbis omnibus subijciantur, determinatis tamen, ex dictis magis, & alijs multis, vt ex Hippocrate, per vniuersam tertiam Aphorismorum particulam vnusquiq; intelligit; De somno, & vigilia hoc modò sciendum, somnum immoderatum catarrhos producere, seu destillationes, caput vaporibus replere, sensum omnem internum, & externum maximoperè lædere: Cumq; somnus fiat ex refrigeratione primi sensiterij, quod per medicos cerebrum: si humiditas reperiatur in eo, seu frigiditas iungatur humiditati, lethargicas, hoc est, somnolentas affectiones inducit (Galeno si credimus 2. Aphors. 4. Si verò siccitas catalepticas, idest catalepsias, & deprehensiones; Somnus igitur morbos penè omnes inducit frigidos, atq; materiales: Vigilia etiam immoderata, & præternaturam morbos inducit grauissimos, cruditates, vt aiebat Hippoc. *Vehemens* dicens *vigilia, tum cibi, tum potionis cruditatem affert, capitis totius intemperies, sensuum omnium imbecillitatem, oculorum præcipuas affectiones; & partium internarum refrigerationes*; Vt enim in somno partes interiores fiunt calidiores, vnde actiones omnes naturales attractio, retentio, concoctio, expulsioq; fiunt vegetiores, sic in vigilia euadunt

Marginal notes: Hip. lib. de nat. hũ. tex. 4. — Ex aëris vitio. — Aëris mutationibus. — Aëre australi. — Autumnali verno. Aestiuo. Hyemali. — Ex somno & vigilia. — Cerebrũ primi sẽtitorium ex medicis. — 2. de vic. rat in acut.

A B C D

E dunt frigidiores, vnde facultatum omnium torpor, languor, & læsio; nam

*Quod caret alterna requie, durabile non est.* Ex 2. Apho.

Somnus igitur, & vigilia quum fuerint immoderati, mali; vigilia enim præter dicta, exiccat, & vires prosternit, corporibusq; gracilibus, vbi longior, inimica. Morbos verò, qui producũtur ex nimia, eaq; inopportuna exercitatione, puto ego tantos esse, quantos alia quelibet res modum excedens producit. Scribens namq; Gal. quòd *Homines morbis numquam corriperẽtur, si cauerent cruditates, nec exercerentur á cibo*, scribere visus est, inopportunam exercitationem omnes morbos inducere; Morbi tamen, qui fiunt à repletione permulti sunt, ij tamen præcipuè, quos euacuatio sanat; Et quoniam replitio est humoralis, vel excrementitia, quæcumq; sit, magni ab vtraq; ingruunt morbi, totius, & partium; totius quidem febres, partium verò morbi dicti particulares; huius scilicet, aut illius determinatæ partis, prout ad hanc, vel illam plenitudo decumbit; Quicumq; igitur partes habent imbecillas, à plenitudine caueant; hæc enim, si fuerit ad vasa rupturas, & apertiones molitur; si ad vires, noxas facultatum inducit; vtraq; tamen ad corruptelam conducit, plectoria nimirum, quò ad vasa, & quò ad vires, bonorum scilicet humorum; prauorum attamen, cacochima nuncupata, deterior est, à naturaliq; statu magis recedit; ab hac enim proficiscuntur non solùm febres, sed morbi partium, tumores præternaturam, erisipelata, scirrhi, inflammationes, oedemata; Dignosciturq; vt dictum proprijs signis; biliosa namq; corpus facit subpallidum; pituitosa subalbum; melancholica fuscum; veluti sanguinea rubicundum; Expedit itaq; pro viribus vnamquamq; dignoscere: Sed enim & morbi facti ab inanitione, cum ab arte, tum à natura proficiscente internoscẽdi, quò tam Vrbanus, quàm Medicus possint eos prævidere, ac præcauere. *Cumq; magna sit famis potentia sanandi, & occidendi homines*, grauissimi ex inedia scaturiunt morbi; H nam præterquamquòd, cum Auicenna, & Aristotele conuocatur genus omne excrementorum ad stomachum, vnde & dolores, & inappètentiæ, syncopes quoq; fiunt, & dictæ ob excellentiã sensus, & consensus cum cordæ cardialgiæ; His accedit, quòd inedia exiccat, corpus reddidit paratius ad gignẽdã bilẽ, eosq; summoperè lædit, qui sunt biliosi; hi namq; vt dicebat Hippoc. non ferunt ieiunium; quemadmodum enim vbi fames, non laborandum, nam labor inanitionem inducit; sic vbi corpus picrocolum est, seu biliosum, inedia non admittenda; quia scilicet inanitionem

Morbi qui fiunt ex inanitione.

Ex repletione.

Ex plenitudine ad vasa, & ad vires.

Ex plectorica cacochimia.

Ex fame.

Inediæ noxa.

Ex inedia.

Biliosi nõ ferunt ieiuniũ

inanitionem facit maiorem, à qua morbi similes fiunt, ex Hippocrate Peripneumoniæ. Ad hæc inediam consequitur imbecillitas crurum, siccitas, vigilia; fames enim corpora siccat, & somnum intercipit; facitq; ex eodem Hippocrate ignauiam, timiditatem, dolorem circa præcordia, quæ suspensa quodamodo videntur, viscerum contractionem, & quasi torturam; Vrinam prætereà calidã, rufam, foeeum adustionem, linguæ amarorem, cauitates oculorum, tẽporũ lapsus, extremorũ frigiditatẽ, & indicibilem quemdam languorem, inquietudinem, capitisq; dolorem. *Vix citra noxam*, inquit Hippocrates, *ieiunium is tolerat, quem capitis dolor, & crapula infestat.* Quæ igitur inediam, & consequutione quadam inanitionem sequuntur, hæc sunt. Ceterùm inanitio ex venere morbos quoq; producit; non solùm enim tentat gressus, debilitatq; pedes, vnde articulis infensa est, dicente Hippocrate, *Qui venerem non sunt experti podagra non tentatur*; verùm etiam quàmplurimos inducit morbos, docente eodem, *Studium fore sanitatis, pigrum non esse ad laborem, non satiari cibis, & conseruare semen natiuum*, n q; ab re, calor enim, qui auctor est omnium bonorum dissipatur, & quàm maximam recipit noxam, propter spirituum ruinam. Præuidentur autem morbi ex venere vberiore, à multis, hæc tamen illam sequuntur, Aluus fit siccior, oculi excauantur; stomachus læditur, coctioq; illius minuitur; expiratio euadit frequentior, sputamina quandoq; cruenta mittuntur, si præcipuè venerem præcesserit fames, sitis, labor, expletio, & inanitio magna. Omittimus lassitudines, & corporis laxamenta, verùm omittere non possumus, vt sapientiæ, litterarumq; studijs plurimùm sit aduersa. Morbi verò, qui excitari possunt, ac præuideri ex animi accidentibus plures equidem sunt, Et si cum Platone *Corporis morbi vniuersi proficiscantur ab animo*, huius videlicet morbis, præcipuè tamen, quos præcedit languor, aluus flexibilior, Crus alterum super alterum positum, grauitas consueti vestitus, mens pigra, sensus tardus, faciei mutatio quotiescumq; incidit sermo de re dubia, qua cruciatur animus; pulsus adhuc celer, inæqualis, inordinatus, reditus ad eandem orationem; carnes concidunt, vox remittitur, inquietudo, tristicia, iracundia sine causa, inappetentia, modicus circa pectus calor, desiderium aëris lucidioris, læsio ex obscuriore, pallor, vigilia, suspiria, cura, gaudium, ira, odium, timor, corporis extenuatio, exiccatio, præterquam si gaudium existat, cruditas ventriculi, virium exolutio, abortus in vtero gerentibus, iuuamen ex loquela, ex consuetudine, expurgationeq; illorum

In prænotionibus in principio ex 2. epid.

4. de Acut.

Ex venere.

In Aphor.

Quæ præcedat morbos ex venere.

Venus quibus aduersa.

In Cratilo.
Ex animi accidentibus.

E rum, quæ sunt in animo solicitudinis amor, insania quædam cum ratione, agilitas, & mobilitas, prout ira, timor, gaudiumq; afficiunt.

*Morbi ex repletione in toto, & partibus, Naturalibus, Vitalibus, & Animalibus vt prauidendi, in Vẽtre scilicet. Thorace, & Capite, per signa quàm certissima, & determinata. Nullumq; fieri morbum, nisi præcedant signa, deq; morbi gallici suspicione, pauciora. Cap. X.*

F CLARIORIS, atq; distinctioris nostræ doctrinæ gratiâ, ex qua vrbani quàm facillimè se ipsos noscant, præter ea; quæ ex Hippoc. mente, in superiori capite adnotauimus, nõnulla, ex nostra praxi in præsenti decreuimus insinuare, ex quibus, luce meridiana clariùs fidem sciãt, quæ sibi profutura sunt, & obfutura intelligere. Cũ igitur Vrbanorum morbi, à plenitudine vt plurimùm proficiscantur, eaq; totum, vel partes detineat, vnde morbi totius, vel partium, vel vtrorumq; , signa repletionis totius, hæc esse, Vrbanorum morbi vnde
G pro comperto habeant. Præcedens victus ratio copiosior, præter consuetudinẽ, absq; vlla corporis exercitatione, aut euacuatione, per sudorem, vomitum, vrinã, vel deiectionẽ, quæ à natura fit facta, vel arte, chirurgico, pharmaceutico, vel diætetico instrumento; quibus omnibus si aduincta fit grauitas totius corporis, dolor, & lassitudo, horror post exercitationem, pruritus, inquietudo absq; ratione, macies membrorũ omnium, frequentior extensio, virosus totius corporis odor, insolitus quidã mœror, vel iracundia, argumentum firmissimum est, his omnibus, vel pluribus ex istis affectum, in morbos ex plenitudine lapsurum; ex plenitudine, inquã, non tantùm vera, hoc est bonorũ hu- Plenitudinis totius inditia
H morum, sed spuria, cacochima nuncupata, & hæc magis, quàm illa: Quòd si repletio partes occupet, hæ quoniam variæ sunt, Naturales, Vitales, & Animales, Ventris scilicet, Thoracis, & capitis; Ventris repleti signa hæc sunt. Satietas vocata ab Auicenna nauseatiua, grauitas, & durities circa ventriculum, pondus scilicet grauatiuum, fames quandoq; intempestiua, cum stomachi grauitate; nulla sitis ab assumpto alimento, vel admodum parca, vel admodum intensa, priusquàm cibum capiat; ructus acidus, fœtidus, nidorosus, frequens etiam singultus Partium plenitudinis signa Ventris inferioris. Ex actionibus læsis. Ex excrementis.

singultus, punctiones in regione ventriculi, flatus in eodem, atq; abdomine, intestinorum murmur, crepitus cum bombis, maximè fœtidis; Ab assumpto parciori cibo molestia, ventris inflatio, deiectio tenuior, inordinatè facta, copiosior fœtidior, alba, absq; vllo dolore, mictio frequentior, vel præter morem cohibita, & alui stipticitas diuturnior. Vrina minus colorata, tenuis, aquea, alba, lumborum grauitas insolens, manuum ardor, & pedum, pustulæ per vniuersum corpus, fœtor pedum, grauitas manuum, torpor, & sensus tactus in toto ferè obtusus, genuum grauitas, & tibiarum, in quarum sura dolor insolitus, & vlcerosus: Ceterùm si repletio thoracem detineat, dolor, & morsus laterum, seu costarum adest, vox prætere imbecilla, rauca, molesta tussis, quandoq; sicca, quandoq; humecta, hæc vbi materia fuerit crassior, illa quum tenuior; ad hæc anhelitus difficultas, ex copia vnius præcipuè potus, habitus foedus, pandiculationes, suspiria, & circa præcordia labor; Neue contingat error, in discernenda plectoria thoracis, atq; ventriculi; vna spirandi difficultas etiam sine potu, vel tussi ostendit vitalium partium repletionem, quemadmodum vomitus, & expuitio tenuis, absq; vlla tussi, & excreatione, ventriculi; in quo si vermes adfuerint, iam suo loco indicia proposuimus. Quòd si demum in partibus animalibus adsit repletio, nempe in capite, huius adest dolor, turbatio, sudor copiosior, qui vbi constiterit, ibi morbum ex repletione significat; pondus adhuc, vel pustulæ in ipsemet capite, frontis pruritus, oculorum, in quibus lachrymæ, arena, vel quid simile. Quum potant plectorici, lachrymantur, videndi facultas diminuitur, ac deprauatur, palpebræ sunt grauiores, somni turbulenti, longiores, intempestiui, graues, insomnia tætra, per aquas turbatas, per cœnum; insomnia mortuorum, ciborum, & vinorum, quæ fuerint assumpta, piscium, carnium, & huius generis. Nares præterea sunt oppletæ, ita vt nihil emungant, vel si Vrbani sollicitent, pruriunt, & sternutamentis laborant; odor sentitur à naribus fumosus, ab humore putrescente in corpore, qualis tamen in aëre non persistit. Plectoriam istam comitatur aurium sibilus, tinnitus, licèt sæpius à ventriculo proficiscatur; pustulæ quin etiam in capite, propè aures, glandulæ, Insolita oris amaritudo, vel dulcedo; & si hæc à ventriculo, illa ab hepate nascatur; Sapor quidam alienus, & præter consuetudinem; Dentium quoq; dolor, relaxatio, casus, vel dentes cerei apparent. Excrementorum copia sollicitat plectoria ista detentum, saliua etiam multa, dulcis, aquea, tam

Ex vrina.

Signa thoracis laborantis.

Obseruatio in dignoscendis morbis.

Capitis laboraturi signa.

ante

E ante cibum, quàm postea; si tamen ante perseuèret, indubitatum repletionis huius indicium, quod sequitur labiorum tremor, vleusula in palato, & lingua, faucium asperitas, tonsillarum, vuæ, tremor, & inflammatio, & præter hæc dolor in regione colli, tumores illi praui, glandulæ, ac motus difficilior, & præter morem, capitis firmissimam plenitudinem osten dunt; Ad hæc, quædam ægrotandi consuetudo, statis nonnullis anni temporibus, quę abſq; vlla ratione, & causa euanuerit, non tantùm plenitudinem vniuersalem, sed & particularem significat. Dicam paucioribus multa. Nulla, ex Plutarcho ægritudo, in corpus aduentat, nisi generica quæpiam signa F præcedant; Veluti enim futuræ alicuius tempestatis indicia nobis, ante quam tempestas adueniat, præcedunt, ita nullus vnquam in corpore succedit morbus, nisi præcedant signa. Hæc autem ex Hippocrate sunt lassitudines spontaneæ, laboriosus videlicet quicumq; corporis motus; Ex Gal. verò ipsæmet lassitudines, vlcerosæ, acres, tensiuæ phlegmonis, vel inflammationis præseferentes ideam. Et quoniam Vrbanorum præcipua valetudo collocata est, in cognitione gallici morbi, quo se ipsos laborare ignorant, vel alios; dignoscent in eorum corporibus morbum adesse, aut adfuturum gallicum, ex his ipsis indicijs; Imminentem sic, Vlcera maligna in pudendis G apparent; tumores in inguinibus; stranguria virulenta, & cum sanie foetidiori emanat; dolores articulorum, capitis, & scapularum Vrbanos absq; alia causa exercēt, brachiorum, cruorum, membrorumq; omnium quasi confractiones, & spontaneę lassitudines adsunt, ita vt neq; pedes, neq; manus facilè suū possint obire munus; præsentem verò, tumq; recentem, hunc in modum dignoscent; In toto ore inflammatio, in adænibus tremor superuenit, qui nobis, & loquendi, & deglutiendi, imo & saliuæ resorbendæ libertatem tollit; pustulæ per corpus vniuersum scaturiunt, præcipuè verò, vt quadam corolla frontē, caputq; ambire videntur; craneum, mentumq; pilorum defluuium, totumq; corpus, & faciem macies deformat; Non omnia tamen in omnibus, sed aliqua, in alijs maiora, aut minora apparent: Confirmatum insinuant vlcus in pudendis callosum, durum, & cacoëthes, inguinum bubones, citra suppurationem, aliamue manifestam causā in corpus refluí, quamquam & sine his vlcera, pustulæq; in reliquo corpore, quæ alijs non cesserint remedijs, vel ex arte institutis, confirmatum ostēdunt morbum. Inueteratum autem demonstrant lāguida Venus, symptomatum dictorum ingrauescentia, dolores fixi, stabiles,

Lib. de Tuenda Valetudine.

12. Aphor. 3. de Tuenda

Morbi gallici cognitio, vt habenda.

Imminentis.

Præsentis, & recentis.

Indicia. Confirmati.

Indicia. Inueterati.

ſtabiles, tumores prædurі, nodoſi, tophacei,& præter hæc caries, & putrilago in oſſe capitis,in manu, brachio, vel pede, ophiaſis in capite, tumores cretacei, & altè actis radicibus defixi, multisq; in corporis locis inſurgentes, caſtanearum æmuli, qui ſi aperiantur, in vlcera varia degenerant, putrida, depaſcentia, ægrèq; ſanabilia; Et præter hæc omnia, dolores quicumq; ſint, quaue in parte, plurimùm noctu exacerbantur, fortaſſe, humoris melancholici ratione, qui comes eſſe ſolet huius morbi; aut quia gallici decumbentes in ſtragulis, tepeſcunt, caleſcuntq; magis, ita vt virus illud venereum liquetur, doloreſq; indueunt validiores: Ad hæc morbus quandoq; hæreditarius eſt, ex parentum labe, vlceraq; præeeſsère in ore, dum pueri fuerint lactantes,aut in papillis in nutricibus, à quibus plerumq; morbus communicatur infantibus, & in quibus ſæpius deliteſcit; Totumq; corpus rubentibus puſtulis in toto carnis genere, ac ſi vrtica fuiſſet punctum, apparet. Inexplicabilis dentium dolor nonnumquam infeſtat,quiq; nunc adſtringi, nunc laxari, nunc prurire, nunc torpere, nunc ex alueolis extra prorumpere videntur. Dumq; morbi ſuſpicio eſt, homines propter dolorem, aut timorem, aut euacuationem, vnâq; gonorream, quæ vt plurimùm ſolet præcedere, & ficti ex medicorum, vel vrbanorum ignauia extenuantur; & vbi morbus ad extima prorumpit, fiunt benè colorati,& appetentiores, & pinguiores, inde verò decolorati,exangues, & graciles. Nonnulli addunt vagũ, & prauum capitis dolorem, vrinas contenta habentes ſabuloſa, vel arenoſa, fruſtuloſa, & inſtar ſcopuli cuiuſdam ſciſsi diſrupta, & inæqualia. Mulieres, ex his affectæ ſignis dignoſcuntur, meſtruorumq; alborum profluio, & filijs, qui paulò inde ab ortu vlceribus ſcatent in ano,& ore, vnde nutrices quàm celerrimè afficiuntur. Proni, admodumq; faciles ad gallicã hanc contrahendã ſunt labem fratres ex fratribus, Parentes à filijs, hi à parentibus, Itali ab Italis, Hiſpani ab Hiſpanis, & ij, qui aut cognationis, aut loci, aut victus aliquam ſpeciem habent communem, pueri citiùs, quàm iuuenes, hi citiùs quàm confiſtentes, atq; hi citiùs, & faciliùs, quàm ſenes: Vbi menſes in muliere fuerint ſuppreſsi, aut vtero gerat, facillimè contrahitur ex venere morbus; *In* habentibus aluum adſtrictam, abſq; exercitationis opera, lues quàm facilè inducitur; ſic & in ijs, in quibus ſuppreſſa fuerit aliqua conſueta euacuatio; huius quoq; ſunt generis,qui præputio ferè ſemper glandem obductam habent, atq; hanc mollem, & teneram, vt quæ facilè per coitum vlceretur, inquinamentumq;

Gallici cur exacerbentur in noctu.

Indicia ſuſpecti Gallici.

Externi.

Mulieres affectę. vt cognoſcantur.

Qui faciliùs à lue gallica tententur.

E quinamentumq; suscipiat. Libidinosiores facilius inficiuntur, ob calorem, qui commouetur, Ventri dediti, pleniores, & speciosiores per contactum, & osculum hac labe capiuntur; Qui neq; variolas, neq; morbillis experti sunt, in gallicum morbum facilè quoq; labuntur; qui etiam in materno vtero prauis succis fuerint enutriti; qui lactimen vberiùs in pueritia sunt passi, & magna cum difficultate curati. Atq; de his, quæ nobis dicenda, erant ratione continentium, & contentorum cum his, quæ futuram ęgritudinem apud Vrbanos insinuant, ex cognitione sui ipsius sint satis.

Libidinosi facilius efficiuntur lue.

Variolas nō experti.

F *Spirituum cognitionem Vrbanis pernecessariam in genere, & in specie; Vt morbi, qui ex vitio spirituum proficiscuntur præcauendi, ex cognitione scilicet eorum, quæ illos inficiunt, quæque præcipuè sint, quæ inficiant.* *Cap. XI.*

PRO absoluta cognitione habenda sui ipsius, vnicum restat caput, quod spirituum amplexatur naturam, veluti principium, fabricæ totius humani corporis, non solùm vt ita dicamus inesse, sed in cōseruatione, atq; duratione: In spiritibus enim, omnis naturę
G nostræ virtus iacet, ac robur. Quum igitur, spiritus existant substantiæ tenues, & aëreę genitæ ex sanguine tenuiore, vt sint facultatum, quarum potentia corpus vniuersum regitur, ad omnes eius partes vehiculum, & primarum functionum instrumentum: Vrbanus tunc dignoscet, optima se frui valetudine; quum actiones inculpatus in corpore animaduertet, Animales in capite, Vitales in pectore, Naturales in Iecore, in his quidem, vt in fontibus, & partibus principibus; in reliquis vt ab illis deriuatas ad istas per neruos à capite, arterias à corde, venas ab hepate. Si itaq; illicò actiones aliquas diminutas, deprauatas,
H aut ablatas conspexerit, ex vitio sciat spirituum emanare; diximus illicò, quoniam spirituum beneficio partes quum fuerint destitutæ, vel in totum, vel in partem, à proprijs muneribus, ferantur, vel diminuuntur, quemadmodum deprauantur; si substantia spirituum sit alterata, dimotaq; à sua tenuitate, luciditate, quantitate congrua, & motu. Alteratur autem, tum ex sanguinis alteratione, & vitio, tum ab assumptis immediatè, nec non externi vitiati aëris attractione: No-

Spirituum essentia.

Optima spirituum constitutio.

D scere

Quæ Vrbanus noscere debet de spiritibus.

fcire autem debent Vrbani, non tantùm communem naturam ſpirituum omnium, ſed particularem, animalis ſcilicet in cerebro puriſsimam; Vitalis in corde minus puram; Naturalis, in iecore adhuc minus; reſpectu tamen naturæ ſanguinis puriorem: Nec id ſolùm ſciant neceſse eſt, verùm partium quoquè determinatarum, quarum auctor eſt, vt munus habeant proprium, oculi exempli gratiâ videant, aures audiant, nares odoratum habeant, lingua guſtum, & cutis mediantibus neruis, tactum, vnde fit, vt ſpiritus aliquis dici poſsit viſiuus, auditiuus, olfactiuus, guſtatiuus; Et veluti animalis ſpiritus defert ſenſum, & motum, per omnes corporis partes, ita vt ſenſus, & motus, abſq; illo fieri non poſsit: ita vitalis defert calorem, per arterias, tanquam canales, per vniuerſum corpus, vt foueat inſitum partium earum calorem, breui alioquin periturum: Et Naturalis coctionem iuuat corporis vniuerſi, & partium omnium, ſanguinem, caloremq; traſportans: Et quoniam Vrbanus non ita facilè noſcere poteſt hanc ſpirituum naturam, ſciat, ſpiritus omnes ita calori natiuo vnitos eſſe, veluti flamma cum igne, atquè calore: qui velut etiam duplex, influens, atq; inſitus, ita & ſpiritus, permanentiam habens cum humido radicali, quod ſedes huius eſt ſpiritus; naturalis ſcilicet, qui diſſeminatus eſt per totum, vel ſi ab hepate, illius origine, vt dictum, foueatur. Cumq; hoc humidum diminuitur, vel deficit; ſpiritus quoq; minuetur, ac deficit, vnde mors; quamobrem diligentiſſimus eſſe debet Vrbanus, in cuſtodiendis ſpiritibus, eorumq; domicilio, radicali humido, in toto, ac partibus, faciunt enim ad vitam; læduntur autem, vel quàm maximè quum ſanguis aliquo laborat vitio, in ſubſtantia, vt dictum, qualitate, quantitate, ac motu; præterea ex magnis animi motibus, triſtitia, ira, mœſtitia, altis quibuſquè cogitationibus, vigilijs, conſuetudine cum hominibus cacochimis, gallicis, phtyſicis, ecticis; vel quomodocumq; grauiter affectis: Contaminantur etiam quàm facillimè à vino in magnis ebrietatibus, & nihil eſt in corpore, quod celeriùs, atq; facilius labem contrahat, & ab aſſumptis, & ab his, quæ extrinſecus offeruntur, & occurrunt, veſtimentorum generibus, venenatorum animalium ictibus, ferro aliquo vulnerante venenato, tam incidente, quàm extrinſecùs appoſito, aut re alia animata, etiam inanimata, ne dum per alitum, ſed per tactum afficiente, ac

Spiritus animalis multiplex, & quis

Spiritus calori ſemper vnitus.

Spiritus cuſtodiendi, & quomodo.

Spiritus à quibus contaminantur.

ſpiritus.

E spiritus. *Sunt*, inquit Galenus, *qui putant, res quasdam solo tactu, per qualitates, vim eam, quæ ipsis sunt vicina alterare posse, idq; planè videri in marina torpedine, vt pote, cui tàm vehemens sit potentia, vt per piscatoris tridentem, trasmissa ad manum alteratione, de repente totam reddat torpidam*; rationem verò Galenus assignans, dicit, *quia, á spiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta, non solùm venenorum, sed remediorum tot, & tanti surgant effectus, non quidem, quod spiritus ille, tenuisue humiditas] in totum corpus, singulasq; eius, quod afficit particulas dirimatur, sed tantillum id, quod subiuit in corpus iniectum,*

Lib. de loc. vlt. cap. 6.

F *nempe phalangij ictu, aut scorpij aculeo proxima quæq; pari, per contagionem inficit, & corrumpit qualitate, hac alia sibi vicina, donec à minima sanguinis portione, si in venas ictus inciderit, in vniuersam sanguinis massam, aut pituitæ, si in ventriculum, irruperit, venenata labes, in omnes humores, visceraq; veneni vis propagata, & diffusa fuerit*; Diffunditur autem per spiritus, quamobrem horum custodia illi maximoperè necessaria, qui tuendam, ex sui ipsius, & eorum, quæ prosunt, & obsunt cognitione valetudinem suscipit, id quod faciet, quotiescumq; præcauebit contactum rerum venenatarum, non solùm corporalem, sed spiritualem, per halitum, & odorem; per hunc enim facillimo negocio spiritus inficiuntur, vt experientia comprobatum, per flores, & halitum, ex accensis luminibus emanantem, per hunc enim extinctus fuit Clemens Septimus Pontifex Maximus,; per illos Hercules Illustrissimus de Contrarijs, Ferrariensis patritius: Et quoniam ex spirituum accensione Vrbani frequentius collabuntur in febres, easq; diarias, sciant, has præcaueri ex diligenti obseruatione, seu cognitione eorum, quæ assumuntur; fiunt; extrinsecùs occurrunt; & retinentur; De quibus loquutus Galenus lib. artis medicinalis. *Assumenda*, dicebat, *facienda, extrinsecus occurrentia, & retinenda ephemerus inducere, ob spirituum alterationem*; per assumenda intelligens alimenta, & potum calidiora, & medicamenta calefacientia, & euacuantia; per facienda, exercitationem, motum animi, & corporis; per extrinsecùs occurrentia, Apostemata, dolores, & bubones; per retinenda verò humores, vapores, & flatus, propter obstructionem; Hæc itaq; scire debet Vrbanus, à quibus spiritus incalescentes, ephimeras, vt causæ specificæ producunt; ge-

Spiritus vt officiuntur.

G (margin letter beside "lem, per halitum")

H (margin letter beside "tia, & retinenda")

Febres Diuriæ quibus sciantur.

D 2    nericæ

nericæ namq; aliæ per se aliæ per accidens, prioris generis A sunt ignis, sol & vicissim rei calidæ; alterius, frigus obstruens, adaugensq; caliditatem interius, Et de his quæ in priori sectione proposuimus examinanda sint satis.

E

# DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE METHODVS

## *NOVA, PARVA, ET ACCOMMODATA,*

## SECTIO SECVNDA.

F *De cognitione, eorum omnium, quæ genericè, ac specificè humano corpori prosunt, & obsunt, toti, ac partibus.*

IOSEPHO PHAVORINO FABRIANENSI AVCTORE.

### *ARGVMENTVM.*

S*I verum, vti verissimum, Aristotelis testimonio, decimo Ethicorum cap. 8.* Vitam honestam vno anno magis expetendam, quàm aliã quamlibet multis; *Honesta autẽ vita non per annum, sed multos conseruari possit non solùm ex cognitione sui ipsius, de qua hactenus, verum etiam eorum, quæ sibimèt prosunt & obsunt; Assumpta* G *in Vrbanorum gratiam scribendi nos inuitat Prouincia, vt de ijs in præsenti sectione agamus quæ ad cognitionem attinent eorum, quæ vnicuiq; prosunt & obsunt. Hæc autem cum sint Aër; cibus & potus; somnus, & vigilia; motus, & quies; inanitio, & repletio; & animi accidentia, de omnibus ordinato tramite disseremus, ea tamen lege, quæ vrbano sint satis, quæ breuiori orationis curriculo absoluemus. In gratiam igitur vrbanorum toti, & partibus, quæ profutura sunt, & obfutura genericè, ac specificè rem prosequemur. Lectio autem quanto reliquis erit compendiosior, tantò necessaria magis; nam ab effectu saltem, ea duce vnusquisq; in optimo sese valetudinis poterit conseruare gradu. Inter ea tamen, quæ necessaria magis, potiora seligemus; quibus ducibus,* H *nos argumentum, & vrbani sanitatem absoluant. Quoniam autem Plutarcho auctore, libello de Virtute morum.* Sanitas ab omnibus, quia secundum naturam est, & vtilis amatur, & alijs maximum bonum esse videtur; nec diuitiarum vllam gratiam, aut liberorum, aut regnorum esse, demumq; virtutes nec vtiles, nec conferentes esse absq; sanitate; *in huius gratiam, inter alia, quæ scribere proposuimus, de Alimentis penè omnibus, Vrbanis accommodatis, nec non de simplicibus quibusdam, ratione totius, ac partium per capita disseremus.*

*Insinuatur cognitio eorum omnium, quæ homini prosunt in genere, & specie, Rerum scilicet non naturalium, quæ vocantur à Medicis & primùm aeris bonitatis, atq; malitiæ, in toto anni tempore, ac partibus; & Ab vtroq; aëre ostenditur, pendere quamcumq; bonam, vel malam cum animi, tum corporis valetudinem. Cap. I.* A

COGNITIO sui ipsius, ratione corporis, & eorum, quæ sunt in corpore, nec non morborum, qui ex repletione dependent, quemadmodum polliciti sumus, ab vnoquoq; Vrbanorum, vt possit quàm facillimè haberi, superiori sectione monstrauimus: Cognitio vt modo haberi possit eorum quæ prosunt, & obsunt in genere, & specie, in præsenti demonstrare nitemur; cum igitur ea, quæ prosunt, & obsunt ad sex redacta sint capita, sub quibus res nonnaturales à Medicis vocatæ collocantur, sintq; aer; cibus, & potus; somnus, & vigilia; motus & quies; inanitio, & repletio; & animi accidentia, de his in Vrbanorum gratiam agere determinauimus. *Interest enim*, dicebat Celsus, *an fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit, an cibi viniq; abundantia, an intemperantia libidinis, &c.* Itaut præcipuę tuendæ valetudinis ratio cum pendeat à cognitione rerum non naturalium, ab aëre, præsentis tractationis desumemus exordium. Prodest ergo sanitati aer quàm maximè defæcatus, & purus, temperatus, serenus, lucidus, prauisq; non olens: Quatenus enim quicunq; aëre magis vel minus puro fruetur, eatenus magis, vel minus culpata valetudine quoq; fruetur, diutiusq; adhuc, vel minus viuet. Hanc veritatem cognoscens Hippocrates. *Mortalibus*, inquit, *vitæ atq; morborum ægrotis solus aër auctor existit; tantaq; eius est necessitas, vt si omnibus alijs interdicatur, homo, neq; cibum sumat, neq; potum, valeat tamen diebus duobus, tribus, vel pluribus durare, si verò spiritus, & aëris in corpus via intercipiantur, in breui parte vnius diei interreat.* Magna itaq; aëris habenda est ratio; eligendusq; per Hippocratem optimus, qui præter vitam longeuam, vt membris, motum, ita sapientiam præstat. Hic autem optimus est, qui ex Galeno, nullum habet excessum, cuius inditium, aiebat primo de morbis vulgaribus. *Si immoderatius, non calescat, non frigescat, non humescat, aut siccescat*, & proinde in primis qualitatibus

(Margin notes: B beside "Vrbanorum"; C beside "abundantia"; D beside "diebus duobus".)

Auctoris institutum in secunda sectione.

Tuendæ valetudinis, ratio vnde dependeat.

Aër bonæ valetudini accommodatus.

Sapientia ab aëre bono.

E qualitatibus aër sit temperatus; in secundis lucidus, purus, atq; sincerus, qualis vernus, qui propterea Celso, atq; Hippocrate auctoribus saluberrimus; deinde Hyemalis; periculosus cum sit æstiuus, deterior autumnalis. Quibus eisdem nominibus saluberrimi quoq; sunt dies sereni, & meliores pluuij, quàm nebulosi; aquilonares item, quàm austrini; aër adhuc vbiq; à ventis, ijsq; meridionalibus difflatus, qui liber est, ac tenuis, bonus quoq; aër, si vaporibus non sit permixtus, qui citò ad solis refrigeratur recessum, quiq; per aduentum calescit; collustrat enim sol spiritus, sanguinemq; attenuat, calefacit corpus, dissoluit, defœcat spiritus, acuitq; ingenium: Argumentum bonitatis aëris est, si animantia degant in eo copiosiora, in F primisq; aues, homines ad senectutem perueniant, ingenia vigeant, & omnia sint bona, mores, amicitiæ, consuetudines, & alimenta, quæ homini sunt necessaria; vnde factum, rectè nonnullos animaduertisse, Humanæ vitæ auctorem aëris esse bonitatem, eiusdem verò malitiam, seminarium extare morborum; id quòd perspiciens Celsus, *Valetudinem*, dixit, *certiorem esse in bono tempestatum gradu, atq; natura*: Ceterùm prauus, & malus aër dignoscitur ex oppositis, quum scilicet fuerit intemperatus, turbidus, obscurus, malè olens, depressus, nec vndiq; conspicuus, vel si hic ipse, à ventis marinis agitatus, in fine præsertim æsta- G tis, & principio autumni; Eiusdem generis aër quoq; est à profundis spirans cauernis, à corporibus insepultis, specubus, vel antris, aut à regione consimili, in qua putredo vigeat, vel si à sole percussa; Illeq; omnium pessimus, qui facis euariat; quiq; vt auctor est Galenus, immoderatiùs excedit in primis qualitatibus; hic enim, vt ipse notat, corporum symetriam, in qua sanitas collocata est, confundit, atq; perturbat. *Si namq; calidior sit, in partem trahit extrinsecam; si frigidior, obstruit; si humidior grauat, vbi siccior, exhaurit*. Ad hæc aër calidior corpora languidiora facit, ac vitæ breuitatem inducit; propterea quod calorem innatum, & influentem resoluit, cordi, in- H commodat, calidioribus officit temperamentis, & morbis nocet calidioribus: Frigidior obest cerebro, dentibus, ossibus, neruis, vulneribus, temperamentis frigidioribus, & morbis similibus, claudit etiam poros, & fluxiones ad partes interiores proritat: Humidior pedum, atq; crurum vlceribus aduersatur, putredinem auget, corporaq; facit obnoxia destillationibus; vnde *Siccitates imbribus* aiebat Hippo. *omnino sunt salubriores; & frigidus* vt dicebat Auicennas, *est magis conueniens sanis, quàm calidus, vbi non excedat*: Siccior verò etsi opposita moliatur ab humido,

Boni aeris cōditiones.

Dies sereni saluberrimi.

Solis in aërem.

Argumentũ bonitatis aëris.

Vitæ auctor & exitiũ aër. Lib. 1.

Praui aeris ignotio.

Aetius 2. Terr. ser. 1. cap. 49. Paulus Aegin. lib. 1.

Aer pessimus 1. de Morb. vulg. com. 3. Hippoc. 4. Aphor. 5.

Aeris calidioris noxa.

Frigidioris.

Humidioris

Siccioris.

ſtabiles, tumores præduri, nodoſi, tophacei, & præter hæc caries, & putrilago in oſſe capitis, in manu, brachio, vel pede, ophiaſis in capite, tumores cretacei, & altè actis radicibus defixi, multisq; in corporis locis inſurgentes, caſtanearum æmuli, qui ſi aperiantur, in vlcera varia degenerant, putrida, depaſcentia, ægrèq; ſanabilia; Et præter hæc omnia, dolores quicumq; ſint, quauis in parte, plurimùm noctu exacerbantur, fortaſſe, humoris melancholici ratione, qui comes eſſe ſolet huius morbi; aut quia gallici decumbentes in ſtragulis, tepeſcunt, caleſcuntq; magis, ita vt virus illud venereum liquetur, doloreſq; inducunt validiores: Ad hæc morbus quandoq; hæreditarius eſt, ex parentum labe, vlceraq; præceſsère in ore, dum pueri fuerint lactantes, aut in papillis in nutricibus, à quibus plerumq; morbus communicatur infantibus, & in quibus ſæpius deliteſcit; Totumq; corpus rubentibus puſtulis in toto carnis genere, ac ſi vrtica fuiſſet punctum, apparet. Inexplicabilis dentium dolor nonnumquam infeſtat, quiq; nunc adſtringi, nunc laxari, nunc prurire, nunc torpere, nunc ex alueolis extra prorumpere videntur. Dumq; morbi ſuſpicio eſt, homines propter dolorem, aut timorem, aut euacuationem, vnâq; gonorream, quæ vt plurimùm ſolet præcedere, & ſiſti ex medicorum, vel vrbanorum ignauia extenuantur; & vbi morbus ad extima prorumpit, fiunt benè colorati, & appetentiores, & pinguiores, inde verò decolorati, exangues, & graciles. Nonnulli addunt vagū, & prauum capitis dolorem, vrinas contenta habentes ſabuloſa, vel arenoſa, fruſtuloſa, & inſtar ſcopuli cuiuſdam ſciſsi diſrupta, & inæqualia. Mulieres, ex his affectæ ſignis dignoſcuntur, meſtruorumq; alborum profluio, & filijs, qui paulò inde ab ortu vlceribus ſcatent in ano, & ore, vnde nutrices quàm celerrimè afficiuntur. Proni, admodumq; faciles ad gallicā hanc contrahendā ſunt labem fratres ex fratribus, Parentes à filijs, hi à parentibus, Itali ab Italis, Hiſpani ab Hiſpanis, & ij, qui aut cognationis, aut loci, aut victus aliquam ſpeciem habent communem, pueri citiùs, quàm iuuenes, hi citiùs quàm conſiſtentes, atq; hi citiùs, & faciliùs, quàm ſenes: Vbi menſes in muliere fuerint ſuppreſsi, aut vtero gerat, facillimè contrahitur ex venere morbus; In habentibus aluum adſtrictam, abſq; exercitationis opera, lues quàm facilè inducitur; ſic & in ijs, in quibus ſuppreſſa fuerit aliqua conſueta euacuatio; huius quoq; ſunt generis, qui præputio ferè ſemper glandem obductam habent, atq; hanc mollem, & teneram, vt quæ facilè per coitum vlceretur, inquinamentumq;

Margin notes: Gallici cur exacerbentur in noctu. — Ind c'a ſuſpecti Gallici. — Externi. — Mulieres affectę vt cognoſcantur. — Qui faciliùs à lue gallica tenentur.

Margin letters: A, B, C, D

E quinamentumq; suscipiat. Libidinosiores faciliùs inficiuntur, ob calorem, qui commouetur, Ventri dediti, pleniores, & speciosiores per contactum, & osculum hac labe capiuntur; Qui neq; variolas, neq; morbillis experti sunt, in gallicum morbum facilè quoq; labuntur; qui etiam in materno vtero prauis succis fuerint enutriti; qui lactimen vberiùs in pueritia sunt passi, & magna cum difficultate curati. Atq; de his, quæ nobis dicenda, erant ratione continentium, & contentorum cum his, quæ futuram ęgritudinem apud Vrbanos insinuant, ex cognitione sui ipsius sint satis.

Libidinosi facilius afficiuntur lue.

Variolas nō expertu.

F *Spirituum cognitionem Vrbanis pernecessariam in genere, & in specie; Vt morbi, qui ex vitio spirituum proficiscuntur præcauendi, ex cognitione scilicet eorum, quæ illos inficiunt, quæque præcipuè sint, quæ inficiant.* Cap. XI.

PRO absoluta cognitione habenda sui ipsius, vnicum restat caput, quod spirituum amplexatur naturam, veluti principium, fabricæ totius humani corporis, non solùm vt ita dicamus inesse, sed in cōseruatione, atq; duratione: In spiritibus enim, omnis naturę

G nostræ virtus iacet, ac robur. Quum igitur, spiritus existant substantiæ tenues, & aëreę genitæ ex sanguine tenuiore, vt sint facultatum, quarum potentia corpus vniuersum regitur, ad omnes eius partes vehiculum, & primarum functionum instrumentum: Vrbanus tunc dignoscet, optima se frui valetudine; quum actiones inculpatus in corpore animaduertet, Animales in capite, Vitales in pectore, Naturales in Iecore, in his quidem, vt in fontibus, & partibus principibus; in reliquis vt ab illis deriuatas ad istas per neruos à capite, arterias à corde, venas ab hepate. Si itaq; illicò actiones aliquas diminutas, deprauatas,

Spirituum essentia.

H aut ablatas conspexerit, ex vitio sciat spirituum emanare; diximus illicò, quoniam spirituum beneficio partes quum fuerint destitutæ, vel in totum, vel in partem, à proprijs muneribus, ferantur, vel diminuuntur, quemadmodum deprauantur; si substantia spirituum sit alterata, dimotaq; à sua tenuitate, lucíditate, quantitate congrua, & motu. Alteratur autem, tum ex sanguinis alteratione, & vitio, tum ab assumptis immediatè, nec non externi vitiati aëris attractione: No-

Optima spirituum constitutio.

Quæ Vrbanus noscere debet de spiritibus.

scire autem debent Vrbani, non tantùm communem naturam spirituum omnium, sed particularem, animalis scilicet in cerebro purissimam; Vitalis in corde minus puram; Naturalis, in iecore adhuc minus; respectu tamen naturæ sanguinis puriorem: Nec id solùm sciant necesse est, verùm partium quoquè determinatarum, quarum auctor est, vt munus habeant proprium, oculi exempli gratiâ videant, aures audiant, nares odoratum habeant, lingua gustum, & cutis mediantibus neruis, tactum; vnde fit, vt spiritus aliquis dici possit visiuus, auditiuus, olfactiuus, gustatiuus; Et veluti animalis spiritus defert sensum, & motum, per omnes corporis partes, ita vt sensus, & motus, absq; illo fieri non possit: ita vitalis defert calorem, per arterias, tanquam canales, per vniuersum corpus, vt foueat insitum partium earum calorem, breui alioquin periturum: Et Naturalis coctionem iuuat corporis vniuersi, & partium omnium, sanguinem, caloremq; trasportans: Et quoniam Vrbanus non ita facilè noscere potest hanc spirituum naturam, sciat, spiritus omnes ita calori natiuo vnitos esse, veluti flamma cum igne, atquè calore: qui velut etiam duplex, influens, atq; insitus, ita & spiritus, permanentiam habens cum humido radicali, quod sedes huius est spiritus; naturalis scilicet, qui disseminatus est per totum, vel si ab hepate, illius origine, vt dictum, foueatur. Cumq; hoc humidum diminuitur, vel deficit; spiritus quoq; minuetur, ac deficit, vnde mors; quamobrem diligentissimus esse debet Vrbanus, in custodiendis spiritibus, eorumq; domicilio, radicali humido, in toto, ac partibus, faciunt enim ad vitam; læduntur autem, vel quàm maximè quum sanguis aliquo laborat vitio, in substantia, vt dictum, qualitate, quantitate, ac motu; præterea ex magnis animi motibus, tristitia, ira, mœstitia, altis quibusquè cogitationibus, vigilijs, consuetudine cum hominibus cacochimis, gallicis, phtysicis, ecticis; vel quomodocumq; grauiter affectis: Contaminantur etiam quàm facillimè à vino in magnis ebrietatibus, & nihil est in corpore, quod celeriùs, atq; facilius labem contrahat, & ab assumptis, & ab his, quæ extrinsecus offeruntur, & occurrunt, vestimentorum generibus, venenatorum animalium ictibus, ferro aliquo vulnerante venenato, tam incidente, quàm extrinsecùs apposito, aut re alia animata, etiam inanimata, ne dum per alitum, sed per tactum afficiente, ac

Spiritus animalis multiplex, & quis

Spiritus calori semper per vnitus.

Spiritus custodiendi, & quomodo.

Spiritus à quibus contaminantur.

spiritus.

E spiritus. *Sunt*, inquit Galenus, *qui putant, res quasdam solo tactu, per qualitates, vim eam, quæ ipsis sunt vicina alterare posse, idq; planè videri in marina torpedine, vt pote, cui tàm vehemens sit potentia, vt per piscatoris tridentem, trasmissa ad manum alteratione, de repente totam reddat torpidam*; rationem verò Galenus assignans, dicit, *quia, á spiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta, non solùm venenorum, sed remediorum tot, & tanti surgant effectus, non quidem, quod spiritus ille, tenuisue humiditas in totum corpus, singulasq; eius, quod afficit particulas dirimatur, sed tantillum id, quod subiuit in corpus iniectum,* Lib. de loc. vlt. cap. 6.

F *nempe phalangij ictu, aut scorpij aculeo proxima quaq; pari, per contagionem inficit, & corrumpit qualitate, hac alia sibi vicina, donec à minima sanguinis portione, si in venas ictus inciderit, in vniuersam sanguinis massam, aut pituitæ, si in ventriculum, irruperit, venenata labes, in omnes humores, visceraq; veneni vis propagata, & diffusa fuerit*; Diffunditur autem per spiritus, quamobrem horum custodia illi maximoperè necessaria, qui tuendam, ex sui ipsius, & eorum, quæ prosunt, & obsunt cognitione valetudinem suscipit, id quod faciet, quotiescumq; præcauebit contactum rerum venenatarum, non solùm corporalem, sed spiritualem, per halitum, & odorem; per hunc enim facillimo negocio spiritus inficiuntur, vt experientia comprobatum, per flores, & halitum, ex accensis luminibus emanantem, per hunc enim extinctus fuit Clemens Septimus Pontifex Maximus,; per illos Hercules Illustrissimus de Contrarijs, Ferrariensis patritius: Et quoniam ex spirituum accensione Vrbani frequentius collabuntur in febres, easq; diarias, sciant, has præcaueri ex diligenti obseruatione, seu cognitione eorum, quæ assumuntur; fiunt; extrinsecùs occurrunt; & retinentur; De quibus loquutus Galenus lib. artis medicinalis. *Assumenda*, dicebat, *facienda, extrinsecus occurrentia, & retinenda ephemerus inducere, ob spirituum alterationem*; per assumenda intelligens alimenta, & potum calidiora, & medicamenta calefacientia, & euacuantia; perfacienda, exercitationem, motum animi, & corporis; per extrinsecùs occurrentia, Apostemata, dolores, & bubones; per retinenda verò humores, vapores, & flatus, propter obstructionèm; Hæc itaq; scire debet Vrbanus, à quibus spiritus incalescentes, ephimeras, vt causæ specificæ producunt; ge-

Spiritus veneficiuntur.

G

Febres Diutiæ quibu sciantur.

H

D 2 nericæ

nericæ namq; aliæ per se aliæ per accidens, prioris generis A
sunt ignis, sol & viciſſim rei calidæ; alterius, frigus obſtruens,
adaugenſq; caliditatem interius, Et de his quæ in priori ſe-
ctione propoſuimus examinanda ſint ſatis.

D E

E
# DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE METHODVS

## *NOVA, PARVA, ET ACCOMMODATA,*

## SECTIO SECVNDA.

F *De cognitione, eorum omnium, quæ genericè, ac specificè humano corpori profunt, & obsunt, toti, ac partibus.*

IOSEPHO PHAVORINO FABRIANENSI AVCTORE.

### *ARGVMENTVM.*

*SI verum, vti verissimum, Aristotelis testimonio, decimo*
*Ethicorum cap.8.* Vitam honestam vno anno magis ex-
petendam, quàm aliã quamlibet multis; *Honesta autẽ*
*vita non per annum, sed multos conseruari possit non so-*
*lium ex cognitione sui ipsius, de qua hactenus, verum*
*etiam eorum, quæ sibimèt prosunt, & obsunt; Assumpta*
G *in Vrbanorum gratiam scribendi nos inuitat Prouin-*
*cia, vt de ijs in præsenti sectione agamus quæ ad cogni-*
*tionem attinent eorum, quæ vnicuiq; prosunt & obsunt. Hæc autem cum*
*sint Aër; cibus & potus; somnus, & vigilia; motus, & quies; inanitio, &*
*repletio; & animi accidentia, de omnibus ordinato tramite differemus, ea*
*tamen lege, quæ vrbano sint satis, quæ breuiori orationis curriculo absol-*
*uemus. In gratiam igitur vrbanorum toti, & partibus, quæ profutura*
*sunt, & obfutura genericè, ac specificè rem prosequemur. Lectio autem quan*
*to reliquis erit compendiosior, tantò necessaria magis; nam ab effectu sal-*
*tem, ea duce vnusquisq; in optimo sese valetudinis poterit conseruare gra-*
*du. Inter ea tamen, quæ necessaria magis, potiora seligemus; quibus ducibus,*
H *nos argumentum, & vrbani sanitatem absoluant. Quoniam autem, Plu-*
*tarcho auctore, libello de Virtute morum.* Sanitas ab omnibus, quia se-
cundum naturam est, & vtilis amatur, & alijs maximum bonum esse vide-
tur; nec diuitiarum vllam gratiam, aut liberorum, aut regnorum esse,
demumq; virtutes nec vtiles, nec conferentes esse absq; sanitate; *in huius*
*gratiam, inter alia, quæ scribere proposuimus, de Alimentis penè omnibus,*
*Vrbanis accommodatis, nec non de simplicibus quibusdam, ratione totius,*
*ac partium per capita differemus.*

*Insinuatur cognitio eorum omnium, quæ homini prosunt in genere, & specie, Rerum scilicet non naturalium, quæ vocantur à Medicis & primùm aeris bonitatis, atq; malitiæ, in toto anni tempore, ac partibus; & Ab vtroq; aëre ostenditur, pendere quamcumq; bonam, vel malam cum animi, tum corporis valetudinem.* Cap. I.

A

COGNITIO sui ipsius, ratione corporis, & eorum, quæ sunt in corpore, nec non morborum, qui ex repletione dependent, quemadmodum polliciti sumus, ab vnoquoq; Vrbanorum, vt possit quàm facillimè haberi, superiori sectione monstrauimus: Cognitio vt modo haberi possit eorum quæ prosunt, & obsunt in genere, & specie, in præsenti demonstrare nitemur; cum igitur ea, quæ prosunt, & obsunt ad sex redacta sint capita, sub quibus res nonnaturales à Medicis vocatæ collocantur, sintq; aer; cibus, & potus; somnus, & vigilia; motus & quies; inanitio, & repletio; & animi accidentia, de his in Vrbanorum gratiam agere determinauimus.

B

*Auctoris institutum in secunda sectione.*

*Interest enim*, dicebat Celsus, *an fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit, an cibi viniq; abundantia, an intemperantia libidinis, &c.* Itaut præcipuę tuendæ valetudinis ratio cum pendeat à cognitione rerum non naturalium, ab aëre, præsentis tractationis desumemus exordium. Prodest ergo sanitati aer quàm maximè defœcatus, & purus, temperatus, serenus, lucidus, prauisq; non olens: Quatenus enim quicunq; aëre magis vel minus puro fruetur, eatenus magis, vel minus culpata valetudine quoq; fruetur, diutiusq; adhuc, vel minus viuet. Hanc veritatem cognoscens Hippocrates. *Mortalibus*, inquit, *vitæ atq; morborum ægrotis solus aër auctor existit; tantaq; eius est necessitas, vt si omnibus alijs interdicatur, homo, neq; cibum sumat, neq; potum, valeat tamen diebus duobus, tribus, vel pluribus durare, si verò spiritus, & aëris in corpus viæ intercipiantur, in breui parte vnius diei intereat.* Magna itaq; aëris habenda est ratio; eligendusq; per Hippocratem optimus, qui præter vitam longeuam, vt membris, motum, ita sapientiam præstat. Hic autem optimus est, qui ex Galeno, nullum habet excessum, cuius inditium, aiebat primo de morbis vulgaribus. *Si immoderatius, non calescat, non frigescat, non humescat, aut siccescat*, & proinde in primis qualitatibus

C

*Tuendæ valetudinis, ratio vnde dependeat.*

*Aër bonæ valetudini accõmodatus.*

D

*Sapientia ab aëre bono.*

E qualitatibus aër sit temperatus; in secundis lucidus, purus, atq; sincerus, qualis vernus, qui propterea Celso, atq; Hippocrate auctoribus saluberrimus; deinde Hyemalis; periculosus cum sit æstiuus, deterior autumnalis. Quibus eisdem nominibus saluberrimi quoq; sunt dies sereni, & meliores pluuij, quàm nebulosi; aquilonares item, quàm austrini; aër adhuc vbiq; à ventis, ijsq; meridionalibus difflatus, qui liber est, ac tenuis, bonus quoq; aër, si vaporibus non sit permixtus, qui citò ad solis refrigeratur recessum, quiq; per aduentum calescit; collustrat enim sol spiritus, sanguinemq; attenuat, calefacit corpus, dissoluit, defœcat spiritus, acuitq; ingenium: Argumentum bo- F nitatis aëris est, si animantia degant in eo copiosiora, in primisq; aues, homines ad senectutem perueniant, ingenia vigeant, & omnia sint bona, mores, amicitiæ, consuetudines, & alimenta, quæ homini sunt necessaria; vnde factum, rectè nonnullos animaduertisse, Humanæ vitæ auctorem aëris esse bonitatem, eiusdem verò malitiam, seminarium extare morborum; id quòd perspiciens Celsus, *Valetudinem*, dixit, *certiorem esse in bono tempestatum gradu, atq; natura*: Ceterùm prauus, & malus aër dignoscitur ex oppositis, quum scilicet fuerit intemperatus, turbidus, obscurus, malè olens, depressus, nec vndiq; conspicuus, vel si hic ipse, à ventis marinis agitatus, in fine præsertim æsta- G tis, & principio autumni; Eiusdem generis aër quoq; est à profundis spirans cauernis, à corporibus insepultis, specubus, vel antris, aut à regione consimili, in qua putredo vigeat, vel si à sole percussa; Illicq; omnium pessimus, qui facis euariat; quiq; vt auctor est Galenus, immoderatiùs excedit in primis qualitatibus; hic enim, vt ipse notat, corporum symetriam, in qua sanitas collocata est, confundit, atq; perturbat. *Si namq; calidior sit, in partem trahit extrinsecam; si frigidior, obstruit; si humidior grauat, vbi siccior, exhaurit*. Ad hæc aër calidior corpora languidiora facit, ac vitæ breuitatem inducit; propterea quod calorem innatum, & influentem resoluit, cordi, in- H commodat, calidioribus efficit temperamentis, & morbis nocet calidioribus: Frigidior obest cerebro, dentibus, ossibus, neruis, vulneribus, temperamentis frigidioribus, & morbis similibus, claudit etiam poros, & fluxiones ad partes interiores proritat: Humidior pedum, atq; crurum vlceribus aduersatur, putredinem auget, corporaq; facit obnoxia destillationibus; vnde *Siccitates imbribus* aiebat Hippo. *omnino sunt salubriores; & frigidus* vt dicebat Auicennas, *est magis conueniens sanis, quàm calidus, vbi non excedat*: Siccior verò etsi opposita moliatur ab humido,

Boni aeris cōditiones.
Dies sereni saluberrimi.
Solis in aërem.
Argumentū bonitatis aëris.
Vitæ auctor & exitiū aër. Lib. 2.
Praui aeris ignotio.
Aetius 2. Terr. ser. 1. cap. 49. Paulus Aegin. lib. 2.
Aer pessimus 1. de Morb. vulg. com. 3. Hippoc. 4. Aphor. 5.
Aeris calidioris noxa.
Frigidioris.
Humidioris
Siccioris.

humido, vitæ attamen efficit breuitatem. Quæ cum ita sint, bonam quicumq; sui ipsius valetudinem conseruare voluerit, aeris noscat in primis oportet bonitatem, atq; malitiam; quæ sanè non tantùm, ex dictis cognoscitur, verùm etiam ex dicendis, à paucis. Bonus ergo aer, & purus, vt omni ætati temperamento, sanis, & ægris proportionatus, atq; vtilis est; ita malus, & impurus his ipsis incommodus, & inutilis; In aere bono complures sanantur, in prauo sani quum ægrotent, moriuntur: Cumque tempora euariant, tunc valetudinis ratio maior habenda; nec quidquam est, quod ad aeris faciat magis bonitatem, quàm sol, de quo Maro. A

Cognitio bonitatis aeris.

Ratio valetudinis quando maior habenda.

*Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras.* B

Malus aer aduersatur in operibus bono, inæqualis in primis est, velut autumnalis, de quo Nason.

Aeris mali dignotio.

*Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,*
*Perq; hyemes, perq; æstus, & inæquales autumnos.*

Atq; hinc factum est, vt magnus vbiq; semper Hippocrates, litterarum monumentis mandarit, *Mutationes potissimum temporum morbos parere, & in temporibus magnas mutationes aut frigoris aut caloris, et alia pro ratione eodem modo*: Hineq; iterum legimus apud Plutarchum, Iulium Cæsarem continuo laborasse capitis dolore, ob calidiorem, & humidiorem Romani aeris intemperiem, quæ ad fluxiones est plurimùm accommodata; Et hine obseruauimus apud Liuium, eundem, ex verna aeris intemperie oculorum morbis fuisse tentatum. Aeris ergo magnus quicumq; excessus, atq; mutatio, vel homines facit valetudinarios, vel morbos producit, prout à Nasone didicimus; C

3. Aphor. 1

Quando fiat morbi

Romani aeris temperies

*Cum modò frigoribus premimur, modò soluimur æstu,*
*Aere non certo corpora languor habet.*

Aeris mutatio morbos parit

Aeris bonitas, atq; clementia, vt ad hanc reuertamur, tanta est, vt ob aeris temperiem Asiani existãt clementiores, humaniores, maiores, & effœminatiores; Europęi verò propter inconstantiã, in corpore, & moribus plurimũ differentes; quid? quod? ad particulares vt magis accedamus, inter Italiæ populos, auctore Philalethe Polycopiensi, Florentini philosophiam diligũt, quæ principes rerum causas pertractat. Calabri literas græcas; Neapolitani Etruscas; Lucenses diuinas; Veronenses politiores; Vicentini moralem philosophiam, Bononienses artes mathematicas; Veneti Musicam; Ferrarienses, Patauini, & Salernitani Medicinam, Senenses Dialecticorum argutias; Perusini ius Pontificium; Mantuani litteras hebræorum; Papienses sophistarum nugas; De litteris hæc habuit Philalethes, de Mercatura, quæ sequuntur. Florentini D

Hominum mores vnde

Lib 1 Quæstion

Literarum amici

Mercaturæ amici

F rentini callidi, & cupidi rerum; Lucenses fideles; Genuenses audacissimi, & lucri causa laborum toleratissimi; Veneti presenti pecunia emunt,& distrahunt; Mediolanenses vitium rei venden tes liberè dicunt,fidemq; ad mortem vsq; conseruant: De bello autem hæc protulit;In bello Perusini strenui, rapaces Piceni;præcipites Calabri; fortes, sed inconsulti Æmiliani; Stratagemata norunt Spoletani; crudeles Ferrarienses, & Placentini; Felices Senenses; truces Romani; animosi Bononienses, sed ducibus parùm obedientes; Genuenses strenui maritimis in bellis,terrestribus languidæ pecudes; Neapolitani strenuè hostem aggrediuntur; resistunt Fauentini, desteri Pistorienses; clypeo acres Belli studiosi

F Laudenses, Patauini, & Veronenses optimi equites, Papienses vix fugiunt, Vicentini victè ad vendicandum accenduntur; Veneti optimi in classibus; Bononienses excellentes in extruendis vallibus aggeribus, & cuniculis; Bergomates in dolis, & crudelibus; Pisentes, & reliqui Ethruriæ stupratores, & crudeles; Florentini optimi exploratores; in instrumentis præstent Venetorum pecuniæ; puluis pyrius Ferrariensium; Galeæ Mediolanensium; equi Neapolitani; Currus Placentini, Clypei Parmenses,tentoria Cremonensium;Enses Taruisinorum; Lanceę Papien ses; calcaria Viterbiensium; & Pistorienses pugiones. Hęc ille, quæ relata sunt etiam ab Antonio Zara Episcopo Petinensi: Mores diuersorum in bello.

In Annot.Ingen. sec. 1. membro 10.

G Verùm quid nostris de Fabrianensibus? Absit iactantia, vniuersa artium genera Fabriani coluntur, & excoluntur, litteræ vigent Philosophicas Legales,Pontificiæ,Theologales, Medicæ, & Poeticas multas, vt omittam,quando Baccho etiam auctore, vt liberè dicam,penè omnes carmina dicant; Militia verò, quæ Fabriani fit; quæ Mercatura, ij testantur, qui aduenæ cum sint, numerosiorem efficiunt populum, ac Ciuitas quæcumquè alia, sub Pontificia potestate constituta; sed reuerramur ad lineam, hæc paulum extra. Quod ab aeris natura dependeant mores; & vires ingenij Horatius paucioribus dixit. Fabrianensium mores. Mores, & vires ingenij, vt ab aere.

*Bœtum crasso iurares aëre natum.*

H argumento sint nobis Athenienses, qui propterea fuère sapientissimi, quoniam vnus aer peroptimus: Facere non possum, quin Lucanum adducam, ab aere noscentem animi mores, & propensiones. Ex Mercuriali: Lib. 1. belli. Ciuilis.

*Quid quid ab Eois tractus, mundiq; teporem*
*Labitur, emollit gentes clementia Cæli,*
*Omnis in Arctois populus quicumq; pruinis*
*Nascitur, indomitus belli est, & mortis amator.*

Neq;

Bona valetudo, & mala ab aere.

Neq; verendum est, ab aere noscendam bonam, vel malam cum animi tum corporis valetudinem; de qua loquutus Hippocrates sapientissimè dixit. *Vere quidem, & prima aestate pueros, & qui hos sequuntur ætate optimè degere, & sanos maximè esse. Aestate verò, & Autumno vsque ad aliquid senes; Reliquum Autumni, & Hyeme eos, qui mediam habent ætatem.* De illa Poeta noster, hæc ad rem habuit. A

3. Aphor. 38

Virg. 1. Georgic.

*Verùm vbi tempestas, & cæli mobilis humor*
*Mutauêre vias, & Iuppiter humidus Austris*
*Densat, erant quæ rara mundi, & quæ tarda relaxat,*
*Vertuntur species animorum, & pectore motus*
*Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat*
*Concipiunt.* B

verùm ad alia, & huius generis clariora.

*Bonitatis, & malitiæ aëris cognitio, ex ventis, & eorum natura. Quiq; aër, pro bona tuenda valetudine omnibus accommodatus, & de bonitate, & malitia aeris, ex ijs, quæ terra nascuntur, iterum.* *Cap. II.*

Aeris natura vnde noscenda.

FACILIOR adhuc, bonitatis, & malitiæ aëris, vt habeatur dignotio, meminisse oportet, veluti prædiximus, & Solem, & Lunam, addo in presenti & ventos, magnam habere vim ad illius commõstrandam naturam. Solis enim pręsentia, quemadmodum aerem efficit meliorem, sic absentia prauum; id quod scientes bonæ sibi comparandæ valetudinis studiosi, aerem à Sole intactum vetabant, & Marcus Aurelius Imperator, diei pensum certis horis propterea partiebatur; mane siquidem, nonnisi orto sole deambulabat, meridie verò in Capitolio quiescebat. Et Augustus Cæsar natura languidus, & valetudinarius, è domo non progrediebatur, nisi priùs aerem sol illustrasset; quod præceptum fuit illius etiam Alexandri Petronij, qui de Victu Romanorum conscripsit. Quò ad Lunam, hanc vnà cum sole peragere cum indubitatum sit, eius radios effugere cũ nequeamus, vt noxios, Ventos emanantes à luna cum sole congrediente obseruare, atq; dignoscere debemus; hi siquidem facultatem habent aerem ad bonitatem, atq; malitiam immutandi, non sunt enim sibi persimiles, vnusq; Auster in primis vitandus, tanquam ægritudinum præcipuus auctor existat; Duo namq; sunt venti, qui aerem præcipuè alterant C D

Solis præsentia quid agat in aere.

Aeris Romani malitia qua in loco vigeat.

Ventorum vis in aerem

Venti aerem alterantes.

E rant, Auster, & Aquilo, seu Boreas, qui ventus est vehemens à Septentrione spirans, cuius duo sunt filij, Zetes, & Calais, quę nomina ficta sunt, καλάις enim velut καλῶς ἄων significat, idest bellè, & iucundè spirans; ζήτης, quasi ζαήτης, idest ἄγαν ἄων, valde, seu nimium spirans qui veluti noxius aliqua ex parte est humano corpori, velut prædiximus, ita vtilis expurgando aeri, quemadmodum alter salubris, accedítq; ad Zephiri naturam in quibusdam; nam Zephiri spirans aura alia quidem gignit, alia concoquit; Et Ethesiæ inter omnes ventos laudatissimi sunt, Venti nimirum spirantes, æstiua anni tempestate, quacumq; qua Syrius arder. Sed vt paucis dicamus multa, Ventos Cardinales in primis dignoscere debent Vrbani, de quibus ita philosophicus noster Poeta Nason. — Venti duo Boreæ filij, & qui. — Boreæ utilitas. — Zephiri natura. — Etesiae uenti, qui, & quales. — Venti Cardinales quot, & qui.

*Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna recessit,*
*Persidaq; & radijs iuga subdita matutinis,*
*Vesper in occiduo, quæ littora Sole tepescunt,*
*Proxima sunt Zephiro: Scythiam, septemq; Trionem*
*Horrifer inuasit Boreas: contraria tellus*
*Nubibus assiduis, pluuioq; madescit ab Austro.*

Verùm specificè adhuc magis, de viribus omnium, & intermediorum, Subsolanus, qui à nascente sole egreditur, calidus, & siccus est, & à Ptolomeo sanguineus appellatus. Fauonius à solis perflans occasu æquinoctiali, Aprili mense potissimum viget, ac tepidus, & humidus est, à Plinio Spiritus genitalis vocatus. Notus à Meridie spirans calidus, & humidus. Aparctias à media nocte furens frigidus & siccus est, saluberrimus. Intermedij verò has habent vires. Borrhapeliotes, qui inter Orientem, & Occidentem oram, per Græciæ meditullium permeat, frigidam, & siccam habet naturam. Notapeliotes, qui per Siriæ medium transit, & ortum, ac meridiem æquè interiacet, calidam, humidamq; sortitur temperiem: Notolibicus, qui inter occasum, & meridiem perflat, perq; Libiam remigat humidę naturæ existit. Borrholybicus, qui æquali distantia inter Septentrionem, occasumq; cubat, maxima viget humiditate. — Venti subsolani uires. — Fauonij. — Noti. — Aparctias — Borrhapeliotes — Notapeliotes — Notolibici — Borrholibici

Horum præcipuè ventorum noscenda natura, præter quos, licet alios esse non ignotemus, ad vnius tamen, aut alterius ex dictis reducuntur temperiem. Et propterea magna diligentia incedere debent Vrbani, vt integra, ratione aeris, alterati plurimùm à ventis fruantur valetudine, quare ad specifica magis vt deueniamus, Aer optimus eligendus à singulis, temperatus, pro temperatis, intemperatus pro intemperatis, oppositus tamen — Quorum uentorũ noscenda natura — Aer optimus pro singulis quis

men; calidior nimirum aer opportunus erit, pro frigidis frigidior, pro calidis, temperamento, & morbis; humidior pro siccis, & siccior pro humidis; ea vel stante lege, quâ sancitum ex Hippocrate, & vniuersa medicina, *Contraria contrariorum optima esse præsidia; veluti enim similia similibus conseruantur, ita contraria contrarijs curantur*. Hac tamen in re minimè ignorandum, excedentem quoq; aerem in vna, vel altera primarum qualitatum, pro tuenda Vrbanorum virorum vsum habere valetudine; Frigidus namq; seu frigidior robusta, pertinacia, longæuumq; alit corpora, & calidos adiuuat morbos; quod sciens Auerroës, *Aër*, dicebat, *quando est contrarius morbo, est bonū infirmo, & gaudium medico, & contra*. Quando etiam aer similis est bona fruenti valetudine gaudium est medico, & bene valenti: Aer calidior amicus est cerebro (loquimur de excedente in vna qualitate) dentibus, ossibus, neruis, spinali medullæ ossium fracturis, capitis vulneribus, pudendis, vtero, vesicæ, & ijs, qui læduntur à frigore: Humidus aer siccioribus cōducit, morbis calidis, & siccis, hominesq; reddit humaniores: Siccus demum humidioribus confert, pulmonis vlceribus, & sanitati, protrahendæ in humidioribus opitulatur; quamobrem ab Hippocrate benè prædictum, *Aetatum alias benè sese habere ad hyemem, alias ad æstatem; Puerilis etenim, quæ temperata est ob similitudinem, quam habet cum vere, quod temperatum benè se habet Vere: Aliæ verò ætates vt intemperatæ benè se habent in opposita temporis natura; Iuuenilis hyeme, quæ iuuenum temperat caliditatem, & siccitatem; Senilis æstate, quæ tēperat frigiditatem, & humiditatem, Decrepita in vere, quod frigiditatem attemperat, & siccitatem*. Vt autem vel ignari aëris bonitatem, atq; malitiam dignoscant, præter ea, quæ diximus, vegetabilia, seu plantarum quoq; copia, & qualitas aeris ostendunt naturam, congruam sanitati, aut incongruam; Syluæ quæ vrbes ambiunt oppida, rura, pagos, & domos aerem vitiant, & corrumpunt, veluti species etiam vegetabilium, quæ breuiori existunt pediculo; Ad bonitatem itaq; faciunt ex Plinio, quæ procero, & longiore sunt stipite; inter quas vbi mori non frondent, neq; vigent, aeris malitiæ denotant argumentum; ex aeris bonitate.

*Principio genus herbarum, viridemq; nitorem*
*Terra dedit circum colles, camposq; per omnes*
*Florida fulsērunt viridanti prata nitore*
*Arboribus datum est varijs exinde per auras*
*Crescendi magnum immissis certamen habenis.*

Liber de Flatibus.

Aer intemperatus quibus vtilis.

lib. 7. Col. cap. 2.

Aer calidior quibus vtilis.

humidior.

Siccior.

Aer vnicuiq; ætati vtilis.

Vegetabilia vt aerem demonstrat bonum, vel malum.

Bonitatis aeris quid peperit.

A B C D

Ad

E Adeo vt non solùm, ex ijs, quæ hactenus dicta sunt, bonitas, & malitia ipsius aeris innotescit, verùm ex terra nascentibus; quid! ex ipsomet cælo, seu sideribus, de quibus ille

*Ergo age iam mecum semper sese æthera circum*
*Voluentem, superumq; domos, ardentiaq; astra*
*Contemplare, animumq; agitatus per cuncta require;*
*Quid status illorum fuerit, quæ signa dedère*
*Sidera, quid nostris cælum portendat in annis.*

Hier. Fracastor.

Cęterùm, quia horum cognitio vlteriorem requirit indaginem, satis est si ab effectu noscat Vrbanus, quæ de aëris natura, quam inter omnes attendunt, hucusq; animaduertimus, illud cum F Hippo. suasit, latère in morbis tam factis, quàm fiendis, quid diuinum, hoc autem plerumq; ab aëre quod diuina indiget ope.

Aëris natura ab effectu di gnoscenda. Lib. 1. Prognostic.

*Alimentorum bonitas, atq; malitia, variaq; natura nutriendo corpori accommodata, vt ab Vrbanis noscenda: Quæ propriè alimenta dicantur; quæ minus propriè, & medicamentosa: Quid vnum, & alterum; Quæ bonum gignant sanguinem, quæ prauum; Quæ multum nutriant, quæ parum; quæ facilè digerantur, quæ minus; & quæ impinguent, & quæ macrefaciant.* Cap. III.

G INTER ea, quæ ad tuendam Vrbanorum valetudinem, spectant, princeps ab aëre cum locus existat alimentorum, de his dignoscendis, penès bonitatem atq; malitiam solliciti esse debebunt in primis. Noscant itaq; ex Galeno oportet, quæ nutriunt à tota substantia, bonæ conseruandæ valetudini fore conuenientia; ita vt quæ alimentosa sunt magis, quàm medicamentosa optima sunt futura: Curabo, vt me omnes intelligant; ea propriè alimenta dicuntur, quæ patiuntur à corpore; illa verò medicaměta, quæ agunt in corpus; alimentaq; H medicamětosa sunt, quæ magis agunt, quàm patiuntur in corpus; cŏtra verò alimentosa sunt, quæ patiuntur magis, quàm agũt, hoc est faciliùs alterantur, quàm alterant. Prioris generis sunt, hoc est alimentorũ, quæ temperata sunt, & in quibus nullus reperitur excessus cŏponentium elementorũ salsedinis, amaritudinis, acuitatis, insipiditatis &c. at dulcem pręseferunt saporẽ; hæc enim nutriunt, dicẽte Auicen. *Quod abest à dulcedine non nutrire.* alterius verò sunt generis, quę intěperata sunt, & in quibus excessus reperitur dictorũ. Sed enim Vrbanos edocens Hipp. vt præcognoscere debeant

Lib. 5. de simp. medic. facult.

Alimenta cõgrua tuendę valetud.

Alimẽta quę propriè sint.

Alimẽta medicamentosa quæ.

debeant boni, vel mali succi cibos, quiuè vsui quotidiano sunt apti, quiq; inepti. *Quacumq;* inquit, *nec flatum faciunt, nec tamen, morsum, neq; repletionem, nec per aluum secedunt, & per omnem diem in ventrem ingesta, minimè molesta sunt, etiam si diu ante fuerint minus ingesta, ea vtilia sunt, à corpore enim immutantur talia, & ad sanitatem optima sunt, quæ modicè ingesta sufficiunt, vt & fames, & sitis sint medela, & plurimo tempore corpus ipsa suscipit, & pro ratione secedant.* Hæc omnia Hippo. post quem auctor quidam Aristotelis nomine, scribens ad Alexandrum, & proponens inditia optimi alimenti, appetentem proponit saporem, aromaticumq; odorem. Marsilius Ficinus, loquens de cibo salubri, *Salubris*, inquit, *est, qui modicam, & temperatam habet aromaticitatem, & ori sapidè gratus est.* Quibus clariùs loquutus Ioannes Valuerdus, edocens cognoscere bonum, malumq; cibum, hæc habet ad rem. *In genere salubrem cibum facillimè his dignosces inditijs, si ori gratus sit, si ex quotidiè consuetis præcipuè, si per quatuor, aut quinq; per horas in ventrem ingestus nihil prorsus corpus immutat, violentum aliquid inferens; siq; nullius qualitatis excedentis sit particeps.* Verùm quia generica hæc nobis pro Vrbanis videtur doctrina, specificam aggredientes, monemus cum Hippoc. primùm, *Illum bonum pro singulis esse cibum, qui licèt ex sui natura paulùm sit deterior, quum tamen suauior, meliori præfertur;* id quod & de potu dicendum; itaut pro Tuenda valetudine, nō alimentorum ex sui natura tantùm faciendus est delectus, sed commedentis etiam anteferendus est gustus: Veritati consentaneum quidem est, quòd cibus, & potus quò melior per se existit, absq; comparatione ad hominem, eò salubrior, & quò deterior, eò molestior, At à veritate minus recedit, Ad hominem, quò cibus, & potus est gratior, atq; voluptuosior, eò quoq; melior; & ob id alijs præponendus: Gratia autem, & voluptas prouenit à natura plurimùm cupiente, ob inopiam, & indigentiam (neq; hanc comprobamus) aut à consuetudine, ex qua suauitatem commendamus, Hippocrate vel auctore, dicente. *Facilè ferunt cibos, quibus consueti fuerint, etiam si natura non sint boni similiter etiam potus; ægrè autem ferunt cibos, quibus adsueti non sunt, quamquam mali non sunt.* Prioris ergo generis alimenta hæc sunt. Alterius, nempe intemperata, & praua ita noscuntur, & ab excessu saporis.

[Margin notes: Alimenta optima quæ. — Lib. 2. de sanitate Tuenda cap. 9. — Lib. 1. de Trip. vita. Lib. de Animi, & corp. sanit. tuenda. — 2. Aphor. — Obseruatio in assumendis alimentis — Cibus qualis eligendus. — Lib. de Vict. in Acut.]

[Right margin letters: A, B, C, D]

E

## *ALIMENTORVM NATVRA, VT PER SAPOREM DIGNOscatur cum eorum viribus, & facultatibus.*

**SAPOR cum sit duplex.**

- **Simplex**
  - ACVTVS calefacit, impellit, irritat, attrahit, resoluit.
  - ACETOSVS incidit, separat, subtiliat, aperit, mundificat.
  - AMARVS aperit, mundificat, abstergit, incidit.
  - F STIPTICVS aggrauat, consolidat, impellit, incrassat.
  - SALSVS proritat, irritat, attenuat, aggrauat, exiccat.
  - DVLCIS temperat, mollificat, maturat, lenit, patitur.
  - VNCTVOSVS idem ferè præstat, quod dulcis, relaxatq;
- G
  - AMARVS, SVBTILIS, TERREVS, ACVTVS, SALSVS: Caliditatem indicat et maximè agit in corpus alimentum, hunc nactum saporem.
- **Compatiens.**
  - STIPTICVS, ACETOSVS, ACERBVS: Frigiditatem cum siccitate ostendit, agitq; satis in corpus alimentum, quod ita sapit.
- H
  - ACETOSVS: Solus indicat frigiditatem subtilem agitq; in corpus.
  - DVLCIS: Solus temperiem demonstrat, & patitur.

Videant studiosi abundantioris doctrinæ gratia Cornelium Celsum lib. de re medica cap. 18. & Oribasium lib. 1. Eupotristeon; interim sciant, pro tuenda valetudine alimenta competere, quę laudatum, probumq; gignunt sanguinem complectentem humores, bilem, pituitam, humorem melancholicum, quatuor & sanguinem ipsum, ac proinde vniuersam sanguineam

guineam massam, in qua tota collocata est sanitas; & quoniam optimus gignitur sanguis ex temperatis, in genere, vt hæc noscenda cum pateat ad speciem accedamus, ergo per summa capita, vt res innotescat.

*BONVM GIGNVNT SANGVInem vel humores.*

*Panis bene mundus, & fermentatus*
*Vinum odoratum, subtile maturum*
*Caro Vitulina, Verruccina, Ordina*
*Pullorum gallinaceorum paruorum,*
*suilla mediæ ætatis, Gallinarum*
*Caporum, Phasianorum, Starnarum*
*Perdicis, auium montanarum.*
*Pisces pelagij, squammosi, petrosi fluuiales, friabiles omnes.*
*Caprarum lac, simila, ptissana*
*Vua passa, Risum bene coctum*
*Auellanæ, Iucubæ, Persica, Vuæ*
*Ficus, Borago, Fistici, Dactili*
*Lupulus, & alia pauciora, quæ temperiem attestantur.*

*PRAVVM GIGNVNT SANguinem vel humores.*

*Panis cuiuscumq; alterius seminis*
*Vina praua turbida crassa immatura*
*Caro Vrsina, pinguis Bubula, Caprina, Porcellorum, Ceruina, Pecorina, Vaccina, Leporina non admodum praua.*
*Carnes omnium magnorum, quadrupedum, salitæ, atq; recentes,*
*Eorũdem medulla, cerebra, intestina.*
*Pisces paludres aquarũ immobilium, saliti, molles Anguillæ, Ranæ, Tincæ Ferrarienses quasi omnes pisces.*
*Allia, Cæpæ, Porri, Eruca, Brassica, Rapa, Synapis, cucumeres, poma immatura fructus penè omnes.*
*Tubera Legumina.*

---

*CIBI MVLTVM NVTRIENtes, & commorantes in ventre.*

*Panis benè artificiatus, & coctus*
*Vinum dulce, grassum mulsa*
*Caro Porcina, Bouina Anatris*
*Gruis, Pauonis, Columbi Anseris*
*Intestina, carnes dignores*
*Medulla, Pisces lacustres, vt Luccius*
*Cicera Dactili carica siccæ.*
*Vua, Castaneæ, Fabæ, Pinguedines*
*Caseus antiquus.*
*Hæc alimenta diutius manent in stomacho, tum quia benè commixta sunt ex elementis vnde accedunt ad temperiem, tum quia multum habent succum sed quoniam paululum densiorem habent substantiam, hinc*

*CIBI PARVM NVTRIENTES & facilè descendentes à ventre.*

*Panis furfuraceus, e panico, milio,*
*Triticum album, hordeum, milium, aut Panicum iure decocta.*
*Atriplex, Beta, Brassica parum cocta,*
*Lactuca, Cucurbita, Spinacchia,*
*Olera esui accommodata, Pruna,*
*Pepones, Persica, Ficus recentes, dulciores, maturæ, Malagranata dulcia, Oliuæ maturæ, Pulmones animalium, Gallinarum, atq; Pullorum crista. Hæc alimenta parùm nutrientia sunt, quia eorum succus est paruus, & rarus, facilè exhalabilis aquus, excedentesq; habet qualitates, accommodataq; sunt*

ventri-

E *difficiliùs concoquuntur, quamobrem stomacho valentiori accomodata, imbecilliori inepta, vel minus apta.* *ventriculo imbecilliori, & ijs, qui strictiore sunt aluo, & si non boni existāt succi, prauosq; potiùs gignant humores, & propterea in minori quantitate saltem vsurpanda.*

**CIBI, QVI FACILE Digeruntur.**

*Atriplex, Borago, Amigdalæ dulces, Cerasa, lactuca, caro Vitulina, Oedina, & carnes omnes, quæ diu-* F *tiùs à mactatione, sub dio macerantur, ficus recentes, vua matura; Pisces saxatiles friabiles Olera cocta, pruna, Pepones &c. hæc enim facilè à ventriculo coquuntur, quoniam nullam habent visciditatem, aut soliditatem substantiæ, quæ calori coquenti resistat, verùm huic ipsi obedit; Quare inter Vrbanos, vbi quis fuerit vētriculo imbecilliore, debet eligere,* G *quæ melioris sunt succi, veluti carnes maceratæ, nequaquam animantium nuper mactatorum, & pisces friabiles, & lutea ouorum, reliquis parciùs vtatur.*

**CIBI, QVI DIFFICILE digeruntur.**

*Panis benè salitus. coctus, durus, & azimus, hoc est sine fermento: Faba, Cicera, Legumina, Pastitia, Amilum, Amigdalæ cum cortice, illoq; virenti, Citrium malum, Castaneæ, Auellanæ, Glandes, Iuiubæ, Coriandrum, Raphanus, Pruna alba densiora. Pyra immatura, Caro Ceruina, Vrsina, Anatis, Anseris. Leonina, Pauonis. Porcina, Gruis, Turturis, Volatilium oua, pedes, lingua, labia, extremitates Quadrupedum, Oculi, Oliuæ, Vinum antiquum. asperum, adstringes, acerbum, quale vt plurimùm Ferrariense, durum, austerum, Poma cytonia &c. quæ difficilè digeruntur, quoniam, vel magnam habent visciditatem, vel terrestreitatem, vel soliditatem, quā calor obtunditur, ita vt facilè superare non possit.*

**CIBI IMPINGVANTES**

*Panis triticeus benè fermentatus, Ri-* H *sum bonis iusculis percoctum, Caro Vrsina, Agnigna, Cerebella, Porcina quoq; caro, & oua sorbilia, Vuæ, Ficus, Persica mellica. Lac decoctū, recens, non antiquum.*

*Vinum dulce crassiusculum, quæ omnia vim habere dicūtur impinguādi, quoniam generant sanguinem multum crassum, & inhærentem mem-*

**CIBI MACREFACIENTES.**

*Panis benè salitus, & coctus Caro quæcumq; salita, vel pisces. Caro Ouina, Petrosellinum, Carui Appium, Anethum, Ruta, Piper, Allia, Coepæ, acria omnia. salsa, amara, olera, Acetum Vinum vetus &c. quæ macrefacientia sunt, tum quia paucū gignunt sanguinē, tum quia acutum, salsum subtilem, ineptum inhæsioni, & facilè resolubilem;*

*membranis quàm facillimè, ex quarum frigiditate sanguis iste concrescit, albescit, ac transit in adipem, quum sit difficilè resolubilis. bilem; Qui itaq; Vrbanus voluerit corpus extenuare, & macrefacere istis vtatur, qui verò impinguare illis, verùm de potu iam.* A

*Aquarum bonitas, & malitia, pro tuenda Vrbanorum valetudine, vt dignoscenda, & quomodo eorumdem bona valetudo faciliùs conseruetur, per moderatum aquarum vsum, quàm vini, præsertim vberioris, de cuius etiam malitia, & bonitate complura, & ad institutum. Cap. IV.* B

QVONIAM ex Hippocrate, rei natura, & euentu, cum obseruatione faciliùs est impleri potu, quàm cibo; in vnoq; potu magis delinquunt Vrbani, quàm ceteri; omissa disceptatione illa Plutarchica, & aliorum, Num aquæ potus vini potui anteferendus, apertissimis verbis asserimus ex consuetudine, maximoperè facere ad bonam corporis, animiq; valetudinem, vinum pro ratione dilutum, & magis quàm indilutum, aut genus qualecumq; liquoris, memini enim me legisse in vini laudem, non aquarum. C

Consuetudo seruãda pro tuenda valetudine.

*Gloria sit Baccho, pereat Thetis, & sua proles,*
*Quæ manet in stomacho rudis, indigestaq; moles.*

Vini laus.
Aquæ noxa.

Bacchus namq; vinum, Thetis aquam repræsentat. Vinum ergo cum diluendum, & aquâ sit diluendum, vt quæ faciat ad penetrationem, faciliorem coctionem, & vehiculum; præterquamquod aqua ex sui natura, Hippocrate vel auctore, edax est. Aquam sciant Vrbani tanti faciendam, quanti eam fecere veteres, vnusq; in primis Aristoteles, & Auerroës; Ille enim prima sectione problematum grauiorem dixit mutationem esse aquarum, quàm aeris, quia corpori scilicet aqua est alimentum, aër autem non, & quia aquarum genera multa, & varia per se sunt, aeris verò non item; idquod animaduertens ipsemet Aristoteles in sequenti problemate, *Ciborum*, scripsit, *mutationem minus grauem esse, quàm aquæ, quoniam plurimum aqua consumimus*; nam in pane, obsonijs, & in potu aquam permiscemus, eiusq; vsus est plurimus D

Aquæ vtilitas pro diluendo vino.

Prob. 13.
Aquarũ mutatio noxia.

E rimus, ante hominem impedit à repletione, præcedentemq; emendat, quid! quod! Celso auctore etiam postea, dicente, *Vbi quis plurimùm fuerit expletus, si paululum ingesserit aqua, & paulo post dormitum vadat, is iuuabitur*; com primit enim ventriculi supernum orificium, coctionemquè iuuat. Quòd si aqua putrescat præassumpta, in bilemq;, aut in acorem vertatur, hæc ipsa loca, per quæ transit, abstergit, & expurgat. Ceterùm salubriùs aquam vino admixtam, quàm ipsamèt aquam compotare, & eò magis, quò consuetudo huiusce temporis attendenda; licèt namq; abstemij diutiùs viuerent, experientia tamen compertum, Bacchum, non alia F de causa vocatum medicum, nisi quia vinum opportunè adhibitum, in qualitate, & quantitate, ac pro ratione dilutum morbos penè omnes curat: Cum igitur diluendum vinum, aqua eligenda, quæ optima, cuiusmodi, quæ facillimè alteratur, non tantùm ad calidum, & à calido, sed à frigore, ad frigidum, quæ præterea modica vini quantitate suscipit alterationem, ita vt in vini transeat naturam, hæc autem aqua optima est, non solùm si vino admisceatur, verùm subinde, si inter vina diluta per se sola bibatur, magis enim innoxium reddit, quod dilutum est, *Proinde*, inquit Plutarchus, *consuefacere nosmet ipsos oportebit, vt extra quoti-* G *dianam victus rationem, duos, terue aqua cyathos addamus, quibus, & vini uis, vigorq; lenior redditur, & corpus assuescit aqua potanda, quò si quando necessitas inciderit, non offendatur insolentia, nouitateq;, neq; renuat, ac recuset.* Sed recto de vsu vini in posterum, optima compotanda est aqua, dignoscendaq; ex loco sui ortus, quæ itaq; manàrit de parte orientali, bona est, ac præsertim æstiua, dulcis, clara, leuis, boni odoris, citò frigescens, & calescens: Aqua etiam bona est, quæ in bono fluitat aëre claro, sereno, qui bonum quoq; per alueum, cuius fons est coneauus, currens per orientis partes, ex locis defluens excelsis, puris, exi- H guisq; saxis refertis; Hæc itaq; aqua primum locum obtinet in bonitate, post quam pluuia, ni malum conceipiat odorem, quem si conceperit, vocis raucitatem, tussimq; inducit: de priori, quę viua dicitur aqua, loquutus Hippocrates, optimæ inquit, aquæ sunt, quæ ex sublimibus locis, ac terreis collibus fluunt, hæ namquè, & dulces sunt, & albæ, & vinum modicum ferræ possunt, & hyeme calidæ fiunt, æstate verò frigidæ: Maximè verò laudare eas oportet, quarum fluxiones ad solis exortus (quod maximè obseruandum) erum-

Aquæ vtilitas à cibo.

Potus homini salubrior.

Bacchus, vt Medicus.

Aqua optima quæ.

Lib. de Tuenda Va.

Dignotio aquæ optimæ.

Aqua viua quæ

Lib. d'Aëre Aquis, & locis.

Aquæ laudatissimę primo loco.

punt, & præterea ad ęstiuos; *necesse enim est odoratas esse, & leues*; de posteriore, quæ pluuialis vocatur loquutus idem: *Aquæ (addit) pluuiales, leuissimæ, & dulcissimæ, & tenuissimæ & splendidissimæ, hæq; bonæ. At malæ omnes sunt palustres, & stabiles, lacustres, quæ ex glacie, & niue destillant: Secundo loco quarum fontes à petris scaturiunt, vel vbi ferrum nascitur, æs aut argentum, aurum, sulfur, alumen, aut bitumen, aut nitrū, hæc enim omnia præ violentia caloris nascuntur; non itaq; ex huiusmodi terra aquæ procedunt bonæ, at duræ, & æstuosæ, quæ & difficulter minguntur, & ad alui egestionem contrariæ sunt: Malæ etiam aquæ sunt, vt plurimùm, quæ è magnis fluminibus bibuntur, & in quæ alia deferuntur* (Exceptis, nos addimus paucis, Nili, Padi, Tiberis, quę defoecatę cum fuerint peroptimæ manent.) *ac de stagno, in quo fluxiones multæ, omnisq; generis, quas agitat ventus, siue boreas, siue auster. qui tamen facit deteriores, quàm boreas; his enim aquis, & limus, & arena semper admiscetur; Neq; bonæ fuerint aquæ, si crudæ, salsæ, ac duræ fuerint, quæ minus adhuc sunt à sole percussæ, quæ ad austrum, & inter æstiuum ortum, & occasum; similiter inuectitiæ, & quæ in tenebris, aut aëre nebuloso consistunt*. Aquas enim illustrat, & castigat sol; Aqua etiam intensæ caliditatis, aut frigiditatis mala est, quæq; fuerit ponderosa, & per loca defluxerit arborea; pessima verò, in qua vermes, tufula, aut alia furuncula immorantur; Neq; adhuc probandę, quæ per canales plumbeos, aut ligneos prælongos, vt Perusina, feruntur; Non probantur etiam, quæ vinum extinguunt, & in quibus parùm degunt, seu viuunt pisces, & animantia, quæ aquis vtuntur; At de vino iam, aquarum naturam prosequuti fuimus in nostro libello, Illustrissimo, atq; Reuerendissimo LVCRETIO PEPVLO, Clarissimi Fabriani Gubernatori, dicato. Vinum igitur si temperatum non solùm aqua, sed sui natura peroptimum. *Vinum, & mel* (aiebat Hippocrates) *temperatissima ad hominis naturam iudicata sunt, si iuxta naturam, & sanis, & debilibus, cum temporis opportunitate, & mediocritate exhibeantur*. Temperatum autem, nobis iudicibus, est, detracto ipsius vigore, alioquin non feret ipsum corpus, sed magis lædit, quàm prodest. Ceterùm vini bonitas, & malitia tota collocata est in viribus, quas dignoscere debet Vrbanus. Quæ igitur alba sunt, calefaciunt calefactione debili, & multò minùs, quàm alia vina, comparatione facta eiusdem soli; scimus, Gallica vina, rubea, rufaquè non ita calida esse, nec fortia, veluti alba, quæ alijs reperiuntur in regionibus, verùm

loqui-

Margin notes: Aquæ laudatissimę primo loco. (A) — Secundo loco. — (B) — Non bonæ. — (C) — Aquæ prauæ quæ. — Liber d'aqua ab auctore factus. — Lib. de Affectibus nu. 31 (D) — Vini bonitas, & malitia vnde.

E loquimur de vinis albis in eadem regione. Vinumq; hoc album minus nutrit, minusq; caput grauat; de cuius natura loquens Hippoc. *Transitus*, inquit, *eius in vessicam, est facilior, quàm cuiuslibet alterius*; cum quo vim etiam aperitiuam habere dignoscitur. Hoc ergo vinum satis laudatum; & quoniam ex colore gaudent vrbani vinum dignoscere, habeant, ex Gal. quemadmodum calefactio ex vino est vehemens, cuius color est rubeus, & clarus, quod magis etiam alijs nutribilius; Grossum verò, & rubeum vinum nutribilius est ceteris, implens corpora citò obnoxia inanitioni, quia constantius dat nutrimentum, ac tardius à membris est resolubile. Hac duplici F vini constituta natura, minimè ignorandum ex Auicenna, ingenium hominis, fortis cerebri magis acui, per vinũ op t mum, & validum, quàm tenue, & aquosũ, ex illo namq; vino spiritus gignuntur subtiles, clari, atq; perspicui, quibus ducibus aiebat Nason.

Gal. 2. Aph. in com. facilius est impleri &c. 3. de Acut.

Vbi supra.

Vinum validum quibus vtile.

——— *Nec non et carmina vino*
*Ingenium faciente canunt.*

nam vt Tibul. *Ille liquor docuit voces inflectere cantu,*
*Mouit & ad certos nescia membra modos.*

Vinum verò quod oppositum isti Nasoniano, atq; Tibulliano, illud est, quo de Auuicennas ita loquutus, *Vinum album, & subtile calefactis est melius non enim capitis affert dolorem, sed for-* G *tassè humectabit, & dolorem capitis alleuiabit, qui ex stomachi prouenit ardore; quare cholericis, sanguineis, siue ex accidenti, siue ex ira, vel mora in sole, studijsis praterea magis conuenit, & etiam habentibus cerebrum imbecille, idq; vel prater naturam, vel ex accidenti. Vina enim alba imbecillia conueniunt calidum habentibus hepar, & stomachum, & habitantibus in regionibus calidis;* Vina etenim rubra, & clara, vt Galenus confirmat, calidiora sunt. *Quod flauum, dicens, id continuò calidum est.* At de sapore modò. Vina dulcia sunt alijs nutribiliora, crassum tamen gignunt sanguinem, ventrem humectant, concoctioni renitent, & sitim excitant. Pontica, siue stiptica stomachum H confortant; ventrem stipant, pectori, & pulmoni, & huius ipsius arterijs obsunt (cum dulcia prosint) intestinis conducunt, ad coctionemq; dura; De dulcibus loquens Auicennas ait, *Operationes dulcis sunt digestio, lenificatio, multiplicatio nutrimenti, Natura diligit ipsum, & virtus attractiua ipsummet trahet.* Tres tamen sunt vini dulcioris noxę, quemadmodum aliorũ alimẽtorum, quę dulcia. Prima est fastidiũ, quia dulcia caliditate, & humiditate sua leniunt, & leuigant orificium ventriculi, & inducunt dispositionem inanitioni, & corrugationi contrariam,

3. primi Doc. 2. c. 1.

Vini dulcis natura.

Pontici.

2. Cant. trac. 1. cap. 3.

Dulcis vini noxæ tres.

quæ famis non exiſtit in cauſa: Secunda eſt velocitas inflamma- A
Dulcia bilioſa. tionis eorum,& conuerſio eorũdem in bilem; dulcia enim omnia bilioſa, ac præcipuè mel; Secundò vinum, quod dulce (vnde fit, vt vinum dulce, Galeno auctore, ſitim inducat) non conferat fe-
Lib. 3. de Acut.com.2. brientibus, neq; cholericis: Tertia noxa obſtructio iecoris, & lienis eſt, cuius gratiâ ſcripſerat Plautus, *Dulcia minus apta lieni*. Sed ego, minus hepati ſcribo, tum quia lien craſsiuſculo delectatur ſanguine, qui ex vino fit dulci, tum quia iecur illud eſt, quod dulcibus cum delectetur, auidiùs attrahit, priusquam concoquatur in ventriculo,& cum fœce attrahit; id quod ſciens
2.Cant.trac. 1.cap. 3. Auicennas. *Omnis*, inquit, *ſubſtantia craſſa, in qua ſapor dulcis dominatur, obſtruit*. Corrigunt,& emendant has noxas vi- B na, quæ acetoſa, vel acidula, propterea quod hæc appetentiam
Vini aciduli natura. excitant, corrugant enim orificium ſtomachi, propter aciditatem; frigiditate prohibent inflammationem; ſubtilitate ſubſtantiæ aperiunt obſtructiones,& vrinam prouocant; Sed enim hæc
Vina pectori amica, & inimica. inimica pectori, cui amica ſunt dulcia, quoniam in tranſitu permeri à dulcibus nil niſi ſubtile ad pectus redundat; & ſanguis ex rebus dulcibus ad pulmonem non penetrat, niſi priùs in hepate purior, in corde ſubtilior fit factus. Ita Gal. apertè ſentire
Lib.3.com.2 de Vic.rat.in Acut. viſus eſt, vbi de dulci tractauit. Ad hæc vinum dulce non inebriat; Rationes quindecim appoſuimus ad vnam Philoſophi, in noſtro vberiori tractatu de Vino dulci; præterea nutrit, in- C
Vini dulcis vtilitas. ſtaurat, impinguat, extenuatiſq; plurimùm accommodatum, ac tabidis; Pituitoſis aluo ſecedit, ad vulnera diuturna eſt vtile, humectat, ſubducit, inflat, ſanguinemq; generat debilem: Si verò dulce ſit vinum, ac tenue (vbi craſſum non facilè mingi-
Dulcis ac tenuis. tur) vrinam prouocat: Si dulce ſit etiam auſterum, & mellei coloris, atq; vetuſtum ventrem ſubducit, vrinam ciet, ac nutrit: Vinum ſubtile odoratum,& album, ſaporis iucundi, & medioeris coloris ſpiritus, virtutemq; reſtaurat; Ponticum, craſſum, rubrũ,
Pontici natura. vel nigrum facit ad ventriculi,& viſcerum retentricis facultatis corroborationem, ventremq; cohercet: Subtile medioeris ſub-
Subtilis. ſtantiæ, coloris, odoris,& ſaporis iucundi, boniq; roboris coctio- D
Stiptici. nem adiuuat, præcipuè ſi quid habeat ſtipticitatis. Stipticum abſcindit omnes euacuationes, Auſterum ex Gal. exercitiones
3. de Acut. com.8. omnes cohibet, vnde nocet corporibus, quibus per vrinam expurgari opus eſt, lædit omnia ſuperiora, inferioribus licet condu-
Auſteri. cat, remouetur ſtipticitas, ſi paululum aquæ injiciatur; verùm de diluto impoſterum.

Vini

E

*Vini diluti, & indiluti noxa, & vtilitas, quæ multiplex, ex Auicenna, & qualis; de Cella vinaria pauciora; Vinorum mifcela perniciofa; Vina vrbanioribus accommodata quæ, vt fieri debeant, & de vino quædam morali, cur ita vocatum, & à quibus. Cap.V.*

BACCHVS, illeq; feuerus, vt gaudeat Nymphis, ac Lymphis, aliàs in noftris Problematibus, de Re vinaria, eorum, quæ fpectant ad vinum, vini potum, fitim, & vinolentiam, definiuimus; monftrantes, indefinitas effe Bacchi nutrices, hoc eft indefinitum effe diluendi modum, quia fcilicet, vel ratione vini, vel ratione bibentis, vel anni temporis magis, & minus diluendum eft vinum. At in genere modò, Vinum dilutum fi fuerit fubtile, non inebriat, fed omnẽ comprimit fumofitatem, afcenfumq; vaporum; Si craffum, eiciùs inebriat, fit namq; fubtilius, faciliufq; penetrat; atq; de hoc putandum, Auicennam loquutum, dum *Mixtum*, inquit, *velociùs inebriat, propterea quod aqueitas penetrat*. Et de hoc ipfo exiftimandum, loquutum Philofophum in Problematibus dum fcripfit, *Vinum aqua dilutum caput magis afficere, quàm non dilutum*; id quod intelligendum, fi dicamus, Philofophum intellexiffe modicè dilutum; fic enim idem fentit Auicennas tertia primi, doc.2.cap.8. plures tamen affert vtilitates, quas ex ordine proponemus; vt ijs cognitis, pofsit fefe Vrbanus in optimo valetudinis gradu feruari; & vbi valetudinarius fit, illum ipsũ adipifci. Prima ergo vtilitas vini modicè diluti eft, vt fui caloris fubtilitate, conuenientiq; & occulta proprietate efficiat affumpti cibi penetrationem per vniuerfas corporis partes; nam præterquam quòd vinum ex fui natura, bonus eft portitor, ita fcripfit Auicennas, accedit, quòd aqua dilutum, cum fiat tenuius, portitor quoq; fit melior. Secunda vtilitas eft, quòd fuæ fubftantiæ calore, fubtilitateq; pituitam incidit, refoluit, meatus aperit, & naturam ad excretiorem inuitat. Tertia, choleram rubeam per vrinam, fudorem, excrementa, & refolutionẽ infenfibilem expellit, dummodo fcilicet vinum fit album, aut fubrubeum, tenue, atq; dilutum: Quarta huiufce ipfius vini vtilitas eft, melancholiam, quæ crafsa eft, ac tardi motus, per proprios meatus ab hepate ad fplenem, & è fplene ad ftomachũ deducere, eandemq; vna cum fœcibus expurgare: Quinta, fpe-

F G M

Vini Diluendi modus indefinitus.

Vini diluti natura.

Lib.1.tract.1 doc.2.cap.8.

Sec.3 prob. 14.

Vinũ bonus eft portitor.

Secũda vini diluti vtilitas.

Tertia vtilitas.

Quarta.

Quinta.

cies omnes lassitudinis, nisi magnam adnexam habuerint caliditatem, resoluit; spiritus namq; resolutos restaurat, virtutem confortat, addit robur, humectat velociter, humiditates attamen omnes relictas in musculis, cordis, & articulis tollit, ac minuit: Sexta vtilitas est, quòd huiusmodi vinum hominem corpore, & anima constantem reddit; pro conseruandaq; optima valetudine vinum esse debet medium inter vetustum, & nouum, clarum, lucidum, nonnihil habens rubedinis, odoratum, saporis ęqualis, non acris, non acerbi, non dulcis, non vaporosum, non crassum, non tenue nimis, verùm ad subtilitatem declinans, factum ex viribus meridiem spectantibus, in aperto colle, nā Bacchus amat colles, in regione tēperata inter calidam, & frigidā; absq; vlla soli, aut terrarum stercoratione, repostū in Cella vinaria, habente à Septentrione lumina fenestrarū, ita enim stabiliuit Vitruuius, & nos longiori oratione fuimus prosequuti in libro de Salubri Domo, vel habitatione Illustrissimo nostro Mecęnati Cardinali BEVILAQVÆ dicato; & sanè pro viribus curandum, vt vinum à sole remotum sit, quoniam confusum à calore imbecillius euadit, atq; corrumpitur. Cauendumq; est, ne Cella vinaria sit propè latrinam, & sterquilinium, concipit enim labem, si quæ res alia quàm facillimè. Ceterum diluendi modus, perscribetur à nobis inferiùs. Hoc in præsenti subticere non possumus; quomodo vinorum miscela pro tuenda valetudine quocumq; pessima est, atq; ad hanc veritatem respiciens Hippoc. lib. de aëre, aquis, & locis; *Vinum*, scripsit, *varium*, *&* *multiplex iudicatum fuit insaluberrimum*. De vino autem diluto, atq; meraco, illud non subticendum, dilutum vinum (hoc est, vt ego interpretor, maximè dilutum) ventriculi robur dissoluere, & vomitum facilè prouocare; meracum verò fatigatis ventriculis noxium, longeq; haustum reddere homines imbecilliores, pronos morbis frigidissimis, apoplexię, paralysi, catarrhis, seu distillationibus; at partibus circa intestina cōducere, & famē caninam extinguere: Caueant itaq; à meraciore hoc vino quicumq; longiora famis desideria voluerint explere; quòd si huic ipsi Vrbani, vel alij fuerint assueti, eligant quale ab Auerroe propositum sub his verbis. *Et vinum, quod melius reperitur, est aromaticum, cuius caliditas penetrare potest per totum corpus, quod sit sine amaritudine, atq; stipticitate, & est illud vinum quod est vinosum, pungitiuum in principio & post delectabile, sine aliqua amaritudine, & ponticitate: hoc autem vinum iudicio meo est, quod piccans à vulgaribus, aut razzans, mordensq; linguam à latinis nuncupatur*; Quod vinum latius est meracum

Sexta diluti vtilitas.

Vini optimi ętas, & conditio.

Vites vbi serendæ.

Vbi vinum seruandum.

Vinorum miscela pessima.

Nimium diluti noxa.

Meracis noxa.

2. Aphor. 21.

Lib 7. Col. cap. 16.

Vinum pro Vrbanis.

E meracum potare, & paululum inde aquæ assumere, quàm aquã commiscere, quandoquidem, si verùm, quod Plutarchus animaduertit, *Deperire scilicet vini naturam ad miscelam aquæ*, verissimum in hoc ipso mordente, seu piccante; vnde factum, vt ipsemet Plutarchus consuluerit, modicum aquæ superpotandum. Si autem pro vrbanis eligi possit, & inueniri Oligopharum, nostri Gal. quod pauca vincitur aqua, hoc præstãtissimũ, egoq; ad huiusmodi acquirendam vini naturam, laudo trascolationem, seu per sacchum trasmissionem, de qua Flaccus Vinum Oligopharum.

——————— *At illa* Horatius

*Integrum perdunt lino vitiata saporem.*

F odorem peradderem, euanescit siquidem pars illa vinosior, & gratia quædam asseruatur vini, satis apta cerebro imbecillior, ventriculo amica, & iecori, alijsq; corporis partibus familiaris, subdulcis etenim est, aquam respuit, & quod caput huiusce negotij est, facit non solùm ad corporis, sed animi bonam tuendam valetudinem; est namq; vinum illud, quod morale nuncupatum fuit à Theophrasto, ab effectu ita vocatum, quòd bonis conseruandis moribus sit valde accõmodatum; ita vt non erraret, vel minus fuerit allucinatus, Mercurialis pace, Theodorus Gaza, qui Theophrasti libros interpretatus, voces traduxerit τοὺς ἠθικοὺς τῶν οἴνων morale vinum, sed ipsemet vir

Vinum colatum. Vinum morale. Lib. 6. de caus. plant. cap. 24

G doctissimus; quoniam morale transtulit vinum, ab effectu, quem inter vina omnia huiuscemodi, quod percolatum est, ab arte fuit adeptum: Vbi naq; vina omnia pulsant Palladis arcem, vina hęc percolata, castrata etiam nuncupata, non pulsant, & sic sapientiam, moresq, conseruant; & illud forsan est vinum, quo de nũc loquimur, ex cuius vsu copiosiore Bonosus Imperator sapientior euadebat. Vinum autem hoc percolatum perfrigeratum, & excolatũ fieri tenuius, atq; debilius, non solùm Plutarchus nos docuit, verùm etiam Plinius, dicens *Vinorum vires sacco frangi solitas, ut potores plus bibere possint*, sed ante omnes Magnus noster Hip. lib. de morbis. Et quoniam inter Vrbanos plerią; sunt, qui

Vini colati præstantia. In symp.

H vina degustare non possunt antiqua, in quorum albo ipsemet sum, qui vina cum cœperint vetustatem aliquam redolere, concoquere non possum, laudo ex Plinij auctoritate hunc vinum inueterandi modum: Scribit lib. decimo nono suæ Historiæ, *Vina inueterari, castrariq; saccis*. Inueterari scilicet, quia colorem limpidissimum acquirunt, ebullitionem amittunt, seu feruorem, saporem vini citiùs consequuntur, potuiq; sunt citiùs apta; castrari verò, quoniam, vti animantia, quæ castrantur, amittunt vires illas venereas, ita & huiuscemodi vinũ, quo de, vt puto Flaccus.

Vinum quomodo inueteretur.

*Nil*

*Nil nisi lene decet vacuis committere venis.* A

Quid bibendũ vacuis venis. cuius loco probamus etiam Acinaticum Veronense, adeo celebratum à Cassiodoro; fiebat autem ex vua suspensa resupinè, in vasis suis seruata, ac thecis naturalibus custodita. Bononienses facere solent quid simile, vinumq; sibi parant accommodatissimum, collectas nimirum asseruant vuas septem, octo, & nouem dierum spatio, insolant, nocte stolis à frigore, pluuiaq; defendunt, vinaq; hinc fluunt aptissima; palatum, vt ille dicebat, non exurdantia. Verùm de vino in genere, & in gratiam totius hæc satis; in tertia huiusce Methodi sectione specificè magis, & in gratiam partium corporis, haud aspernanda scribemus, nunc methodum, ex ordine prosequamur. B

*Epilogus eorum, quæ capiti prosunt, & obsunt in genere, nec non eiusdem partibus; Oculis scilicet, Auribus, & Dentibus; & de ijs, quæ caput calefaciunt, refrigerant, humectant, & exicant, per summa quadam capita disceptatio.* Cap. VI.

OPTIMA cuiusq; corporis valetudo, cum in optima sit collocata partium constitutione; quicumq; hanc ipsam voluerit conseruare; minimè ambigendum à cognitione eorum, quæ partibus humani corporis prosunt, & obsunt, conseruari; & propterea magnus huiusce cognitionis cum existat campus, exiguam, & necessariam magis nos huius excolentes particulam ordinato tramite, de ijs nunc differemus, quæ partibus prosunt, & C obsunt; Quoniam verò caput, ex Hippocrate fons est morborum, vt caput, in bona conseruandum sit valetudine, per summa quędam capita exordiemur. ergo.

*CAPITI PROSVNT VNIVERSO, ET IN GENERE.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Aer serenus* | *Ciminum* | *Polium montanum* | *Stecas* |
| *Absinthium* | *Colocinthis* | *Potus moderatus* | *Vinum tẽperatũ, vel pro ratione dilutum, anni tẽporis, vini, & potantis natura.* D |
| *Agaricus* | *Cubebe* | *Pyretrum* | |
| *Aloë* | *Castoreum* | *Pectinatio* | |
| *Aromata, ni caput sit debile* | *Elleborus vterq;* | *Ruta* | |
| | *Ebrietas sobria* | *Saluia* | |
| *Ablutio extremorum* | *Gaudium* | *Sena omnis* | |
| *Anethum* | *Mirabolani* | *Somnus delectabilis* | |
| *Bettonica* | *Muscus* | | |
| *Camomilla* | *Nux Muscata* | *Somnus & vigilia moderata* | |
| *Carpobalsamum* | *Ocimum* | | |

*CAPITI*

E

## CAPITI OBSVNT VNIVERSO

*Amigdala,*
*Aër crassus,*
*Auellanæ,*
*Auster,*
*Butirum,*
*Balneum à cibo,*
*Caseus,*
*Cibus praassumptus ante alium inconcoctum,*
F
*Cæpa cruda,*
*Dormire pedibus calceatis,*
*Eruca,*
*Iunc us,*
*Lactuca,*
*Luna radij,*
*Nasturtium,*
*Narcotica omnia, idest stupefa*
G
*cientia, et oppia (ta,*
*Nuces,*
*Papauer,*
*Piper*
*Olera omnia eruda posteriori capitis*
*Pluuia*
*Solis radij*
*Somnus nimius*
*Vomitus laboriosus.*
*Venus immoderata.*
*Vigilia nimia*
*Visus, & auditus eorum, quæ minimè placent.*
*Vina varia, & meraciora.*

*adhuc, atq; venarum.*
*Ruta Speculum*
*Scabiosa*
*Synapi*
*Semperuiuum maius*
*Tutia*
*Visus per montana.*

## OCVLIS PROSVNT

*Abrotanum*
*Ablutio extremorum cum calida*
*Ablutio oculorum cum frigida*
H
*Aspectus aquarũ clarissimarum, & pratorum viridium*
*Ablutio cum vino in hyeme.*
*Acetum*
*Aster atticus*
*Aloës*
*Argemone*
*Anemone*
*Berbena*
*Buphthalmum*
*Camæmelum*
*Fœniculum*
*Fel animalium rapacium*
*Hieracium*
*Helenicum*
*Iris*
*Mala granata*
*Nardus celtica*
*Optima ventriculi coctio, iecoris*

## OCVLIS PROSVNT A PROprietate.

*Bubonum oculi*
*Chamæleontis oculi.*
*Lapis dictus bellooculus.*
*Noctuarum oculi.*
*Pauonis pennarũ caudæ suffitus.*
*Rana, ex Porta.*
*Testudinis marinæ oculi.*
*Vlularum oculi.*

## OCVLIS OBSVNT.

*Aër turbidus, & obscurus.*
*Aspectus solis*
*Allia*
*Brassica*
*Caro salita*
*Caseus salsus*
*Caseus excoctus*
*Cæpa cruda*
*Constrictio oculorum vehemens*
*Phlobotomia frequẽs cephalicæ, hoc est vena sectio capitis.*
*Fletus*
*Fames*
*Iusquiamum*
*Intuitus frequens*
*Ieiunium*
*Ignis, inspectio ter*
*rarum profundarum*
*Inanitio magna*
*Lactuca*
*Lentes*
*Legumina*
*Nuces*
*Oppium*
*Papauer*
*Puluis (ratus*
*Somnus immode-*
*Somnus post cibũ calceatis pedibus.*
*Ventus omnis magnus*
*Vigilia longa*
*Visus fixus rerũ subtilium*
*Visus cõtinuus anethi, & basiliconis.*

AVRI-

 A

## AVRIBVS PROSVNT.

*Aër temperatus*
*Alius lubrica*
*Aurifcalpium aureum, vel argenteum.*
*Afini fimus inftillatus à prop.*
*Cucurbitula dorfo.*
*Capitis frequens euacuatio cum Pilulis ex Aloë, & de Caftoreo.*
*Capra fel, et adeps ex Aefculapio.*
*Euitatio nimij caloris.*
*Emundatio à fordibus.*
*Gargarifmata cũ decocto roris marini.*
*Leporis coagulũ.*
*Inceffus capite aperto in aëre tẽperato.*
*Lignum Aloës.*
*Oleum amigdalarum dulcium et amararum.*
*Oleum rutaceum*
*Somnus delectabilis.*
*Victus ratio tenuis.*
*Vulpis adeps inftillatus, & etiã adeps anferis inftillatus.*

## AVRIBVS OBSVNT.

*Aër fummè frigidus.*
*Balneum frequẽs*
*Adftrictio per fordes.*
*Crapula.*
*Capitis ablutio cũ frigida*
*Decubitus fupinus, & calceatus.*
*Fumus.*
*Frictiones poft aures.*
*Humiditas pedũ.*
*Inceffus capite aperto per loca frigida, & humida.*
*Legumina omnia*
*Ligatura poft aures.*
*Oleum humidum intra infufum.*
*Pileus aqua imbutus, & grauior.*
*Vēter adftrictus.*
*Venti omnes immoderati.*

## DENTIBVS PROSVNT.

*Ablutio cum pofcha et cum vino à cibo.*
*Ablutio cum decocto millefolij intra, & extra.*
*Ablutio mane cũ frigida.*
*Cortex citri, & folia mafticata poft cibum.*
*Emundatio in affuetis.*
*Frictio dentium cum falis modico, rochæ, aluminis, vel gemmeo combufto, vel communi.*
*Frictio à fomno, panno afpero lineo.*
*Malum punicum acidum.*
*Mororum exiccatorum.*
*Puluis cum maftice.* B
*Puluis offium dactilorum.*
Prima Aphorism. 4. *ieiunãtum fœtere*; ad hæc suscitat vermes in intestinis morantes, mores gignit amarulentos, Hippocratisq; testimonio, *Tenues, & constituta victus rationes magis periculosa sunt, quàm paulò crassiores*: Addo cum Plutarcho, *Exquisitam hanc nimis victus rationem esse meticulosam*, omnimodamq́; inediam vires dissoluere, natiuum humidum absumere, ac vitam celeriùs extirpare. Quòd si hæc in initio fiat ab arte, siue per pharmaciam, siue per sanguinis missionem, vtraq; non caret periculo, si ad extremum D

Inanitionis artificialis noxa. deueniat; inter alia enim, quę mala producit, morbos curatu præstat difficiliores, singultum non rarò incurabilem, conuulsionem, & morbos, qui corporis deprauant figuram; maioraq; parit incommoda, errores nimirum grauiores, quàm ipsa repletio; de qua, vt modo agamus, ipsa etiam prodest, & obest, pro-

Repletionis vtilitas. dest moderata omnibus morbis, qui ex inanitione fiunt, corporibus gracilibus, laborantibus atrophia, exercitatis, calidis, rarioris texturæ, in quibus magna spirituum fit dissolutio, infantibus

E tibus, pueris, & humorum debita carentibus mensura est plurimùm accomodata: Confert adhuc repletio, & hęc moderata, vbi alicuius humoris boni, hoc est, sanguinis aliqua facta est euacuatio, & vbi magna quaeumq; de causa virium facta est solutio, nam somnum conuocat, tristitiam pellit, corpus, animumq; solatur, natiuum refecit humidum, & vitam ad metam naturalem traducit. Verùm, si repletio fit nimia, innopportunèq; facta, tot mala parit, quot maiori ex parte sollicitant medicos: etsi namque inanitio morbos producat difficiliores curatu, repletio copiosiores, & breuiores. Obest igitur immoderata repletio his omnibus, capitis dolore subiectis, nares habentibus oppletas, Repletionis noxa

F ita vt tentent sese ab humorum copia exhonerare, & frustra tentent; sternutantibus adhuc frequentiùs, lachrymantibus, sibilum, vel tinnitum in auribus percipientibus, naribus assiduè fluentibus, & vbi vbi repletionis, allata in superiori à nobis sectione, fuerint inditia; Obest tamen senioribus magis, quàm iuuenibus, debilibus, quàm validis, ęstate, quàm hyeme, ociosis, inassuetis, & ijs omnibus, quibus scabies, vel tubercula in corpore apparuerint; quid? & ijs, qui plurimùm à natura, vel arte fuerint euacuati; Doctrina hæc Hippocratis, est asseuerantis, *Extremè replere, & euacuare periculosum*: Aduersa repletio est lienosis, vt qui abstinentia curentur; Inimica quin Primo Aphoris.

G etiam, si quid aliud, Vrbanis, & Litteratis; obest aluum adstrictam habentibus, parcè sudantibus, vomentibus, meientibus, & vnam, vel alteram, aut vtramq; suppressam habentibus euacuationem; ijs, qui à natura laborant anhelitus difficultate, perniciosa plurimum est, subiectis item febribus putridis, & illis, qui prauum corporis sortiti sunt habitum; cacochimis, plectoricis, atq; vt summatim dicam, omni ætati, omni tempore omnibus, qui frequenti Medicorum indigent opera. Dicam cum Ecclesiastico paucis, Gula, repletioq; plures occidit, quã gladius. Litteratis quid noxiũ.

H

*Venus inter alias res nonnaturales, à Medico, & Vrbano animaduertenda, quomodo, & quibus prosit, & obsit, ex multiplici eius ipsius effectu, doctrina, & auctoritate. Cap. XX.*

SI quid est, quod Vrbanus diligenter noscat oportet; quoniam vna veneris vtilitas existit, & noxa, hanc in præsenti capite, luce merediana clariorẽ afferre decreuimus; nam præterquamquod in Venere delinquũt vrbani magis, accedit, vt dixit ille, *Dulcis est furtiua cura Veneris, miser autem ne scit quòd serpentes apud eam habitant, & quòd vadit ad laqueum Inferi.* Alexander lib. 3. Pedagogiæ.

*Inferi*. Venus ergo si immoderata sit, vim habet inaniendi corpus, ab vtiliori excremento, quod reperitur in eo; *Prodest* Galeno auctore præter Epicureorum sententiam *moderata, si tantillum interualli adhibeatur, quo neq; resolutio aliqua fiat caloris, spirituum, & humidi radicalis; quiq; vtitur venere, se ipso quodamodo factus sit leuior, ac melius spiret*, Proderit hoc quoquè modo plectoricis, vera plectoria, siue plenitudine sanguinis in toto: Sanguinis enim cum seminis existat materia, ad excretionem seminis minuitur sanguis; Vnde sanguineis, ac temperamento donatis calido, & humido tutior semper, & innoxia minus; hinc florentibus ætate, per Galenum accommodata, in his etenim sanguis redundat: Non damnosa quoq; venus est, si tempestiuè sit facta, In aquæ, vt Hippoc. dicebat, accessibus, ac proinde hyeme; Vere volebat Celsus, quando corpus in medioeritate fuerit constitutum, hoc est, neq; summè calidum, nequè frigidum, nequè siccum extiterit: Quòd si corpus hoc ipsum non erit, minus delinquet, qui corpus fortitum fuerit humidius, quàm qui frigidium; ratio est in promptu, quia Venus exiccat, & refrigerat; id quod non solùm Hippoc. sed Aristoteles cognouere, dicentes, Venerem conferre morbis à pituita; idq; per se, melancholicis verò per accidens, lętitiam scilicet inducendo; quatenus enim exiccat, obest. Ad hæc Paulo, Aëtio, & Oribasio auctoribus, Venus corpus agile reddit, quia plenitudinem minuit, ad incrementum promouet, virilem præstat habitum, corporis hunc efficit duriorem, vim explicat rationis, iram demulcet, melancholicos, & dementes adiuuat, comitiali morbo præhensos liberat, assiduas, & molestas, quæ fiunt in somno pollutiones emendat, & Plinio, si credere dignum, à scorpionibus, atq; serpentibus demorsos leuat, Athletas torpentes restituit, vocem reuocat, lumborum dolorem minuit, oculorumquè hebetudinem tollit, At Galeni saniore iudicio, nonnulli ex Venere capitis grauitatem, ciborum fastidium, & aliquando febres effugerunt, & Viduæ mulieres eodem auctore Galeno extensiones vitarunt. Obest autem venus, eaq; immoderata vitæ diuturnitati, exemplo animalium, magis, vel minus, aut nihilum, quia impediantur, coëuntium; prioris generis sunt mares, qui fœminis salaciores, & Venerem exercentes, breuioris sunt vitæ, alterius muli, qui à venere impediti, vitam diutissimam respectu ęquarum traducunt. Neq; de hoe ambigendum, quandoquidem ex Philosopho salacitas senectutem inducit, & mortem celeriorem apportat; & quemadmodum

ex

Marginal notes: Lib. Art Medic. cap. 86. — Venus quæ prosit, — Quibus prosit. — Li. 2. de Tuenda cap. 2. — Quando prosit. — Quibus magis, & minus — 4. Epid. sec. 5. tex. 24. — 7. Politic. cap 16. — Lib. 2. ca. 35. — Lib. 1. ser 3. — Veneris vtilitas. — Ex Auic. lib. 3. fen. 20. trac. 1. ca 10. — Lib. 27. cap. 4. — Lib. 3. de loc. aff. cap. 5. — Veneris noxa. — Lib de long. & breuit. vitæ.

Margin letters: A, B, C, D

E ex Theophrasto plantæ steriles sunt vitæ diuturnioris, ita & homines; ratio nulla alia est, nisi quia in frequentia coitus dissipantur spiritus, & calor natiuus extinguitur, humidumq; radicale absumitur; iam verò definitum à cunctis, vt nos calido viuamus, & humido nutriamur; Et hoc est, quod Auicennas insinuauit, quando litterarum memoriæ commendauit, *Plus nocere guttam vnam seminis intempestiuè effusi, quàm sanguinis quadraginta*. Sed specificè adhuc magis veneris noxas referamus. Venus ex Philosopho exiccat, hominis intercipit incrementum, de immoderata loquimur, alimentum è corpore subtrahit, tum quia semen, quod est superfluitas alimenti educitur, tum quia corpus refrigeratur, ex cuius refrigeratione coctiones diminuuntur, hinc quoquè alimenti subtractio, hinc diminuta nutritio; quæ omnia dixit Gal. dum scripsit, *Corpus à venere laxius, & frigidius, & imbecillius, & siccius fieri*. Qua igitur ratione semen decidit à toto, totumquè afficitur, eadem, qua magis ab vna parte, quàm altera, magis vna, quàm altera labefactatur. Ergo sensuum omnium instrumentis obest in primis, & inter hæc ipsa, oculis, vt ex Philosopho licet colligere, natura rei, & experientia, de quibus alibi: leduntur ex venere Nerui, partes omnes neruosæ, Galeno sic decernente, totaq; medicina; G quoniam scilicet corpus vniuersum refrigeratur, vnde ventriculus maximoperè, quia neruosus est, afficitur; id quod sciens Galenus; *Venus*, inquit, *licet euacuet corpus, stomachum labefactat non mediocriter, cum eum veneris abstinentia, etsi corpus impleat, confirmet, vt quod maximè*. Obest autem ventriculo venus, non solùm, quia nerueus, sed quia instrumentum est prioris coctionis, quæ ob caloris ruinam, in coitu summoperè læditur; hinc vires omnes eliduntur, debilitantur, & venus est, quæ tentat gressus, debilitatq; pedes, renum producit morbos, articulis, & podagricis aduersatur, excrementorumq; inducens in corpore vberiorem prouentum, H hinc renum morbi, & articulorum; Veritatem hanc nouit Hippoc. quum dixit, *Eunuchos non tentari padagra*; quamuis & agitatio illa corporis, & calor, qui excitatur accidentalis humores liquando, existentes in corpore, vtrumquè venus possit inducere. Obest etiam venus memoriæ, florem iuuentutis extinguit, tremorem inducit, senibusq; valde contraria. Quæ cum ita sint, prosit nimirum opportuna, & moderata venus, obsit autem inopportuna, & immoderata, illud cum Celso dicendum & obseruandũ *Venerẽ neq; nimis amplexãdã, atq; nimis aspernãdã*,

Sterilitati vtilitas.

Vbi supra

Veneris noxa.

6 Eped. cõ. 5 tex. 28.

2. Epid cõ. 2. tex. 57.

Com. 1. tex. 4

Veneris noxa.

In Aph.

Veneris noxa.

quod

quod Plutarchus elegãt ūs insinuauit, quando scripsit, ita sibi venerem fore gratam, vt moderatus vini vsus, qui ne dum gratus, sed etiam vtilis; neq; mirum, propterea quòd Venus eadem vitæ, & principium, & finem in potestate habet. Omittimus ex Hippocrate, Mulieres, si viris misceantur, saniores esse, & vitam ducere salubriorem; at omittere non possumus, quod à Quintiliano conscriptum *Respublicas perituras, nisi matrimoniorum fieret frequentia*; receptum etenim est, hae duce seruari. Neue aliquid Vrbanis desit, quo eos manuducere possit, in vtilitatem, ac noxam, quæ à venere potest venire, A

Plutarchus in Problem. prob. 22.

Venus necessaria.

*Omnibus incutiens blandum per pectus amorem*,

salubris, ac tutior futura est venus ab anno vigesimo primo ad trigesimum quintum; à quo ad quadragesimum nonum parcior esse debet, pro ratione tamen maioris, aut minoris plenitudinis seminis, ab anno quadragesimo nono infra parcior adhuc omnino esse debet, vel si materia suppetat; nisi gignendæ sobolis gratiâ veneri sit indulgendum, nam præter quamquòd B

Quando, et quibus vtilis Venus.

*Vaga libidines puniuntur semper diuinitùs.*

*Thori adulteri in mala multa conijciunt.*

Clemēs Alexand.

Illud etiam non ignorandum, Venerem, factam ieiuno stomacho, vel immodicè repleto, esse perniciosam, factamq; adhuc recta corporis figura obesse magis articulis, genibus, & coxendicibus, tempore quoq; mestrui pessimam, & exitialem, qualis etiā cum seniore, ac putida, si die magis, quàm nocte, si quis fuerit inassuetus, si fiat absq; naturæ stimulis, aut cupiditate, si cupiditas existat morbosa, ex lectione, aut colloquio cum mulieribus libidinosis, aut perditissimo illo genere hominum, qui de venereis semper loquuntur; Quòd si specificè magis loqui velimus, obest militibus, vt quibus vires diminuat, id quod scientes Atheletæ, Olympici certaminis tempore abstinebant à venere. Detrimentum affert non exiguum lactantibus mulieribus, vitiat namq; lac; & vtero gerentibus non semper congrua, priori nimirum conceptionis tempore, atq; à partu iam completo. Quid? quod? Venus frequentior destruit fœcunditatem, tam in mare, quàm fœmina, ob spirituum carentiam, atq; caloris, qui in humano semine non est igneus, ignis enim nullum animal generat, sed proportionem habet, ex Philosopho cum elemento stellarum: At specificè adhuc magis, de veneris vtilitate, & noxa in sequenti loquemur. C

Quando noxia.

Quibus præcipuè obsit.

Ex Philosopho lib. 2, de generat. animal.

Recapitulatio

*Recapitulatio quàm breuissima, Venereæ vtilitatis, & noxæ; quibus hæc profit, & quibus minus, ex grauissimorum hominum placitis, & authoritate in gratiam Vrbanorum, qui veneream voluptatem præcipuè insequuntur. Cap. XXI.*

PLVTARCVS autor grauissimus, cum litterarum memoriæ commendarit, eum, qui maximè voluptatem sectatur, huic minimè expedire sanitatem negligere; qui autem voluptatem sequuntur, inter homines natos Vrbanis ami ca venus. F existant vrbani, in horum gratiam, vt voluptas venerea prosit, & obsit, specificè adhuc magis inquirere determinauimus; Sanitas enim cum, eodem autore, diuinum longeq; blandissimum sit condimentum; haud permittendum, vt momentanea voluptas, Sanitas quid. hoc destruat, & eliminet; Igitur cum Euripide, vt rem exordiamur, eatenus insectanda venus, quatenus moderata sit, aiebat enim ille,

*Amores supra quidem nimium*
*Venientes non laudem,*
*Neq; vires tradiderunt*
G *Viris: Si autem quod satis est, veneris*
*Venus, non alia Dea*
*Gratiosa vsq; adeo;*
*Placet enim mihi modestia,*
*Donum pulcherrimum Deorum.*

hoc ergo iacto fundamento.

## VENVS TEMPESTIVA PRODEST.

*Morbis pituitosis ex Hipp. Gal.*
*Epilepsiæ a pituita ex Celso*
H *Melancholicis per adustionem. Arist.*
*Oculorum acumini ex Arist.*
*Morbo regio, ex Tito Asclipiadeo*
*Ischiadicis, nõ tamẽ ex venere Tales.*
*Podagricis ex multis humoribus & multi seminij*
*Insaniæ, & furori Virginum ex Hip.*
*Destillationi narium ex Hippoc.*
*Corpori torpescenti, ex Celso*
*Voci è candida factæ fuscæ*
*Lumborum doloribus à copia seminis*
*Oculorum hebetudini*
*Melancholicis, & mente captis*
*Demorsis à serpente, & scorpione.*
*Capitis grauitati, ex omissa consueta venere*
*Fastidientibus cibum ex eadem*
*Plenitudini omnium humorum bonorum*
*Corpus auget, ac virile facit*

*Impeditam*

A

*Impeditam rationem soluit*
*Iras ingentes remittit*
*A somnijs crebrioribus liberat*
*Excitat ad opus*
*Prabet facilitatem*
*Somnum conciliat*
*Eroticum curat, scilicet amorem*
*Corpus leuius reddit*
*Augumentum praestat*
*Duriores habitus emollit*
*Hominum fugiens consortia iuuat*
*Furiosos ad bonam mentem reducit*
*Quosdam epilepticos sanat*
*Capitis grauitatem lenit*
*Benè spirantes ex difficile reddit*
*Appetentiam iuuat*
*Iuuenibus in primis accomodata*
*Consuetis conducit*
*Consuetis à magnis liberat morb.*
*A superfluitatibus corpus defendit*
*Efficit homines alacriores*
*Senectutem deniq; differt, unde venus dicta ἀμβαλογήρα*

B

## VENVS INTEMPESTIVA OBEST.

*Animi, & corporis viribus, quas valdè minuit.*
*Senectutem accelerat. ex Cic.*
*Vitam abbreuiat*
*Euacuat, quod melius est in corpore*
*Aegritudines conuocat, ex Pythag.*
*Corpus soluit. ex Celso*
*Emaciat humectat, calefacit. Hip.*
*Robur quodcumq; confringit*
*Coctionem ciborum impedit*
*Excrementorum copiam inducit*
*Humores omnes exagitat*
*Militibus noxia, & propterea mulieres castra intrare non licet*
*Animalem, & vitalem spiritum exhaurit*
*Mortem quandoq; inducit, vt Pindaro Poëta, & Speusippo Platonico accidit, & alijs, vt non ignoramus*
*Stomacho maximè obest*
*Cerebrum maximè laedit, vt è quo plurimum semen fluat*
*Spinali quoq; medulla hac eadem ratione.*
*Neruos offendit mirumimmodum*
*Oculis obest, vnde cupido coecus*
*Renes afficit, & lumbos*
*Lateribus officit*
*Dentibus, Capiti, Cordi*
*Hepati, Ventri, Pulmoni plurimùm incommodat* C
*Omnibus item iuncturarum morbis*
*Hydropem facilè suscitat*
*Ischiadicis inimica, & Podagric.*
*Ecticam conuocat, & Epilepsiam*
*Scabie, & scabiosis aduersa, vnde Auicennas, scabiosi debent coitum dimittere*
*Pestis tempore inimicissima*
*Alui fluxu tentatis aduersa*
*Facit semen infoecundum* D
*Prudentiae officit, & memoriae*
*Accelerat sterilitatem in foeminis*
*Adimit florem iuuentutis*
*Concoeptum laedit foetum, & corrumpit*
*Dum cibus est in ventriculo maximè laedit; ieiunosquè magis offendit quare adsit, aiebat Euripides, mihi moderata*

E *Moderata, nec mihi desit*
*Tussim excitat*
*Phtysim inducit*
*Destillationem promouet, Grauedinem, & Lepram,*
*Atram bilem exacerbat,*
*Alopeciam adauget,*
*Vesica vasionibus, & calculosis plurimùm obest*
*Sanguinis expuitioni, gonorrhea, & vulneribus nocet*
F

*Omnes sensus hebetat,*
*Animo plurimùm officit*
*Studiosis omnibus inimica*
*Coitus est quidam spasmus, vndè spasmum inducit*
*Obest pueris lactentibus*
*Egredientibus a balneis aduersatur*
*Aestiuo, & autumnali tempore perniciosa, vt conualescentibus, ac debilibus.*

---

*Animi vocata accidentia, affectionesq; tam in genere, quàm in specie, vt homini prosint, & obsint; in primisq; litterarum studia, curæ, sollicitudines, & lectio, cuius meta, qualis esse debeat, ad vitæ vtilitatem, voluptatem, & vsum; solasq; litteras nullam habere satietatem.* Cap. XXII.

SVSCEPTI ordinis ratio in tractãda, tuendaq; bona Vrbanorum virorum valetudine inuitat nos, vt de Animi accidentibus, vel perturbationibus eo nomine agamus, quo sciant, magnam benę tuendę valetudinis rationem, ab vna præcipuè cognitione pendère eorum, quæ animum benè, vel malè afficiunt; Siq; Platoni fidendum, omnes corporis morbi, cum proficiscantur à morbis animi, circa horum dignotionem maximoperè solliciti esse debent Vrbani. Ergo per animi accidentia intelligentibus nobis, affectiones, & perturbationes à latinis vocatas, & externas, & internas, in genere primùm, in specie mox, quibus prosint, & quibus obsint aperire tentabimus. Quod itaq; spectat ad animi affectiones, in genere consideratas, quantùm hæ prosint ad bonam tuendam valetudinem, quũ fuerint moderatæ, non est, vt longiori verborum copia demostremus; Homo enim cum anima constet, & corpore, quemadmodũ bona corporis valetudo conseruatur ex ijs, quæ ad corpus attinent, sic animi, ex ijs, quæ ad hunc ipsum pertinent; ob communionem tamen, seu potiùs vnionem cum corpore, omnium effectus maximoperè elucescunt in eo; vnde ille, tristitia exiccat ossa, &c. Veritatem istam colligimus etiam ex Nasone, qui

Corporis morbi a morbis animi.

Animi acidẽtia quid sint.

Hominis valetudo quibus conseruatur.

qui videns animi affectus redundare in corpus, luculenter cecinit, quod aliàs animaduertimus,

Ingenij torpor vnde

*Adde quod ingenium longa rubigine læsum*
*Torpet, & est multò quàm fuit ante minus.*

torpet autem, quoniam torpet, & corpus, pro cuius quoq; natura ingenium: Hæc cum ita sint, proderit Vrbanis, ac litteratis ocium litterarium, amœni huius ipsius ioci, bellæ inuitationes, blandæ disceptationes, ex quibus animus reficiatur, ad cuius refectionem, & corpus. Ista namq; sunt, quæ, vt vulgo dicitur, corpus alunt, conseruant, ad vitæq; faciunt diuturnitatem; Neq; re vera est, quod magis vrbanos lædat, ac litteratos, quàm importunæ rerum omnium curæ, rixæ, sollicitudines. Interrogatus enim Philosophus non aspernandus, quid efficisset ad vitam prorogandam, cum respondisset, viuendum vita stultorum, hoc est sine curis, atq; sollicitudinibus, coniecit, has maximoperè, corpus, animumq; labefactare; & eò magis, quò alter de hoc ipso interrogatus, respondit, vita viuendum plantæ, quasi dicere voluerit. Corpus non affligendum animi curis; permittendumq; naturam in obeundis proprijs muneribus, ne impediatur ab animi accidentibus; id quod videns Pythagoras, breuissima oratione dixit. Ne comedas cor; dicere quasi voluerit, gaudium, lętitiamq; moderatam amplexandam, qua duce, bona corporis valetudo seruatur, & conseruatur, vt enim ille. Gaudium impinguat ossa. Verùm specificè magis, vt rem attingamus, Corporibus gracilioribus prosunt, & conducunt hæc omnia, percepta veritas in singulis, quæ cadunt sub sensum, & disputationem; voluptas, quæ ex his ipsis emanat; ad hæc, ea, quæ cognitu, & scitu existunt facilia, lectio, & auscultatio delectabilis, scriptio consimilis, & quodcumq; periucundum litterarum studium, quo de loquutus Petrarcha scripsit, Dulciores, & chariores sibi litteras esse, quàm regnum, ita vt, si alterutro sibi foret carendum, æquanimiùs diademate dixit, quàm se litteris cariturum. Lucubrationes igitur, quarũ finis prodesse, ac delectare, mirificè prosunt; huius quoq, generis sunt blandiora poëmata, vt qui docere soleant, & delectare poetæ; Meditatio omnis cum voluptate hanc sapit naturam; & quod mirum, Podagrici, valetudinarij, & morbosi maximoperè iuuantur ex litteris; & eruditus quidam gloriatus est, ab ipsis ad senectam peruenisse. testatur, quod scribo elegantissimum carmen.

Litteratis quæ prosint.

Litteratos quod lędat.

Vita vt proroganda.

Tristitiæ noxa.

Gaudij vtilitas.

Petrarchę dictũ egregiũ.

Lucubrationum finis.

Poetarum finis.

*Quinq; breuis decadis vita, & duo lustra peregi,*
*Quid fuerit, quæris? quid? labor, atq; dolor;*

*Inq;*

E *Inq; breui studio decursio longa referto* Poesis quid præstet.
*Erratis, vitijs, sollicitudinibus.*
*His aspersa tamen Musarum guttula fontis*
*Viuere, atq; animum iussit habere bonum.*

En ergo, vt litterarum studia, Musarumq; in primis oblectent animum, solenturq; corpus, vt dicere quoq; solebat Phauorinus mihi parens amãtissimus, dum Academicis scribens DISVNITIS Fabrianensibus cecinit. Academici Fabrianenses

*Questa la giouenil età nutrica,*
*E la vecchiaia consola, e mantiene.*

loquebatur, de Poësi, etsi litterarum omnium ocia pro eorum
F varietate varijs prosint; *Vt enim ex litteris, & studijs gaudium ita studia ex hilaritate proueniũt; Et ex disciplinis* dixerat Plato, *Animum ali.* Sed ad specificas magis veniamus animi affectiones; quæ namq; ad litterarum studia pertinent, refectiones magis, quam affectiones existunt; vnde fit, has omnes, vbi modũ excedant; corpus exiccare, ac perdere; quod Vgo animaduertens, *Duobus*, aiebat, *modis lectionem solère fastidium parere, spiritumq; affligere, & qualitate si obscurior sit, & quantitate, si prolixior, in quorum vtroq; magno vti oportet moderamine, ne quod ad refectionem quæsitum est, sumatur ad suffocationem: Sit itaq; lectio* (vt dicebat Hieronymus) *litterarumq; stu-* Plinius iunior. In Didas.
G *dium* (nos addimus) *temperatum, cui finem consilium, non lassitudo imponat;* Faciatq; vt ille, qui de legendis libris magnis conscripsit, Martialis.

*Si nimius videor, seraq; coronide longus* Libri vt legendi.
*Esse liber, legito pauca, libellus ero.*

Nam præterquam quòd studium intemperans lectionis in reprehensionem cadit, accedit, quod in suo genere laudabile est, fit nimietate sui culpabile. Atq; hoc est, quod D. Augustinus, Animi, corporisq; appellat afflictiones, solertiam dicimus litterarũ, & rerum naturalium præcipuè inquisitionem; quæ tamen vbi sit moderata, procreatrix est aliarum bonarũ artium; quid? quod?
H Pulchrarum etiam litterarum cognitio necessaria est ad Theologiam, dicente, ac docente Augustino, *Scio amœniori hac, & externa doctrina excoli, & præparari animum prius debere, non ante idoneum, cui diuina semina committantur.* Nihil enim, vt lectione comperimus, & longa experientia obseruauimus, vrbanos in optimo valetudinis gradu conseruat magis, quàm iucundarum litterarum studia, de quibus in Traiani honorem scripserat Plinius. *Neq; enim aut peregrinæ superstitionis ministeria, aut obscœna petulantia mensis principijs oberrat, sed benigna* Cognitio pulchrarũ litterarum cui necessar. In Panegirico.

*inuitatio,*

*inuitatio, liberales ioci, & studiorum bonor*; an quia. A

*——— Non sicula dapes*
*Dulcem elaborabunt saporem,*
*Non auium, citharaq; cantus,*

qualem studia litterarum assiduè parant vrbanis, quorum vita in litteris? *Satietatem habet mel, dulcesquè flores venerei*, dicebat ille; Vrbani in litterarum ocio semper esuriunt, numquam saturiunt, atq; vt Antiphanes diecre solebat

*Musis propinquus semper, & sermonibus,*
*Opus sophia cum quaritur, namq; inclytus*
*Fit ille tectus, Musicis in vellere.*

de amico, litterarum, musarum, & librorum retulit Athenæus. B
Verùm ad alias cum brutis communes veniamus animi affectiones, de quibus distinctioris doctrinæ gratià in sequenti.

## *Animi accidentia, vel affectiones, qua communes sunt brutis, & hominibus, quos pariant affectus, & effectus in homine; Omnium peculiare quid: speciatim aliquid de singulis; de amore paulò plura, & ad rem, ex Plauto; paucorumq; vtilitas ex nostris rei medica professionibus.*

## *Cap. XXIII.*

QVAM vtilitatem, & noxam litterariæ animi affectiones, quas refectiones vocauimus, Vrbanis apportent, prædiximus; ad brutales, ac proinde illas, quas cum brutis habent communes, vt accedamus, vel saltem magis communes, Iracundia, fletus, tristitia, sollicitudines, vigiliæ febres magna ex parte accedunt diarias, putridas, ecticas grauiorumq; morborum in corpore sese (vt experientia docet) præbent principia, vna præsertim ab istis impedita coctione, diminuta, vel deprauata in ventriculo, iecore, & venarum ambitu, ex quibus nil mali est, quod non scaturiat. Sic animus deses, ipsaq; segnities in corpus redundans hoc facit decoloratum, & alimentum, quod nutriendo pro corpore assumitur, in prauos conuertit succos, vnde homines fiunt graciliores, & in atrophiam propensi; ratio non alia est, nisi quia natiuus calor maximoperè læditur; Alij motus animi, vel passiones, aut affectiones, à quacumq; parte proficiscantur, siue rationali, siue irascibili, siue concupiscibili, si modum excedant, biliosum hominem reddunt; si modum intra nimium subsistant

*Ad animi accidentia quæ accedant.* C

*Segnitiei noxa.* D

*Bilis & pituita ab animi accident.*

E ſubſiſtant, pituitoſum, & frigidum: Quid? priorem corporis habitudinem, febres, & qui calidiores manent affectus, poſteriorem iecoris, & viſcerum obſtructiones, comitiales morbi, apoplexiæ, & deſtillationes, morborum penè omnium ſoboles, in capite, atq; à capite, mediantibus animi motibus excipiunt; Neq; mirum, propterea quod animi omnes affectiones id habent ſibi peculiare, vt in calorem, & ſpiritus agant, extra, vel intra pellendo, & vna cum ſpiritu, atq; calore, totam ſanguinis maſſam, Timor enim introrſum, & ad principium, ſeu fontẽ qui cor eſt, reuocat, vnde refrigeratio eorum, quæ ſunt in corpore; ad cuius refrigerationem langueſcunt facultates omnes, F & actiones ipſius, animales, vitales, naturales; & in aliquibus hic idem calor natiuus ita refrigeratur, vt extinguatur; quod in triſtitia præcipuè accidit, licet aliquali diſcrimine; In timore nãq; rigor ſtatim efficitur, in triſtitia paulatim; in vno atq; altero fortitudo quædã etiã in dicendo adimitur, de qua Pindar.

Peculiarẽ animi affectionum.

Timoris affectus.

Triſtitię proprium.

*Timor virorum domitor adimit fortitudinem.*

hic idem timor aluum ſoluit ex Philoſopho, colorem mutat, & nil æq; magis vtero gerentes offendit. Ira oppoſitum præſtat à timore, calorem foràs agit, & fundit, atq; cum eo ſpiritum, & ſanguinem; hinc irati rubent, & irati prorumpunt quandoq; in carmen, amore cerebrum calefaciente, exiccante, G & inflammante, ad quod reſpiciens Iuuenalis cecinit,

In Problemat.

Irę propriũ.

*Si natura negat, facit indignatio verſum,*
*Qualemcumq; poteſt.*

Et ſi ira cuipiam obeſt, litteratis in primis, in quibus ſanguinẽ è propria compage diſiungit. Ceterùm in verecundia calor in principio vna cum ſanguine agitur intrò, poſtea refunditur; In gaudio mouetur extrorſum, ſine rubore, qui accidit in verecundia ob motum ſanguinis, & ſine feruore, qui contingit in in ira: In dolore ad intra pellitur in principio, vnde calor externus immutatur, homineſq; rigent, ac tremunt, in fine præcordia occupat, *Et premit altum corde dolorem*, ſcripſerat ille; eſt H autem dolor præcipuus quidam humani corporis tyrannus, in omnibus validus, ſed in pueris validiſsimus, de animi loquimur dolore; eſt enim grauiſsima animi perturbatio, cuius medicus, ſermo. Quæ cum ita ſint, natiuus calor ille eſt, qui maximoperè afficitur in huiuſcemodi animi affectibus, quos, iure perturbationes vocarunt Latini, eaſq; hi conſequuntur effectus; Ex timore, atq; triſtitia homines fiunt Melancholici, quorũ argumentum ex Hippocrate ipſamet mœſtitia, & timor; ex ocio, deſidia, nullaq; cogitatione pituitoſi, nimia in huiuſcemodi vitæ genere humiditate

Ira eſt litteratorum inimica.

Dolor quid.

Doloris medicina.

Timoris atq Triſtitię affectus Ocij. Gaudij.

tate scatēte; ex dolore, & excedenti gaudio, multi suffocātur, & A
intereunt, calore in hoc effugiente, in illo ad intima reuocato; id
quod sciens Gal. *Mors*, inquit, *aduentat cũm alijs, tum in pusil lanimis, magnanimi enim non succũbunt*, sed recinũt eum Poēta.

Lib. 5. de loc. aff. cap. 2.

*Perpetere ò cor, nam longè grauiora tulisti.*

Animi accidentium affectus.

Ab his ipsis animi perturbationibus oriuntur animi deliquia, & alui deiectiones inuoluntariæ; In mulieribus verò, quæ vtero gerunt, abortum faciunt eędem, vel fœtus producunt imbecilliores, quo nomine sanciuit Philosophus, *Vterogerentes nullo grauiore animi accidente conflictandas*: Ijdem animi affectus senes magis, quàm iuuenes offendunt, & citiùs moriuntur, ob tenuitatem scilicet natiui caloris, Aristoteli si fides proprio loco adhibenda: B

In Polit.

Lib. de iuuentute & senec.

Pudor etiam valet officere, mortemq; inducere, vt de Homero legimus, & Aristotele summo philosophorum; Hic enim scribente Gregorio Nazianzeno, insigni Theologo eum soluere nesciret propositam quæstionem de cuiusdam fluminis incremento, & decremento, contabuit; ille propositam, quoq; sibi quæstionem dissoluere cum non potuerit, de peticulis, vt aiunt captis, vel minus captis, mortuus est. Verùm dimissis nugis, magna est pudoris potentia, tum in alijs, tum in virginibus, quæ pessum præ pudore iēre. Ira plerosq; duxit ad apoplexiam, ex qua mortui sunt; Inuidia plurimùm homini nocet, inter ceteraq; Pindaro auctore permutare solet rerũ prosperum successum, eius verba hęc sunt, C

Aristotelis mors.

Homeri mors.

Pudoris affectus.

Φθονὸς ἀμείβομενὸς τὰ καλὰ ἔργα.

idq; boni habet inuidia, Inuidi puniuntur propria noxa; vnde ille. *Inuidia hoc solum bonum inest, quòd maximum malum est habentibus*; verum quod malum? Poēta philosophicus dixit tormentum; Cyprianus vulnus, vulnus tabificum obseruaui ab alijs; neq; mirum, quandoquidem in Inuido color pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor; Galenoq; auctore, ***Inuidia siccitatem inducit***, de qua Poēta

Inuidiæ effectus

De zelo, & liuore.

*Inuidus alterius macrescit rebus opimis.*

ceterùm vt alter, Melior est miseratione inuidia, vel si cecinerint Pindarus. *Inuidiam virtutem, & gloriam semper comitari, vt vmbra corpus.* Huius etiam generis prauitas animi, & iniquitas existunt, corpus, animumq; detorquent, quiq; sic affecti sunt, perpetuò se ipsos lacerant. Sed quid de amore dicendum? quid mali affert Vrbanis, & quomodo? dicam cum Plauto, repetam cum Ludouico Ariosto, si lere Ferrariensium, habet Plautus.

Prauitatis animi noxa.

*Credo ego amorem apud homines carnificinam commētum,*
*Hanc ego de me coniecturam domi facio, ni foras quæram,*

Amoris effectus & affectus.

Qui

E *Qui ões homines supero & anti deo cruciabilitatibus animi;*
*Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser,*
*Exanimor, feror, differor distrahor, diripior, ita nullam mentem*
*Animi habeo Vbi sum, ibi non sũ, vbi nõ sum ibi est animus,*
*Ita mihi ingenia õnia sũt quod lubet nõ lubet, nõ iam id cõtinuò,*
*Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit,*
*Raptat, retinet, iactat largitur, quod dat non dat, deludit,*
*Modò quod suasit dissuasit, quod dissuasit id ostentat;*
*Maritumis moribus mecũ expetitur, ita meũ frangit amantem*
*Animũ; neq; nisi, quia miser, ne eo pessum, mihi nulla abest*
*Perdito pernicies.*

F Hi sunt amoris effectus, atq; affectus, qui cum insanus sit, ita canente Ariosto.

*Perche amor non è altro ch'insania.*

pro viribus euitandus,

*Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo.* — Amoris noxa.

& quamuis vrbanis animi ferè omnes obsint affectiones, amor tamen in primis. vt qui sapientiæ plurimùm aduersetur, moribus, atq; humoribus, hos agitando, corrumpendo illos. Animi tamen huiusmodi affectiones, etsi mala tot pariant, aliquæ sunt, quæ aliquibus conducunt, Tristitia, exempli gratia obœsis, vt quibus corpus sit maximè plenum, inaniendiq; vim habeat insensibiliter tristitia; Conducit etiam ijs, qui spiritus habent mobiliores, calidiores, & euolantes ad extra, ea namq; calore facto debiliore, obtusioreq; spiritus refrenantur, atq; consistunt, Paulo, si tamen credimus, Aëtio, & Rasi; Ira quoq; confert nõnullis morbis animalibus, qui à morbis frigidis, & natura frigidiore, corde, capiteq; frigido emanant; Innatum siquidem torpescentem calorem exuscitat, & adauget; Ita Galenus, ita Hippoc. nos docuèrunt; Nam licet nonnulli sani sint, qui animi morbis pertentantur, faciliùs tamen in morbos labuntur, & pauci sunt, qui ex illis ipsis à grauioribus conualescant: Cauendi ergo, & præcauendi animi affectus, vt corporis præcauentur, siq; præcaueri non possunt, attemperandi, si verum, vti verissimum quod ducet philosophia,

G (margin: Tristitia qui bus prosit. Lib. 1. c. 52. Lib. 2. c. 32. Lib. 4. cap. 9. ad Alman. Iræ vtilitas. 4. epid. 5. 2. epid. 4.)

H (margin: Horat. in Epistol.)

*Nemo ad eo ferus est, vt non mitescere posit,*
*Si modò cultura patientem commodet aurem.*

DE

# DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE METHODVS

*NOVA, PARVA, ET ACCOMMODATA,*

## SECTIO TERTIA.

*De recto vsu, & apparatu specifico eorum, quæ specificè humano corpori prosunt, penès vniuersam diætam, seu victus rationem, per cibum præcipuè, ac potum; cum alijs rebus ad eam spectantibus, atq; Dioclis Epistola ad Regem Antigonum, ab Auctore comentata in gratiam quoq; vulgarium tuendæ valetudinis, pro quolibet anni tempore, & constitutione.*

IOSEPHO PHAVORINO FABRIANENSI AVCTORE.

*ARGVMENTVM.*

*BONA valetudo, quam in Vrbanorum gratiam tuendam suscepimus, cum non solùm eorum in terris maius sit bonum, sed, Plutarcho auctore, diuinum, scribente libello de Tuenda. Verissimè quis dixerit bonam valetudinem maximè diuinum, blandissimumq; esse condimentum, quia scilicèt cibi assi, elixi, coctiq; bis, qui morbo laborant, aut crapula grauantur, quiuè stomacho nauseant, nullam afferunt, neq; voluptatem, neq; iucunditatem. Quomodo diuinum hoc condimentum seruari nunc possit, ex recto vsu eorum, quæ specificè humano corpori prosunt, breuissima oratione definire in præsenti sectione tentabimus: Cum igitur ea, quæ prosunt, non vnius sint generis, verùm ad sex illa capita redigantur, de quibus hactenus in superiore tractauimus, ad aërem; cibum, & potum; somnum, & vigiliam; motum, & quietem; inanitionem, & repletionem, vocataq; à nobis animi accidentia; Inanitione dumtaxat, in hac sectione omissa, de qua in sequenti vberiùs, & ex ordine differemus, de omnium recto specifico vsu, & apparatu in Vrbanorum gratiam peragèmus; ea tamen lege, qua Vrbani voluptuosam, & iucundam traducentes vitam, possint in lauta quoq; victus ratione, in optimo bonæ valetudinis gradu sese tueri. Rectum ergo vsum rerum non naturalium, vniusq; præcipuè cibi, & potus Vrbanis omnibus, pro temperamentorum diuersitate accommodabimus; Ac ne vulgares, & plebei de nobis querantur, Dioclis Epistolam ad Regem Antigonum explanabimus, qua duce valeant, & ipsi, per quatuor anni tempora, benè viuere, & lætari.*

*Huiusce*

E

*Huiusce cum superiori sectione, prima, & secunda continuatio; Aëris conditio pro temperatis qualis; Temperati, & boni natura, vsus, atq; necessitas; electio, & parandi modus; Cur aër temperatus homini præcipuè conueniat; Vtq; calidior, & siccior facillimo vel negocio valeat emendari, ad temperiemq; reduci, sic, & frigidior, aliterquè excedens.*

*Cap. I.*

F SANITATEM, à Galeno definitam, per naturalem dispositionem, qua duce suis vnusquisquè probè, & secundùm naturam fungitur muneribus, conseruari ex cognitione sui ipsius, vt dictum in priori sectione, nec non eorum, quæ prosunt, & obsunt, vt in secunda conscriptum, satis, superquè vnicuiquè notum. Ceterùm quoniam sanitas ipsa, cum in alijs, tum in vna collocata est æquali, vel inæquali, non tamen excedenti modum, temperatura, humorumquè omnium symmetria, siue proportione; alijs, quæ ad sanitatem concurrunt, in præsenti depositis; veluti partium dissimilarium compositione iuxtà numerum conuenientem, magnitudinem, figuram, & situm; atquè similarium, & dissimilarium vnitate (ex his enim tribus naturaliter dispositis, similarium temperie, dissimilarium compositione, & vtrarumquè vnitate sanitas insurgit) Nos Vrbanorum gratia, quomodo sanitas tuenda, penès dispositionem ex similaribus pendentem, ac proinde corporis vniuersi temperiem æqualem, vel inæqualem, vt dictum est, disseremus; hanc si quidem facillimè noscunt Vrbani, hanc quàm facillimè consequuntur, hanc præterquamquòd facillimè quoquè amittunt: Cognitione igitur habita vtriusquè, comparanda ex proprijs signis in priori sectione allatis; Corpus in prima sui diuisione, cum sit temperatum, vel intemperatum, de aëre agemus, vtriq; conuenienti; Temperato ergo in quolibet anni tempore, ac tempestate temperatus conueniet, ea vel sola ratione, qua stabilitum, simile à simili conseruari; & de hoc ipso Auicennas loquutus, *Aër, inquit, quidem optimè temperatus, & clarus, cui nihil prorsus admixtum est materia aliena, quæ tota substantia spiritus temperaturæ contraria sit, sanitatem non efficit tantùm, sed etiam conseruat;*

Sanitas vt cõseruetur.

Vbi conseruetur.

G Gal.lib. 1. de Tuenda cap. 1.

Vt amittatur

H Aër pro temperatis.

2. primi doc. 2. dum. 1. c. 2.

*conseruat; contrarius verò effectus producit contrarios* neq; immeritò, propterea quòd est alimentum animantium, & maximè ad vitam necessarium, vnde aura vitalis à poëta vocatum; quamobrem tam Vrbanorum, qui assueti sunt in aëre temperatiore commorari, quàm alij omnes, qui vitam salubrem, traducere concupiscunt, de optimo, ac temperato aëre debent esse solliciti; optimus autem est, si duas habeat conditiones, prior sit temperatus, altera purus; temperatus extiterit, quotiescumq; remotus erit, a quocumq; primarum qualitatum excessu, calido, frigido, humido, sicco; hic enim oblectat, mulcet, ac temperat, de quo loquens Galenus, scripsit. *Idem de aëre iudicandũ, quem optimũ in pulmones trahere omnibus iuxtà salubre est &c. Optimum autem*, inquit, *aerem censeo, qui prorsus sit purus, eiusmodi autem fuerit, qui nec stagni, nec paludis halitu sit perturbatus, neq; ex profundo specu pestilentem auram spirante infectus, nec qui ex cloacis, quæ magnam aliquam vrbem, aut numerosum exercitum purgent, nec qui ex animalium, olerum, aut leguminum putredine, aut fimo coinquinatur, nec qui ob stagnum, vel flumen vicinum nebulosus est, nec qui editis vndiquè montibus, in cauo loco clausus nullum recipit perflatum*: Declarans autem Galenus, qualis sit aër huiusmodi, *Suffocatus enim*, inquit, *putrisq; est, qui in domibus quibusdam est inclusus, in quibus ob putredinem, & perflatus defectum plurimus aceruatur situs*. Hæc de aëris bonitate Galenus, pro temperatis, quo cum repetendum, quòd veluti aer temperatus temperatis conducit, sic purus eisdem idoneus existimatur; temperatus iterum erit, si naturam sapiat Veris, quod licèt calidum, & humidum, aliarum tamen anni partium respectu temperatum, proportionatumq; cum humano est temperamento, hinc Ver dictum ab Hippocrate saluberrimum pro tuenda valetudine, & pro arcendis morbis minimè exitiale: humana enim natura, ceterarum animantium respectu, temperata cum sit, verna gaudet temperie; id quod videns Hipp. *Hæc igitur*, inquit, *anni pars maximè iuxtà naturam homini propria est, cuius bona valetudo, quoniã in sanguine collocata est, eòq; temperato, in quo nullus adsit excessus aliorum humorum, sanguis Vere temperatus est*. Enitendum igitur, aerem incolere temperatum, atq; vt diximus, purum; hic autem est, lucidus, non turbidus, nebulosus, aut obscurus, sed editus, excelsus, ad orientem spectans, vel septētrionē suaue olens, propè amœnos hortos, & viridaria: Niq; hic à natura existat, arte parandus; Nam veluti aer mutatur à cælestiũ corporum motu, atq; positione, ventorum natura, & rebus terra nascentibus

Margin notes:
- Aeris necessitas ad vitã.
- Aeris boni conditiones.
- Lib. 1. d Tuẽda cap. 10.
- Aer optimus quis.
- Aer prauus quis.
- Aer temperatus quis. Gal. 1. de Tẽperam.
- Natura humana temperata.
- Lib. de Natura Humana.
- Aer purus quis.
- Aer à quibus mutatur.

A B C D

nascentibus, putrescentibus, fumis, ac terræ halitibus, vel exhalationibus, ita humana permutatur industria, lignis accensis, odoribus, suffitibus, frondibus, floribusq; in terram dispersis, disseminatis, atq; diffusis, pro huius, aut illius generis natura; Quum itaquè aër, qui nos ambit, ad aliquem inclinat, primarum, aut secundarum qualitatum excessum, vel vtrarumq; (vnde fit, vt lucidus nimis, & calidus corpus relaxet, lædatq;, vt dictum, frigidus verò, & obscurus adstringat, ex quorum altero dissipatio caloris natiui, & prohibitio diffluuij excremētorū emanat) Quicumq; se ipsum in bona conseruare voluerit valetudine, de aëris comparanda sibi temperie debet esse sollicitus; Intelligentibus nobis, aëris temperati, ac boni nomine tria, præsentem scilicet aëris statum, temperatum; Regionem, in qua degimus temperatam; & anni tempus temperatum, quæ attendere debent vrbani, quibus temperatum est corpus; quamobrem si aër, fuerit in excessu calidior, & siccior, frigidiorem, humidioremq; sibi eligere studebit; eliget autem, si domum cum Galeno per æstatem iubeat parari subterraneam, & ad septentrionem versam, quam inhabitet, ac pauimenta illius assiduo mandet humore aspergi, vt ex Euripio aliquo aura inspiret machinans. Dicamus nos fusiùs; Calidior, & siccior attemperandus aër, euentilatione, per ventilabrum sibi parata, blandè, tamen, ac lentè, poscha frequentiùs in habitationis loco inspersa, frondibus item populi, salicis, vitium capreolis, hirundinis folijs, & summitatibus, stillicidio aliquo ex frigida, ab alto cadente, siue quod Rasis fuit inuentum, & à me sæpiùs vsurpatum) linteolis poscha madentibus, vel aqua etiam violacea, rosacea, de nimphea, & huius generis, in cubile, aut circa lectum appensis; egoq; pro nobilibus his vti soleo.

*Aeris intemperati noxa.*

*Aeris boni nomine quid accedat.*

*Lib 9. Meth. ca. 14.*

*Aer calidior & siccior est corrigendus.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Aquæ violatæ lib. XV.* | *Misce infundātur linteoli refrigerantibus omnibus, & suspēdantur in parietibus domus, cubiculi, vel habitationis; quorum omniū loco satis quoq; erit poscha vberior, acetū, & aqua.* |
| *Aceti optimi lib. III.* | |
| *Vini albi odorati lib. II.* | |
| *Sandali citrini vnc. I.* | |
| *Trocisc. de cāphora vnc. med.* | |
| *Campboræ dragmam II.* | |

vel sterni præcipio in pauimento rosarum folia; lactucæ nimphee violariæ frondes, & summitates quercus, cydoniorum folia, myrthi, salicis, atque similia, quibus gaudent loca irrigua, & aquosa. Ceterùm si calidior tantùm sit aër huius remittenda caliditas, per suaue olentia, poma, pyra, frustratim incisa, & variis cubiculi locis inspersa; neq; suffitus locum non habent, qui recipiunt summitatem citri vnciam mediam, florum viola-

*Calidior tantum, vt corrigendus.*

*Suffitus.*

E innatiq; caloris refrigerationem, & ob fuliginum, excrementorumq; à corde eductionem; Hæc autem duo fiunt, per inspirationem, & expirationem; ita vt nisi aer, qui inspiratur, sit optimus, non solùm spiritus, & calor innatus labefactatur, sed cordis temperatura mutatur, & læditur, vnde improuisæ mortes, & subitaneę, quę ni subsequãtur, ætas, ac temperamentum plurimùm vitiatur, quid? quod? animi mores, vel si dixerit ille, Mors improuisa vnde.

*Cælum non animum mutat, qui trans mare currit*,

nostrorũ etenim corporum trasmutationem, seu constitutionem aer immutat, vel qualitatibus primis, vt dictum, vel materia, vt si crassior sit iusto, tenuior, aut inquinamentis terrarũ exhalationum conspersus, vel repentina, & insolenti mutatione, quomodocumq; fiat ab astris, à ventis, vel horum ipsorum transitu, per loca niuosa, maria, stagna, flumina, siluas, & arenosas planities, per quas trasferantur; id quod experietur, quis quis rapidam faciet, ex tranquillo aere, in procellosum, & ventorũ incursionibus periãctatum immutationem; & propterea fugiendus vrbanis aër, siderum vi per vapores exagitatus, per ventos insalubres, niues, tempestates, turbines, fulgura, fulmina, tonitrua, grandines, pluuias, terræmotus, iũdationes, ęstusq; marinos; & ni aër hic vitiatus euitari posit, corrigendus pro viribus, quemadmodum hactenus definiuimus: Et quod de aere dicimus, illud idem de locis, ac regionibus repetimus, temperatum pro temperatis, intemperatum, & oppositum pro intemperatis mãdantes aerem. Quod enim scripsit Hipp. 3. Aph. huc spectat *Aetatum*, scilicet, *ha quidẽ ad astatem, ha verò ad hyemem benè, malèue se habent*; id quod repeters libro de humoribus. *Quantum verò*, inquit, *ad regiones, ætates, & victus rationem, et alias morborum constitutiones, alia ad alias benè, aut malè se habeat. & ætates ad tempora regiones, victus rationem. & morborum constitutionem, & in temporibus victus, & cibi, & potus qualitatem suam requirunt; nam hyems ab operibus ocium habet, & qua in corpore ingeruntur matura, ac simplicia postulat, magnum enim, & hoc est: Autumnus autem laboribus deditus, sub insolationibus potus frequentes sunt, cibi incostantes & arborum fructus, & vina*. Ex quibus Hippocratis verbis. Duo (inquit Ioannes Marinellus, qui Hippocratem per Hippocratem interpratari aggressus est) sunt accipienda, Naturam scilicet primùm non intelligi oportère solam temperaturam hominis simplicem, vel compositam, verùm & humores (quẽadmodũ in principio huiusce tertiæ sectionis, & in fine prioris conscripsimus) et partes, & habitus corporis, & alia, quæ aut sunt partes naturales, aut earum naturam comitantur, vt robur, ætas

Marginal notes: Aër immutat corpus. — F — Aëris immutatio vnde. — Aër qui fugiendus vrbanis. — G — Aphor. 2. — H — In Aphoris. Comment. — Natura hominis quid.

E in acetum acerrimum immittendi, apperto in lebete, in acetoq; decoquenda prius ruta, faluia, rofmarinum, baccarum lauri, iuniperi, cupreffi, & fimilium, permittendumq; vt fumus, & vapor per cubiculum diffundatur; Pro ditioribus autem parari poteft candela ex cera rebus aromaticis admixtis, calidis, vel frigidis, vel pro ratione temporis, & instituti. Aqua tamen rofacea, & acetum ad vncias quatuor pro quolibet, camphora ad dragmas fex, theriaca ad mediam, fimul omnibus diffolutis, inclufifq; in phiala vitrea, fæpius agitatis, & naribus admotis præfentaneum funt remedium aduerfus aëris contagium; Hyeme addi poteft Mofchus, & Zibettus, æftate penitùs abftinendũ, F præcipuè in mulieribus vteri gratiâ, vel fuffocationis, in quam, propter odores labuntur; Ignis ex Fraxino, Plinio auctore, vim habet arcendi non folùm aërem venenatum, fed ferpentes aliaq; animantia venenata quæ aerem inficiunt: vbi ergo Vrbanus degens ruri pertimefcat aëris contagium, ex venenatorum animantium præfentia, fic præftò erit, Demum præcipiat huiufcemodi ligni fafciculis, & frondibus circumagi; experientia namq; compertum, in ignem potiùs, quàm huius arboris partes vllas venenata quæcumq; animantia fefe præcipitare.

Aër contagiofus, vt cor rigendus.

Cãdela emẽdans aëris vitium.

Vitrea fiala.

Lib.3.cap.13

Ruri, vt aer. contagium emendand.

G *Vnum eundemq; cibum, & potum nequaquam omnibus conuenire, fed temperatum temperatis, intemperatumq; intemperatis, ex Hippocratis doctrina oftenditur. Quæ ad temperiem alimenta accedant, infinuantur, panis in primis, & Animalium carnes, volatilium, terreftrium, aquatilium.*

Cap. III.

POST aëris electionem, quoniam nihil æquè tuendo corpori magis eft neceffariũ, quàm cibus, & potus, de vno, atq; altero differemus; Vnum igitur in primis cibum, & potum omnibus non conuenire, pro comperto recipiendum; latitudo enim fanitatis ampla cum fit, veluti temperatis temperata conueniunt, fic intemperatis intemperata, eaq; oppofita, vt de aëre dictum; hanc autem veritatem cognofcens Hippoc. vel Polybius. *Optima*, inquit, *ac temperata natura temperatis gaudet & conferuatur, & exceffus temperaturarum, quæ adhuc intra fanitatis latitudinem continentur contrarijs coërcere, & retundere, ne in morbos increfcant, oportet.* Hac itaq; veritate conftituta cibus, & potus temperatis accomodatus

Lib. de Diæta.

tus debet esse alimentosus, qui facillimè corpori nutriendo assimilatur, atq; sub hoc censu pauciora seruatur, Oribasio tamen auctore. Panis benè subactus, & fermētatus, benè coctus, carnes Gallinarū, Phasianorum, Perdicum, Columbarum, Turturum, Turdorū, Merularum, Attagenarum, & omnis generis auicularum carnes, vitulinæ quoq;, veruecinæ, oedinæ, Pisces saxatiles, littorales, pelagij, gobij, murenæ, & omnium, qui neq; lentorem, neq; foetorem edendo apportant; ficus etiam inter fructus maturæ; seris ex agrestibus oleribus, lactuca, condrilla, & præter hæc ptissanæ cremor, amigdalæ expressæ, pereolatæ, mel, lac, & & oua sorbilia; Vinum præterea flauum, dulce, perlucidum; quæ omnia temperata magis cum sint, temperatis conueniunt; non tamen iudicibus nobis, temperata sunt vina, ab Oribasio proposita, Aruisium, Lesbium, Falernum, ac Tmolite; quum temperata magis sint, quæ nostra tempestate magister artium venter excogitauit, castrata nimirum, cum alijs validioribus admixta, de quibus alias. Verùm de cibis modò, Panis, de quo Philosophus, Homines multo tempore absq; fastidio solo pane viuere possunt, esse debet ex tritico, flauo, denso, graui, mundo, benè fermentato, subacto, & in clibano igne moderato percocto: At de panis conficiendi ratione alibi scriptum: Panis edendus est recens, non tamen calens, & nuper extractus à furno, neq; vetus, hic enim propter siccitatem difficiliùs coquitur, ille humidior est; neq; commendatione dignus nisi, propter odorem, & restaurationem, quæ ab odoribus potest oriri: Recens itaq; esse debet vnius, aut alterius diei, aut ad summum tertij, qui optimè nutrit, & à corpore alteratur: Signum verò peroptimi panis est, vt sit oculatus, arguit namq; bonam fermentationem, & leuitatem: Quò ad salis miscelam, pro humidioribus, & obœsis paulò magis sit oportet salitus, pro siccioribus, & gracilioribus minus: Quò ad furfur, qui adstrictiori sunt aluo, & modico egent alimento, furfuraciore vtantur, qui aluū habent molliorē, magnoq; indigent alimento, furfuraceo minus vtantur; Furfuraceus enim faciliùs descendit, & minus grauat; Sit ergo, vt paucis dicamus cum Auicenna panis mundus, salitus, bellè subactus fermentatus probè coctus, & externus, hoc est post biduum non repositus. De carnibus hoc scire satis est, Gallinarum carnes tēperatis accōmodatissimas, aliasq; omnes excellere, vim etenim habent cum iusculis corrigendi quemcūq; intemperiei excessum; & leporosis earum iura conducunt; nam præterquamquòd facillimè concoquuntur, in laudatum vertuntur sanguinem, excitant appetentiam, molliunt aluum, & citra controuersiam omni ætati, tempori, & regioni sunt commendatæ, vt de capis dicendum

Alimenta tēperata quæ.

Vbi supra.

In problem.

Panis optimus quis.

In libello proprio.

Panis boni conditiones.

Optimi panis signa.

Panis furfuraceus.

Panis optimi conditiones.

Carnes temperatæ.

A

B

E cendum, qui fortasse præstantiores gallinis, tum quia oua non pariunt, vnde virtus nutritiua in capis validior, tum quia minus excrementosi: Paruarum tamen pullarum caro, atque pullorum, qui venerem non sunt experti, delicatioribus, valdè accommodatur, quemadmodum auium omnium carnes; neq; de his plura dicemus, cum in nostra GALLILOGIA plurima, & adamussim scripserimus. Phasianorum caro, veluti succi bonitate, & iucunditate alias antecellit, & ipsas quoq; Gallinas, sic paululùm à temperie declinat, est enim calidior carne gallinarū, & siccior, vnde humidioribus aptior, & frigidioribus, quamuis inter temperatas reponatur, de qua Poeta Martialis

Caro pro delicatis.

Auctoris liber.

Phasiani caro.

F *Ante mihi notum nil, nisi Phasis erat.*

Perdicum carnes inter suaues, & delicatas censentur; nam laudabilem, & copiosum afferunt alimentum, & medij sunt temperamenti absq; vllo excremento, & ob facilem coctionem, attenuantemq; facultatem ventriculis cōferunt humidioribus; vitiosos enim, & corruptos absumunt humores, & multa præstant, quę à Galeno quærantur: Columbarum carnes, pullorum tamen probitate succi, & coctionis facilitate siluestres præstant, calidiores sunt, quàm temperies requirat, Galenus probat turritos, etsi Arabes non multùm cōmendent; ars tamen quia potest corrigere, temperatis accommodatæ; multò laudabiliores sunt Turtures; nam temperatiores, & ijs, Galeno auctore, qui nō exercentur idoneę; licèt verò ad aliquam declinent duritiem, ars corrigit, fribilitatemq; inducit, si die vna, vel altera post occisionem parentur; Turdi hoc habent, quòd maximè alunt, primamq; inter aues gloriam reportant; vnde Flaccus.

Perdicum caro.

Lib. 3. de Alim. fac. cap. 18.

Columbarū caro.

Turturum caro.

*Nil melius Turdo, nil vulua dulcius ampla.*

humidioribus tamen, quàm siccioribus turdorū caro aptior, vnde elixi nō minus quàm assi comedi possunt, excrementis carēt, & stomacho humidiori assi quoq; sunt vtiles: Merularum caro turdorum carnem insequitur, & si durior existat, & siccior, ac proinde melancholica, iuniorum tamen, haud vetustiorum probatior, neq; auctor Scholæ Salernitanæ commendandus, qui merulas plurimùm commendare videtur: Attagenæ, quæ Francolini iudicantur Ionici, carnes habent delicatissimas, facilis coctionis, sapidas, & palato gratas, hinc ille.

Turdorū caro.

Merularum caro.

Attagenarū

*Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum*
*Gustus Attagenarum.*

Martialis.

Probātur etiam inter aues carnes Alaudum, quas Dioscorides suaues, & frugi succum dixit largiri; sunt verò aues illæ, quæ Taragaolæ à Perusinis vocantur: Conturnicum caro illaudabilis

Alaudum.

non

*conseruat; contrarius verò effectus producit contrarios* neq; immeritò, propterea quòd est alimentum animantium, & maximè ad vitam necessarium, vnde aura vitalis à poëta vocatum; quamobrem tam Vrbanorum, qui assueti sunt in aëre temperatiore commorari, quàm alij omnes, qui vitam salubrem, traducere concupiscunt, de optimo, ac temperato aëre debent esse solliciti; optimus autem est, si duas habeat conditiones, prior sit temperatus, altera purus; temperatus extiterit, quotiescumq; remotus erit, a quocumq; primarum qualitatum excessu, calido, frigido, humido, sicco; hic enim oblectat, mulcet, ac temperat, de quo loquens Galenus, scripsit. *Idem de aëre iudicandū, quem optimū in pulmones trahere omnibus iuxtà salubre est &c. Optimum autem*, inquit, *aerem censeo, qui prorsus sit purus, eiusmodi autem fuerit, qui nec stagni, nec paludis halitu sit perturbatus, neq; ex profundo specu pestilentem auram spirante infectus, nec qui ex cloacis, quæ magnam aliquam vrbem, aut numerosum exercitum purgent, nec qui ex animalium, olerum, aut leguminum putredine, aut fimo coinquinatur, nec qui ob stagnum, vel flumen vicinum nebulosus est, nec qui editis vndiquè montibus, in cauo loco clausus nullum recipit perflatum*: Declarans autem Galenus, qualis sit aër huiusmodi, *Suffucatus enim*, inquit, *putrisq; est, qui in domibus quibusdam est inclusus, in quibus ob putredinem, & perflatus defectum plurimus aceruatur situs*. Hæc de aëris bonitate Galenus, pro temperatis, quo cum repetendum, quòd veluti aer temperatus temperatis conducit, sic purus eisdem idoneus existimatur; temperatus iterum erit, si naturam sapiat Veris, quod licèt calidum, & humidum, aliarum tamen anni partium respectu temperatum, proportionatumq; cum humano est temperamento, hinc Ver dictum ab Hippocrate saluberrimum pro tuenda valetudine, & pro arcendis morbis minimè exitiale: humana enim natura, ceterarum animantium respectu, temperata cum sit, verna gaudet temperie; id quod videns Hipp. *Hæc igitur*, inquit, *anni pars maximè iuxtà naturam homini propria est, cuius bona valetudo, quoniā in sanguine collocata est, eòq; temperato, in quo nullus adsit excessus aliorum humorum, sanguis Vere temperatus est*. Enitendum igitur, aerem incolere temperatum, atq; vt diximus, purum; hic autem est, lucidus, non turbidus, nebulosus, aut obscurus, sed editus, excelsus, ad orientem spectans, vel septetrionē suaue olens, propè amœnos hortos, & viridaria: Niq; hic à natura existat, arte parandus; Nam veluti aer mutatur à cælestiū corporum motu, atq; positione, ventorum natura, & rebus terra nascentibus

[Margin notes: Aeris necessitas ad vitā. — Aeris boni conditiones. — Lib. 1. dē Tuē da cap. 10. — Aer optimus quis. — Aer prauus quis. — Aer temperatus quis. Gal. 1. de Tē peram. — Natura humana temperata. — Lib. de Natura Humana. — Aer purus quis. — Aer à quibus mutatur.]

[Right margin letters: A, B, C, D]

E nascentibus, putrescentibus, fumis, ac terræ halitibus, vel exhalationibus, ita humana permutatur industria, lignis accensis, odoribus, suffitibus, frondibus, floribusq; in terram dispersis, disseminatis, atq; diffusis, pro huius, aut illius generis natura; Quum itaquè aër, qui nos ambit, ad aliquem inclinat, primarum, aut secundarum qualitatum excessum, vel vtrarumq; (vnde fit, vt lucidus nimis, & calidus corpus relaxet, lædatq;, vt dictum, frigidus verò, & obscurus adstringat, ex quorum altero dissipatio caloris natiui, & prohibitio diffluuij excremētorū emanat) Quicumq; se ipsum in bona conseruare voluerit valetudine, de aëris comparanda sibi temperie debet esse sollicitus; Intelligentibus nobis, aëris temperati, ac boni nomine tria, præsentem scilicet aëris statum, temperatum; Regionem, in qua degimus temperatam; & anni tempus temperatum, quæ attendere debent vrbani, quibus temperatum est corpus; quamobrem si aër, fuerit in excessu calidior, & siccior, frigidiorem, humidioremq; sibi eligere studebit; eliget autem, si domum cum Galeno per æstatem iubeat parari subterraneam, & ad septentrionem versam, quam inhabitet, ac pauimenta illius assiduo mandet humore aspergi, vt ex Euripio aliquo aura inspiret machinans. Dicamus nos fusiùs; Calidior, & siccior attemperandus aër, euentilatione, per ventilabrum sibi parata, blandè, tamen, ac lentè, poscha frequentiùs in habitationis loco inspersa, frondibus item populi, salicis, vitium capreolis, hirundinis folijs, & summitatibus, stillicidio aliquo ex frigida, ab alto cadente, siue quod Rasis fuit inuentum, & à me sæpiùs vsurpatum) linteolis poscha madentibus, vel aqua etiam violacea, rosacea, de nimphea, & huius generis, in cubile, aut circa lectum appensis; egoq; pro nobilibus his vti soleo.

Aëris intemperati noxa.

F Aëris boni nomine quid accedat.

Lib 9. Meth. ca. 14.

G Aer calidior & siccior est corrigendus.

| | |
|---|---|
| ℞. *Aqua violata lib. XV.* | *Misce infundatur linteoli refri* |
| *Aceti optimi lib. III.* | *gerantibus omnibus, & suspē-* |
| *Vini albi odorati lib. II.* | *dantur in parietibus domus,* |
| *Sandali citrini vnc. I.* | *cubiculi, vel habitationis; quo-* |
| *Trocisc. de cāphora vnc. med.* | *rum omniū loco satis quoq; erit* |
| *Campphora dragmam II.* | *poscha vberior, acetū, & aqua.* |

vel sterni præcipio in pauimento rosarum folia, lactucæ nimphee violariæ frondes, & summitates quercus, cydoniorum folia, myrthi, salicis, atque similia, quibus gaudent loca irrigua, & aquosa. Ceterùm si calidior tantùm sit aër huius remittenda caliditas, per suaue olentia, poma, pyra, frustratim incisa, & variis cubiculi locis inspersa; neq; suffitus locum non habent, qui recipiunt summitatem citri vnciam mediam, florum viola-

Calidior tantum, vt corrigendus.

Suffitus.

E innatiq; caloris refrigerationem, & ob fuliginum, excrementorumq; à corde eductionem; Hæc autem duo fiunt, per inspirationem, & expirationem; ita vt nisi aer, qui inspiratur, sit optimus, non solùm spiritus, & calor innatus labefactatur, sed cordis temperatura mutatur, & læditur, vnde improuisæ mortes, & subitanę, quę ni subsequãtnr, ætas, ac temperamentum plurimùm vitiatur, quid? quod? animi mores, vel si dixerit ille, Mors impro uisa vnde.

*Cælum non animum mutat, qui trans mare currit,*

nostrorũ etenim corporum trasmutationem, seu constitutionem aer immutat, vel qualitatibus primis, vt dictum, vel materia, vt si crassior sit iusto, tenuior, aut inquinamentis terrarũ exhalatio- Aër immutat corpus.

F num conspersus, vel repentina, & insolenti mutatione, quomodocumq; fiat ab astris, à ventis, vel horum ipsorum transitu, per loca niuosa, maria, stagna, flumina, siluas, & arenosas planities, per quas trasferantur; id quod experietur, quis quis rapidam faciet, ex tranquillo aere, in procellosum, & ventorũ incursionibus periactatum immutationem; & propterea fugiendus vrbanis aër, siderum vi per vapores exagitatus, per ventos insalubres, niues, tempestates, turbines, fulgura, fulmina, tonitrua, grandines, pluuias, terræmotus, i[illegible] ũdationes, æstusq; marinos; & ni aër hic vitiatus euitari possit, corrigendus pro viribus, quemadmodum hactenus definiuimus: Et quod de aere dicimus, illud idem de lo- Aëris immutatio vnde. Aër qui fugiendus vrbanis.

G cis, ac regionibus repetimus, temperatum pro temperatis, intemperatum, & oppositum pro intemperatis mãdantes aerem. Quod enim scripsit Hipp. 3. Aph. huc spectat *Aetatum, scilicet, hæ quidẽ ad æstatem, hæ verò ad hyemem benè, maleue se habent*; id quod repetens libro de humoribus. *Quantum verò*, inquit, *ad regiones, ætates, & victus rationem, et alias morborum constitutiones, alia ad alias benè, aut malè se habeat. & ætates ad tempora regiones, victus rationem & morborum constitutionem, & in temporibus victus, & cibi, & potus qualitatem suam requirunt; nam hyems ab operibus ocium habet, & quæ in corpore ingeruntur matura, ac simplicia postulat, magnum enim, & hoc est: Autumnus au-* Aphor. 2.

H *tem laboribus deditus, sub insolationibus potus frequentes sunt, cibi incostantes & arborum fructus, & vina*. Ex quibus Hippocratis verbis. Duo (inquit Ioannes Marinellus, qui Hippocratem per Hippocratem interpretari aggressus est) sunt accipienda, Naturam scilicet primùm non intelligi oportère solam temperaturam hominis simplicem, vel compositam, verùm & humores (quẽadmodũ in principio huiusce tertiæ sectionis, & in fine prioris conscripsimus) et partes, & habitus corporis, & alia, quæ aut sunt partes naturales, aut earum naturam comitantur, vt robur, In Aphoris. Comment. Natura hominis quid.

ætas

E in acetum acerrimum immittendi, apperto in lebete, in acetoq; decoquenda prius ruta, saluia, rosmarinum, baccarum lauri, iuniperi, cupressi, & similium, permittendumq; vt fumus, & vapor per cubiculum diffundatur; Pro ditioribus autem parari potest candela ex cera rebus aromaticis admixtis, calidis, vel frigidis, vel pro ratione temporis, & instituti. Aqua tamen rosacea, & acetum ad vncias quatuor pro quolibet, camphora ad dragmas sex, theriaca ad mediam, simul omnibus dissolutis, inclusisq; in phiala vitrea, sæpius agitatis, & naribus admotis præsentaneum sunt remedium aduersus aëris contagium; Hyeme addi potest Moschus, & Zibettus, æstate penitùs abstinendū, F præcipuè in mulieribus vteri gratiâ, vel suffocationis, in quam, propter odores labuntur; Ignis ex Fraxino, Plinio auctore, vim hebet accendi non solùm aërem venenatum, sed serpentes aliaq; animantia venenata quæ aerem inficiunt: vbi ergo Vrbanus degens ruri pertimescat aëris contagium, ex venenatorum animantium præsentia, sic præstò erit, Demum præcipiat huiusecemodi ligni fasciculis, & frondibus circumagi; experientia namq; compertum, in ignem potiùs, quàm huius arboris partes vllas venenata quæcumq; animantia sese præcipitare.

Aër contagiosus, vt corrigendus.

Cādela emēdans aeris vitium.

Vitrea fiala.

Lib. 3. cap. 13

Ruri, vt aer. contagium emendand.

G *Vnum eundemq; cibum, & potum nequaquam omnibus conuenire, sed temperatum temperatis, intemperatumq; intemperatis, ex Hippocratis doctrina ostenditur. Quæ ad temperiem alimenta accedant, insinuantur, panis in primis, & Animalium carnes, volatilium, terrestrium, aquatilium.*

## Cap. III.

POST aëris electionem, quoniam nihil æquè tuendo corpori magis est necessariū, quàm cibus, & potus, de vno, atq; altero disseremus; Vnum igitur in primis cibum, & potum omnibus non conuenire, pro comperto recipiendum; latitudo enim sanitatis ampla cum sit, veluti temperatis temperata conueniunt, sic intemperatis intemperata, eaq; opposita, vt de aëre dictum; hanc autem veritatem cognoscens Hippoc. vel Polybius. *Optima*, inquit, *ac temperata natura temperatis gaudet & conseruatur: & excessus temperaturarum, quæ adhuc intra sanitatis latitudinem continentur contrarijs coërcere, & retundere, ne in morbos increscant, oportet.* Hac itaq; veritate constituta cibus, & potus temperatis accomodatus

Lib. de Diæta.

E tendum,qui fortasse præstantiores gallinis, tum quia oua non pariunt, vnde virtus nutritiua in capis validior, tum quia minus excrementosi: Paruarum tamen pullarum caro, atquè pullorum, qui venerem non sunt experti, delicatioribus, valdè accommodatur, quemadmodum auium omnium carnes; neq; de his plura dicemus,cum in nostra GALLILOGIA plurimis, & adamussim scripserimus. Phasianorum caro, veluti succi bonitate,& iucunditate alias antecellit, & ipsas quoq; Gallinas,sic paululùm à temperie declinat, est enim calidior carne gallinarũ,& siccior, vnde humidioribus aptior, & frigidioribus, quamuis inter temperatas reponatur,de qua Poeta Martialis

Caro pro delicatis.

Auctoris liber.

Phasiani caro.

F *Ante mihi notum nil, nisi Phasis erat.*

Perdicum caro.

Perdicum carnes inter suaues, & delicatas censentur; nam laudabilem, & copiosum afferunt alimentum, & medij sunt temperamenti absq; vllo excremento, & ob facilem coctionem, attenuantemq;facultatem ventriculis cōferunt humidioribus;vitiosos enim,& corruptos absumunt humores,& multa præstant,quę à Galeno quærantur:Columbarum carnes, pullorum tamen probitate succi, & coctionis facilitate siluestres præstant,calidiores sunt,quàm temperies requirat, Galenus probat turritos, etsi Arabes non multùm cōmendent;ars tamen quia potest corrigere,temperatis accommodatæ; multò laudabiliores sunt Turtu-

Lib. 3. de Alim. fac. cap. 18.

Columbarũ caro.

G res;nam temperatiores,& ijs,Galeno auctore,qui nō exercentur idoneę;licèt verò ad aliquam declinent duritiem, ars corrigit, fribilitatemq;inducit,si die vna,vel altera post occisionem parentur; Turdi hoc habent, quòd maximè alunt, primamq; inter aues gloriam reportant; vnde Flaccus.

Turturum caro.

*Nil melius Turdo,nil vulua dulcius ampla.*

humidioribus tamen,quàm siccioribus turdorũ caro aptior, vnde elixi nō minus quàm assi comedi possunt,excrementis carēt, & stomacho humidiori assi quoq; sunt vtiles: Merularum caro turdorum carnem insequitur, & si durior existat,& siccior, ac proinde melancholica,iuniorum tamen,haud vetustiorum pro-

Turdorũ caro.

I batior,neq;auctor Scholæ Salernitanæ commendandus, qui merulas plurimùm commendare videtur: Attagenæ,quæ Francolini iudicantur Ionici, carnes habent delicatissimas,facilis coctionis,sapidas,& palato gratas, hinc ille.

Merularum caro.

Attagenarũ

*Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum*
*Gustus Attagenarum.*

Martialis.

Probātur etiam inter aues carnes Alaudum, quas Dioscorides suaues, & frugi succum dixit largiri; sunt verò aues illæ, quæ Taragnolæ à Perusinis vocantur: Coturnicum caro illaudabilis

Alaudum.

Perca laudata est, non modò facilis ad coquendum, sed quia saluberrimum gignit sanguinem: Proximus huic est linguacula Βὐγλωττος à græcis dicta: His accedit, inter saxatiles Luccius qui durioris liceet sit carnis, boni tamen elixatus est succi. Gobius non insuauis est, assusq; probatur magis; neq; est, vt alias piscium enumeremus species, quandoquidem, ad intemperiem omnes accedunt, neq; pro temperatis, quibus hoc caput dicauimus, accommodatæ.

Perca
Gal.4.de Al. facul.cap. 2.
Linguacula.
Luccius.
Gobius.

*Pro tuenda Vrbanorum valetudine conuenire Cibum paulò deteriorem, sed suauiorem, ex Hippocratis doctrina. Alimenta nonnulla temperata, pro temperatis insinuantur, Oua, Hordeum, Risum &c. Carnes venaticæ, & intemperata; quomodo per salsamentorum genera ad temperiem reducantur.* Cap. IV.

SIMPLEX victus ratio liceet omnibus, ex Plutarcho lib. de Tuenda tutissima sit; Vnde Galenus conscripsit, *Plurimum ad sanitatem facere, vnicum cibum sumere, & vnicum vinum bibere*; Quoniam tamen Vrbani gaudere possunt Hippocratico illo priuilegio, in quo sancitum, *Paululum, deteriorem cibum, & potum, quamuis deteriorem, suauiorem tamen, meliori præponi, & anteferri*; Decreuimus in eorum gratiam vagari per nonnullos cibos, & simplices, & compositos, siue multiplices, ac diuersorum generum, qui magis illis videntur accommodati; neue à temperatis adhuc recedat hic stilus, Gallinarum oua, quæ cum Gallis versantur, ad temperiem accedunt, eoq; sunt præstantiora, quò recentiora; vetustiora enim praua; ceterùm meliora fiunt, aut deteriora ex artificio; tremula namq; & ad ignem cocta omnium præstantissima, paulò minus elixa; in sartagine frixa, non dum tosta, butiro, minus adhuc sunt bona, frixa, & assa deteriora. Vitellum probatur, quia temperatum, de quo loquutus Auicennas dixit, tantùm nutrire, quantum ponderare; & Galen. plurimum dixit, quod est vtile, minimum, quod inutile, de pane itcm loquutus, & carnibus; Secus intelligens de fructibus, & oleribus. Albumen oui crassum, & viscidum est, recens tamen minus malum, sale, pipere, vel cinamomo conditum euadit melius; Oua quoq; Phasianorum, atq; perdicum iuniorum commendantur; Anatum, Anserum, & aliorum deteriora sunt. Ad temperiem accedit in simplici

Vrbanorum priuilegium
Oua Gallinarum.
Parandi modus.
Vitellū probat.
Lib. de boni & mali succi cibis.
Albumē oui.
Oua Phasianorum.
Anatum.
Anserum.

simplici victu Ptissana, facta in brodio paruæ pullæ, aut carnium temperatarum, & quoniam Hippocrates librum de ptissana cō- posuit, eius laudes ibi quærantur; De Hordeo nonnulla scribemus, vt quod in benè valentibus maiorem, quàm ptissena locum habeat; Cōrtitum itaq; hordeum, & in iuribus decoctum alimentum fit calidum, & humidum ad temperiem acced..tis; huius loco multi vtuntur riso, quod licèt crassioris existat substantiæ, probè tamen decoctum, & lacte amigdalino, saccharoq; conditū, crassitiem amittit, benè nutrit, sanguinem, semenq; adauget; Vtrumq; igitur concedi potest, quia temperiē sapit, *ijs* autem præcipuè, quibus cibus extat suauior; quo nomine, & carnes nonnullæ possunt concedi, veluti Damarum iuniorum, quæ probi, & laudati sunt succi, leporum, capreolorum, & similium, de quibus dictum satis: Caro pipionum, turturnorum, si de illorum bonitate aliquid Gal. credendum, & columbarum siluestrium, licèt sanguinem gignat moderato crassiorem, atq; calidiorem; ars tamen potest corrigere, omphacio, vel aceti modico super decoctas carnes iniecto; *Caro illarum auium*, quas appellant ὀρτιγομήτρας græci, gallinas rusticas Piceni, haud improbanda, Gallinarum aliud genus aquaticeum Starnæ magnitudine suaue similiter est, neq; succi admodum praui: Frigellus, vindemiarum tempore, quia *pascitur* vuis, laudatus est, quemadmodnm auis Tremula magnitudine gallinæ medioeris, non quæ Codatremula nuncupatur. Amarellus paulò minor, quàm Anas, licèt Aquaticus, non prauus omninò est; vtq; paucis agamus, Carnes auium in genere, quæ vel montanæ sunt, vel pratenses, & etiam aquaticæ, dummodo in palustribus non victitentur, concedi possunt temperatis, corrigendo quemcumq; excessum, qui animiaduertatur in *illis*; id quod fieri poterit, si carnes animalium siluestrium elixæ comedantur, vel in sua decoctæ simplicitate alterentur simplicibus accommodatis, corrigentibus excessum, aceto, sale, cinamomo, saccharo, pipere, gariophillis, vel salsamentis, probatioribus, quàm antiquiorum; vbi namq; vtebantur isti Garo, ex sale, conditorum putredine facto, melle, muria, & sale maceratis, vel piscium liquamine, aut oxigaro, ex Garo, & aceto, iure adhuc albo, ex sale simplici, oleo, anetho, & porri modico, cum sale, vel Diatrionpipereonne; Recetiores voluptatem cum vtilitate iungentes, intinctibus varijs vtuntur; Pro temperatis arridet linctus ex amigdalis, saccharo, cinamomo, & panis mica cum iuris modico; pro intemperatis, pro ratione intemperiei calidioris, frigidioris, humidioris, & sicciores:

Pro

Margin notes: Ptissanæ vires. — Hordeum — Risum. — Carnes boni succi. — Lib. de Tuenda cap. 16. — Gallinæ Rusticæ. — Aquaticæ — Tremolus. — Amarellus. — Carnes pro temperatis. — Intemperatæ vt corrigendæ. — Salsamenta veterum. — Recentiorum

E Pro calidioribus salsamentum accommodatum est quod habet.

*℞. Seminũ melõ. mũdat. unc. med. Amigdalar. dulc. mund. unc. 1. Acetosæ pinguioris pugillum 1. Panis macerati succo arãc. un. ij. Cinamomi electi drag. 5. Sacchari dissoluti in aqua ros. unc. 1. 5.*

*Macerentur semina in aqua oxalidis, terantur omnia diligenter, trasmittantur per setaceum in formam salsæ, atq; cum alimentis calidioribus, vt carnibus vsurpetur.* — Salsa menta pro calidioribus.

Simplicius condimentum est, limonum succus cum sacharo, & aqua rosacea; Pulpa cerasorum acidorum, mororum, vel vuæ acerbæ cum saccharo: Pro temperamentis verò frigidioribus probatum erit, hoc sequens. — Simplex condimentum.

F

*℞. Amigdal. dulc. mũdat. unc. ij. Panis in iure macerati unc. iij. Piperis, Zingib. an. drag. med. Sacchari, vel mellis unciam 1. Salis dragmam 1. Allij modicum, misce & fiat*

*Salsamentum colatum, seu trasmissum per setaceum, seruetur; ad vsum, pro intinctu carnium, vel piscium, quorum gratia & nuces benè mũda & maceratæ poterũt adhiberi.* — Pro frigidioribus.

Formula altera salsamenti viridis est, quæ recepit hæc omnia.

*℞ Petrosellini, Serpilli, Betæ an. pugillum 1. Ocimi frondes V. Panis iure dissoluti uncias iij. Zinziberis, Piperis, Cinamomi an. dragmam med. Allij si placet modicum*

G

*Misce fiat salsa in mortario marmoreo, sacchar umq; in maiore, vel minore quãtitate addatur, prout vrbaniores dulciusculis, vel acidiusculis delectantur; & prout iecur fuerit calidius, cui dulce minus, vel frigidius, cui dulce magis accommodatur.*

Si calidioribus opus sit, & Vrbani frigidiore donati sint temperie, Mustarda vulgariorum commodissima est, vel quæ habet. — Mustarda vulgarium.

*℞. Sinapis dragmas ij. Passularum pulpæ unc. ij. Gariophillorum dragmam. 1.*

*Misce terantur omnia simul, formentur pilulæ, exiccentur, & cum volueris, dissolue in aceti modico pro vsu.*

H

Adest etiam piperatum, factum ex pane contrito, sapa, pipere, croco, & huius generis, hyeme præcipue vtile: Sic pariter alimentorum genera cum fuerint humidiora, salsamentis corrigenda, quæ vim habeant exiccandi, sale addito, & aromatibus. Quum verò sunt ficciora, humidioribus emendanda pomorum appianorum pulpa, prunorum, cucurbitarum, atq; similium; qua occasione pulueres quoq; ad exiccandum probatiores fiunt, nec non ad calefaciendum, hunc prorsus in modum. — Piperatum. — Salsamẽtum pro humidioribus. — Pro ficcioribus.

A

| | |
|---|---|
| *℞. Zedoariæ*<br>*Gariophillorum*<br>*Ligni Aloës*<br>*Pilorũ spicæ Nardi* | *An. scrupulum vnum, misce fiat puluis cũ modico sacchari ad vsum quotidianum.* |

Ceterùm quia Bacchus, seu uinum optimum est remedium, sciant Vrbani, vt in corrigendis alimentorum excessibus calidis, frigidis, humidis, siccis, primas hoc habet: Exempli gratia, quum alimenta fuerint calidiora, vino vtendum pusillo, benèq; diluto, quum verò frigidiora, validiore, & minus diluto, sic adstringenti, vel dulci pro natura excessus alimentorum; in humidioribus abstinendum à dulci, in siccioribus ab austero; quod tamẽ percommodum in humidioribus, & contra. Quibus ni sint vrbani contenti, gaudeantq; paululùm deteriore cibo, sed suauiore, admisceant, dum cibum assumunt, quæ vnius, atq; alterius corrigãt excessum, vt cum piscibus admisceant nuces, vel amigdalas: & Anguillas, ex medicorum consilio vino enecent, priusquam comedant, vel quum comederint, vino meraciore vtantur; quod in aliorum quoq; piscium esu obseruandum, dummodo non saliti; hi namq; calidi sunt, ratione salis, non humidi; At quomodo sigillatim corrigendus alimentorum excessus, petatur ex capitibus superioris sectionis; ad alia nunc properemus.

*Vinum vt corrigat excessus alimẽtorum.*

B

*Alter corrigẽdi modus.*

C

*Pisces, qui vsu veniant, pro tuenda Vrbanorum valetudine, tam eorum, qui temperiem nacti sunt, quàm eorum, qui intemperiem in aliqua corporis parte; Marini scilicet, ac fluuiales; Meliores, qui existant in vtroq; genere; vt corrigendi, atq; ad esum parandi, cum alÿ, tum Ferrariensium Persicus, Romanorum lampreda. Venetorum Gobius, & in genere omnes.*

Cap. V.

HIPPOCRATICA, & Aphoristica doctrina, in qua sanciuit magnus Hippocrates, *Condonandum aliquid anni tempori, ætati, & consuetudini*, monuit nos, vt Vrbanorum gratià minus contenti peregisse, de accommodato panis vsu, carnium, & ouorum pro temperatis, atq; intemperatis, peragamus de alijs, quibus assuetum ipsorum gaudet uitæ genus. luxui, & uoluptati non minùs, quàm utilitati intentum; Ergo præter allata, & pisces, iam dictos, aliorum piscium accedit caterua, quæ eorum mensæ ni sint onustæ, ab Vrbanitate

D

*Vrbani quibus intenti.*

E Vrbanitate recedere videntur: Pisces igitur etsi, pro ratione elementi ad frigidum, humidumq; declinent, aliquot tamen vsu venire solent; qui temperatis accommodatiores; huius itaq; generis genericè sunt, Marini, & littorales, ventorum agitati procellis, & borea inter omnes, carne præditi non dura, neq; molliore: post hos, qui in fluminibus degunt rapidis, puris, haud limosis, veluti Ferrariensibus, quorum pisces perniciosi, optimi cum sint Camertes, & Fabrianenses, pasti suauiorum arborum, aut herbarum radicibus; hi namq; haud sunt (vel si gustus requirat) admodum pingues: at specificè loquamur; Inter mugiles, qui Ceuali dicuntur, probantur, F licèt stomacho noxij, origano tamen, fœniculo, & sale conditi, non statim atq; capti, verùm paulò post, dum eorum caro mollescat, & citra substantiæ corruptionem fiat tenuior: Raia è piscibus maioribus minus etiam ob carnis consistentiā illaudata, sale per modicum temporis macerata vsu venire potest; Mulus, vel Triglia, laudabilior est, quia tamen eius caro durior, sale maceranda priùs; Sic enim omnes mugiles viscidítatem deponunt; Alij omnes pelagij, quorum nomina euanuèrunt quò fuerint squammis horridiores, copiosioribusq; scatuerint, eò meliores; sic & valde spinosi, excrementum enim secedit in tot squammas, & spinas; hinc Sgombri, Aurata, Rombus, & Rubellíones salubres: Ceterùm G ex piscibus istis marinis præstantiores sunt, qui in fluminibus longè à mari distantibus capiuntur, si tamen bonitatis aliæ non desint notæ; quamobrem Sturionus Ferrariensium in Eridano captus, maceratus tamen per diem, non insalubris, minores non erunt ita diutiùs macerandi: Inter crustatos cancri probantur, & qui cartilaginei sunt, concoctu faciles sunt, bonumq; gignunt sanguinem: Post marinos fluminum pisces, qui degunt in aquis altis, profundis, ac dulcibus, labuntu q; per loca petrosa, boream spirantia, & rapida optimi sunt, Truttæ nimirum, Pereç, Gobiones, Merulæ, Turdi, Lochię, H Pluuiæ, Salmones; Lucius, Carpio, & nostrates saxatiles Fabrianenses, in limpidissimis aquis degentes; Illud tamen in piscium esu obseruandum, ne post laborem sumantur, siue comedantur; faciliùs enim ante concoctionem, in corporis partes insinuantur, obstructionesq; pariunt; Præterea minimè comedendi, quum ventriculus prauis scatet humoribus; ad hæc, neque cum carnibus, lacte, aut post alios omnes cibos, cumq; eduntur, nuces, aut amigdalæ non prætermittendæ, pipere crassiore condiendi, & assi magis, quàm elixi, vno dempto Lu-

Piscium temperies.

Pisces pro tẽperatis.

Pisces optimi qui.

Ceuali probati.

Raia nõ praua.

Triglia laudata.

Pisces qui meliores.

Salubres qui

qui boni.

Sturiones Farrariens. Cancri.

Fluuialium qui boni.

Obseruatio in piscibus edendis.

cio, qui elixus ob siccitatem salubrior, assumendi; Illud etiam A non prætereundum in piscium delectu, inter eos, qui duriuris sunt carnis, minores probantur, qui mollioris, maiores, prout vulgari circumfertur adagio,

Piscium delectus.

*Si pisces sint molles, magno de corpore tolles,*
*Si pisces sint duri, minores sunt valituri,*

Vino autem, vel aceto sunt solidandi, sic enim malitia corrigitur omnis, & emendatur, Verùm vt specificè in gratiam Vrbanorum aliquid magis addamus, Pisces ex Galeno sanguinem gignunt tenuiorem, excrementitium. frigidiorem, & humidum, quamobrem biliosis magis quàm pituitosis accõmodati, & melancholicis ahuc ratione humiditatis tantùm, magis quàm sanguineis: Varolus tamen, seu Lupus pro tuenda omnium valetudine accõmodatissimus est, cuius caro Perdicis carni assimilatur: Marini omnes, qui à natura saliti, non ab arte, pituitosioribus aptiores, vt qui frigidiores, & humidiores existant; Galenoque auctore, debent recenter esse saliti, appetentiam enim reuocant, stomachumq; corroborant: Magnorum piscium carnes, & pinguiores insalubres iudicatæ sunt, veluti quod Tarantellum, atq; Tunninam, à Tunno pisce dicunt nostrates; in pauca tamen quantitate, si cum oleribus comedantur, hęc corrigunt, & emendant; Anguillæ in aqua salita demortuæ, & fumo expositæ, veluti Comachienses, coctæ cum aceti modico, & oleo, salsamenti loco, vsu possunt venire; sic Romanorum Alices, ab alliciendo appetentiam, fortasse vocatæ; quo nomine cauiale Vrbanorum mensas potest inuisere, nam senibus, & pituitosis, & mulieribus magis, quèm viris, pro salsamento potest concedi. Ostreacea, quibus testa pro cute est, pituitosis aduersa sunt; idquè boni habent, quòd aluum, salsedinis ratione sollicitant, valentiori stomacho, & venere vti volentibus pipere crassiore, & aranciorum succo condita, minus incongrua: Sed alterum adnotandum, Piscium vsum aptiorem æstate fore, quàm hyeme; hac enim refrigerantibus, & humectantibus vti non debemus, verùm æstate; pręterea non capitibus, sed cauda, & parte magis defatigata, propè pinnas, vel alas; quod & de toto intelligendum; quantò enim magis pisces defatigantur, tantò, Geleno auctore, meliores; hinc fluuiales præcedunt in bonitate lacustres; hi palustres; saxatiles arenosos, & hi coenosos, & luculentos; quiquè inter pisces salubriores sunt, corporibus siccioribus apprimè vtiles, & genituram adaugẽt: Sic & Marinorum, qui ab Arist. diuiduntur in Pelagios, Saxatiles, & Littorales; probatiores existunt Saxatiles, & Littorales, postremò

Lib. 3. de Al. facult. ca. 25.

Pisces quib⁹ vtiles. Varolus.

Lib. 3. de Al. facul. ca. 24.

Pisces qui insalubres.

Tunnus: Anguilla.

Alices Romanorum Cauiale.

Ostreę.

Quibus accomodatæ.

Cautio in edendis piscibus.

Lib 3. de Al. facult.

Pisces quib⁹ vtiles. Marinorum piscium diuiso.

E postremò Pelagij, qui in alto degunt mari : Omnium tamen species marinorum, licet à Plinio numeratæ sint centum & septuaginta, nulla suorum indiuiduorum nomen amisit magis, atquè discriptionem, ita vt vanum quodamodo censeam appertare doctrinam piscium antiquiorum, atq; recentium; Inter quos Perficus Ferrariensium, Lãpreda Romanorum,& Gobius Venetorum salubriores existimantur; Si tamen condiantur pro varia eorum natura; quos itaq; elixos, & friabiles volumus,exquammandi, exenterandiq; & bronchia euellenda,benè lauandi, pro ratione mollitiei, aut duritiei carnium, maioreq; aut minore condiendi aromatum copia; molliores siquidem maiore, duriores minore. Contrà,quos assos optamus, integri benè mundi ad focum ponendi, vt absq;ignis incendio feliciùs decoquantur, saleq; aceto,& oleo commodiùs aspergantur;atq; hunc in modum Ferrariensium Persicus non insalubris: Romanorum Lampreda similis Anguillæ, & si non adeo praua,quò maior;præhumida cũ sit,aromatibus castiganda,gariophillis in primis, & nux muscata in foraminibus ventris apponenda, oleoq;, vino albo,& aceti modico decoquenda, priùs tamen agrestæ succo,& sale diutiùs inuoluenda; Sic enim humiditas comminuitur,& quod noxium, castigatur. At Romæ pisces non desunt salubriores, tam fluuiales, quàm marini, cuiusmodi sardæ, quæ sapidæ sunt, & valde innoxię, Pisces lacus Trasimeni, Truttæ diuersorum locorum, &Lucij Perusini: Venetorum Gobius præstantissimus, tam, qui salsa reperitur in aqua,quàm dulci,& de quo Martialis

Marinorum species.

Pisces recentiorum.

Pisces vt cõdiendi.

F

Pisces Ferrarien.

Lampreda Roman.

G

Sarda Roman.

Trutta

Luccius Perusinus

*In Venetis sint lauta licèt conuiuia terris,*
*Principium cœna Gobius esse solet.*

nutrit enim ex Gal. faciliùs,quàm alij pisces, neq; tenuis, neq; crassi est succi, & caro durior est saxatilium, & mollior carne mulorum; & quoniam magna piscium generis copia reperitur, cuius gratiâ dicebat Satyricus

Gobius Venetorum.

2. de Al. facul.

——————————— *Bucca*
*Noscenda est mensura tua, spectandaq; rebus*
*In summis, minimisq; etiam cum piscis emetur,*
*Nec vllum cupias, cum sit tibi Gobio tantùm*
*In Loculis, quis enim te deficiente erumena,*
*Et crescente gula manet exitus, ære paterno,*
*Ac rebus mersis in ventrem, fœnoris atq;*
*Argenti grauis, & filiorum, agrorumq; capacem.*

Lib. 11.

I

cum inquam, de Gobio hæc ille cecinerit, sitq; salubris, & vilis precij, Gobius edendus, parandusq; prius detersus sale, aceto, & oleo, quo de Plinius, *Oleo viuentes pisces plurimùm delectantur;*

Gobius salubrior.

*delectantur; vnde non mirum si oleo incocti salutares euadunt, absumit enim oleum frigiditatem, & feruens humiditatem comminuit.* Ceterùm in piscium vsu, & esu pro tuenda valetudine, consuetudo plurimùm attendenda, consuetis namq; edendi, minus consuetis præcauendi, vel si plures non sint illaudati.

Consuetudo attendenda in piscium vsum.

*Leguminum vsus quis esse debeat in gratiam Vrbanorum, habita ratione diuersitatis temperamentorum, atq; leguminum, frumenti, scilicet, hordei, Farris, Amili, Lentium, Phaseolo-Fabarum viridium, Pisorum, Cicerum, Panici, atq; Robelliorum; etsi ob crassitiem, satiùs Vrbanis ab omnibus abstinere decernitur. Cap. VI.*

PRÆTER alimentorum genera hucusq; narrarara, legumina etiam ad Vrbanorum mensam accedunt; licèt autem eorum natura nō valdè his ipsis accōmodata videatur, quum legumina omnia sanguinem crassum producant, tardè per aluum descendant, durioris fiunt corticis, obstructionesq; pariant, vnde rusticis accomodatiora; quia tamen non semper carnes, oua, & pisces commedere possunt, ob id pauciora de leguminibus afferemus; Granum ergo, seu frumentum contusum, vel similia, si optimis carnium laudabilium iuribus, decoquatur, sanguinem laudabilem gignit, nutrimentumq; corpori affert vberius; at sæpius vbi comedatur, iecur obstruit, durum facit lienem, lapidesq; gignit in renibus, atq; vesica: ex Celso probatur oriza, quæ boni est succi, nutritq; minùs; siue autem in iusculis decoquatur, siue in aqua, cum lacte amigdalarum, & sacharo condienda, ita namq; & sanguinem bonum, & sperma adauget, suamq; adstringendi amittit potentiam, inter legumina, quæ temperatis conueniunt haud incongrua; Calidioribus hordeum benè mundum, & coctum satis probatum, Galenoquè auctore ceteris granis est nutritibilius, citò digeritur, facilè distribuitur, & ij, qui stomachum habent feruentiorem, succo illius cum sacharo vtantur, aqua, vel iusculis incocto; quòd si maiori sit opus refrigeratione, aceti parum addendum, vel succi limonum, aut aranciorum, neq; lac omittendum seminum melonum, cum rosacea extractum. Ptissana, quæ paulo crassior est, perutilis sanis corporibus est; nutrit enim non minus, ac panis, cerebrum, visumq; clarificat; Vbi verò nō sit opus refrigerare, aut ventriculus sub frigidus existat, & iecur

Leguminum natura generica.

Frumenti vires.

Isaacchus lib. 2. de Dietis partic.

Orizæ vis.

Legumē pro temperatis.

Vt condiendum.

Ptissanæ vis.

Vt paranda.

E cor calidius, tutum est piper crassius admiscere, saccharumq; & cinamomum. Huiusce generis far est, licèt magis temperatum; neq; dissimile amilum, quod non malum gignit sanguinem, etsi paulò viscidiorem, vnde pulmonis lenit asperitatem eiusdemq; consolidat vulnera, coctum cum simila benè nutrit, cum saccharo & lacte amigdalarum ad tussim valet; nam tenuiores humores à capite delabentes refrenat, lapidem tamen, vel calculos in renibus, & vesica producit: Humidiori temperamento donatis, lentes absq; cortice in iuribus carnium recentium decoctæ, vtiles sunt, vel aqua, oleo, sale, mentha, pipere, aut cimino conditæ præsertim siccioribus tamen sunt prauæ, salita

*Farris vis. Amili.*

*Lentiũ vis.*

F carne decoctæ, vel alijs salsamentorum generibus accommodatæ; humorem namq; adaugent melancholicum, gignunt morpheam, impetiginem, elephantiasim, & cancrum, & stomacho sunt infestæ, pulmoni, diaphragmati, cerebri membranis, neruis, intestinis, propter flatuum copiam, neq; præter vim corroborandi facultatem retetricem vim, aliud vix bonum pro tuenda valetudine possident; sunt qui vtuntur, dum iter sunt arrepturi; Siccioribus igitur vt lentes minus idoneæ, sic Phaseolus aptus, cuius esus aluum emollit, impinguat, vrinam prouocat, pectori est amicus, & benè nutrit, caput licèt crassioribus repleat vaporibus, & insomnia grauia inducat, pipere tamen cras-

*Quibus accommodatę*

*Quibus noxiæ.*

*Phaseolus quibus idoneus.*

G siori, & araneiorum succo, sale, & oleo conditus, haud ineptus, vinum dummodo ab eius vsu, & esu compotetur meracius: Fabæ recentes etsi praui existant succi, decoctæ in iusculis, ablato cortice, pipere crassiore, vel cinamomo inspersæ, minus, quàm vetustæ lædunt; omnes tamen inflant, ac tetra pariunt insomnia; Pisa valdè probatiora sunt, præsertim recentia, minus etenim inflant abstergunt, vel si per aluum serius excernantur, & pectoris, excretioribus tam fabæ, quàm pisa, corticibus ablatis, deseruiunt; Iusculum vnius, atq; alterius, vt quod flatu deposito, ventrem quoq; subducat, vrinam prouocet, venarum, & viscerum aperiat obstructiones, anteponitur; nam præter enarrata

*Fabarũ vis.*

*Pisorum facultas.*

H ad vasorum, quæ colatoria vulgo dicuntur, hepatis videlicèt, renum, & vesicæ plurimùm facit emundationem. Quòd si pisorum vescenda substantia, cinamomo, & croco emendanda; satiùs enim cēsendum in leguminibus aromata permiscere, ad eorum corrigendam crassitiem, quàm abstinere. Fabarum etiam ius, quod album ex fabis maioribus, benè decorticatis, non penitus insalubre: Frigidioribus hominum temperamentis Cicer aptum est, rubrum in primis, quod nigro, & albo est calidius, iusculumq; cicceribus præferedum, vt quod pectori prosit, sple-

*Pisa vt condienda.*

*Fabarũ vis.*

*Cicerum.*

nis, & iecoris minuat obstructionem, calculos frangit, renes, A
& vesicam depurget, vocẽ faciat clariorem, venerem iuuet, atq; lumbricos educat; Viridium tamen substãtia stomacho nocet, & intestinis, & multò magis vetustiorum, quæ oris inducit fœtorem. Inter legumina pauciora sunt, quæ vsum habent accomodatum, veluti Panicum, cuius farina in iusculis decocta vtilis est comedentibus, ceteris leguminibus subtilior, & ad coquendum facilior; Robellia corticibus defœcata, & iusculis decocta, laudabilia sunt, quoniam non inflant, vt fabæ, in æstate, & calida regione conducunt. Atq; hæc de leguminibus in Vrbanorũ gratiam sint dicta, de oleribus in sequenti dicemus.

Panicum.

Rebellia.

B

*Olera, quæ tuendæ vrbanorum valetudini sunt accommodata, pro temperatis, atq; intemperatis, cum parandi modo: Consuetudinem in Vrbanis attendendam, vel in ijs, quæ boni non existunt succi; Quæ Vrbanis inimica, temperatis in genere, quæue amica intemperatis in specie insinuantur.* *Cap. VII.*

OLERA, & legumina etsi rusticorum potiùs, quàm Vrbanorum alimenta opportuna videantur, quoniam tamen, & Vrbani coguntur his ipsis vti, quàm breuissimè de oleribus differemus; Ergo temperatis apta sunt C
Borago, Buglossus, Asparagus, Lactuca, vel si frigidiuscula, Lupulus salictarius, Cicorea, licèt subfrigida, Maluarumq; germina, ex Celso, quamuis non admodum ventriculo accommodata, fœniculi etiam vmbellæ, & alia pauciora; vix enim fieri potest, vt olera temperata sint, quum alia declinent ad calidum, alia ad frigidum, alia ad humidum, & alia ad siccum. Præfatis tamen nullo non tempore vti possunt Vrbani, qui pro varia olerum natura, hæc magis, vel minus debent incoquere, meminisse contenti, quod vix cocta magis conueniunt, vt malua, lupulus, D
asparagus, reliqua verò stomacho validioribus, etiam cruda conueniunt; omnia tamen in prima mensa, veluti & fructus fugaces, de quibus suo loco dicemus: Fœniculi vmbella in vltima concedi poterit etiam mensa siue recens, siue siccum eius assumatur semen. Ceterùm alijs multis oleribus, quæ intemperata sunt, ac declinant ad aliquem excessum, pro temporis constitutione vtantur, frigidiusculis in æstate, et parùm humidis; calidiusculis, & siccis hyeme: prioris generis oxalis, endiuia,

Olera pro tẽperatis.

Olerum præparatio.

Tempus comedendi.

blitum

E blitum, spinachium, hypolap tum, & lactuca existunt, quæ in carnium laudabilium iuscul s possunt decoqui; Alterius petrosellinum, quod omni tempore accommodatum, saluia, satureia, hyssopus, &c. quæ licèt calidiuscula, in condimentis vsu venire possunt, vel frigidiusculis, in obsonij formam, vel acetarij; neque interim non probatur libanotis, siue Rosmarinus, & saluia hyemali tempore, & natura frigidioribus; In singulis tamen aliquid consuetudini condonandum; ita vt Vrbani, vel temperati, si consueti sint intemperatis vti, & ijs, quæ probatioris non existunt succi, absquè noxa etiam vti possint, & minus lædantur, quàm temperatis, &

F inassuetis, veluti brassica iusculo pinguiore incocta, & rapa; quæ vt bis debet esse cocta, hoc est optimè cocta, sic brassica vix; *Inest enim in alimentis familiaritas quadam, quæ communi quadam natura, & familiaritate nos tuetur, & alit, vt caro carnem gignit, & sic de alijs*: licet igitur Vrbanis consuetis vti alimentis, vel si intemperatis. Verùm breuibus, vt multa dicamus, Vrbani, qui temperati sunt, debent præcauere crassiora, ficciora, austera, mordacia, validiora, amara, salsa, insipida, quæ magnum aliquem à temperie præseferunt excessum. Quòd si fuerint intemperati, calidiores vtantur lactuca, portulaca, oxalide, endiuia, ci-

G corea, cicerbita, & his æstate magis; nam præterquamquòd stomachum, iecurq; refrigerant, hoc plurimùm solantur, & illum dissolutum adstringunt: Frigidiores vtantur pimpinella, rosmarino, mentha, psansueo, appio aquatili, fœniculo, saluia, thymo, anetho, satureia, & huius generis, ex quibus salsamenta commodiùs, quàm obsonia parantur; siq; ad sit consuetudo his ipsis allia commedere, & raphanos, modicum quidpiam condonandum. Humidiores eligant hæc eadem, vt quæ maiori ex parte calida, & sicca sint, & quæ validiorem exiccandi possident facultatem, quemadmodum illa ipsamet exiccata, Raphanum .s. qui extenuat, vrinamq; promo-

H uet, & alia, quæ medicamentosa magis, quàm alimentosa sunt, de quibus per anacephaleosin dictum. Sicciores humidioribus vtantur, lactuca, portulaca, spinachio, boragine, atriplici, malua, rapa, in iusculis decoctis; Atq; vt specificè adhuc magis agamus, Biliosis, & ijs, qui ventriculum bile refectum habent, lactuca tam cruda, quàm cocta perutilis, endiuia quinetiam hepati calidiori accommodata, lactuca namquè somnum conuocat, quo indigent biliosi, & in sanguinem in his

Olera quę refrigerant.

Calefacientia.

Consuetudo attendenda in oleribus.

Notandum de familiaritate alimentorum

Vrbanorum obseruatio.

Olera pro intemperatis.

Pro frigidis

Pro humidis

Pro siccis.

Pro calidis et biliosis.

his ipsis conuertitur; Malua ijs, qui renum, & vesicæ vitijs de- A
rinentur, conducit, portulaca his ipsis, & omnibus calidiori-
pro pituitosis. bus corporis affectibus: Quæ tamen omnia pituitosis aduersa,
vtiliaq; manent, Saluia, quæ conceptibus, & factis, & fiendis
probatur; Mentha, ventriculo satis pergrata, vt quæ appeten-
Pro melancholicis. tentiam excitet; & propterea, vt ventriculo amica, ita capiti
saluia familiaris. Melancholicis buglossus, borago, & spina-
nachia salubria sunt, vt quæ pectori sint profutura, & insigni hu-
miditate humectent: Sanguineis, & plectoricis vera plectoria
Olera amica, quæ. olerum omnium vsus percommodus, minuunt sanguinem, qui si
aquiosior sit, lupulus, & aspargus emendant. Inter olera, de
quibus hactenus cucurbita calidis, & biliosis conducit, frigidis B
obest, atq; pituitosis; conducit illis, quoniam humectat, & si-
tim extinguit; & quia humectat, melancholicis etiam in iu-
sculis decocta medetur; quòd si pituitosis est danda, pipere cras-
siori, mentha, & synapi, appio, vel petrosellino, cum basilico-
Cucurbitarum vsus. nis modico condienda, & duplex cum sit, longa, & rotunda,
illa præfertur; eius namq; est naturæ, vt aquositas per miscibilia
refrangatur; Auicennæq; testimonio ventriculum si reperiat
mundum, bonum gignit humorem, febribus cholericis aduersa-
tur, & vesicæ vlceribus apprimè censetur accommodata, assa,
Vtendi tempus vel elixa pro ratione temporis; æstiuo namq; *agrestæ succo*, &
cytoniorum castigata refrigerat, & ventriculum calidiorem cor- C
roborat; quem lactuca etiam comesta solatur, vti frigidiorem
eruca, & mentha, de qua dictum, quarum vtraq; lactucæ vitium
emendans, veneris quoq; tarditatem, quæ à lactuca emanat,
corrigit, vnde ille,

*—Venerem reuocans lactuca morantem—.*

De brassica illud repetimus; quod ea, ratione, qua Romani ve-
Brassicæ vsus. teres diuriùs brassicæ vsu, absq; medico salubrem traduxère vi-
tam, eàdem in assuetis comprobamus; nam præterquam quòd
crapulam discutit, & sedeat ebrietatem, Nil ex placitis Hera-
sistrati, salubrius neruis, & stomacho, vel si melancholica, pa-
rumq; connutriat; Sedenim in olerum vsu duo attendenda, pri- D
Vrbanis exercitiis quis victus. mum in gratiam Vrbanorum, alterum ipsorummet olerum: Pri-
mum illud est, si vrbani exercitationibus validioribus sint as-
sueti, equitationi, venationi, magnæ, paruęq; pilę ludo, cibis
vtantur firmioribus, temperatis, vel intemperatis, vt dictum,
Obseruandū de oleribus. desistantq; ab oleribus, quæ languidis, & ociosis, ijsq;, qui mul
tum non habent calorem cōcedipossunt. Alterum est quòd Olera
decoctione substantiam, & vires immutant, lotioneque aliquid
Cinara quibus et quomodo vtilis. etiam perdunt, vel acquirunt: Cinara exempli gratiâ, vel ar-
chicocolus

E chicocolus, aut bulbus esculentus incoctus probatior est. Frigidioribus, & humidioribus, & propterea pituitosis, biliosis ineptior, vt bulbi omnes, qui, Celso auctore, sunt omnia olera capitata, & radices esui apte,omnes lentis præditæ humoribus, Cœpæ, Rapa, Porrum, Allium, & similia, quę si cruda comedantur, humorem crassum extenuant, cocta verò sanguinem crassum producunt, coctione si quidem omnis tenuis substantia, & acrimonia extirpatur. Et quamuis vrbani minus istis vtantur, si qui sunt, quibus arrideant, sciant decocta vsui esse posse ijs, qui tenuiorum excrementorum copia redundant, vt ijs, qui F crassiorum, cruda: Beta,& cerefolium eius est naturæ,per Isaac chum,quòd illa frigida,& humida est secundo gradu,laudabilem gignet chimum, ventremq; humectat, Naturæ conuenit, calidæ, sitim extinguit, & calidam tussim humectat; quamuis de beta sentiant alij, eam inutilem esse stomacho, ventrem turbare, & choleram aliquibus inducere, quia nimirum praui existat succi, & nitrosæ facultatis; citra noxam tamen comeditur ab assuetis, si aceto paretur, quo modo lienosis conducit, & iecoris emendat obstructiones. Alba tamen solui-,nigra ventrem constipat. Cerefolium etsi vulgarium, non vrbanorum sit alimentum, cum aceto, sale, & oleo tam crudum, quàm coctum G ex Dioscoride stomacho est vtile, vrinam prouocat, vesicæ vitijs medetur, fastidiosos ad cibum inuitat,cum vino lateris mitiga dolorem, cum aqua mulsa pituitam resoluit, mestrua pellit,& cum aceto lumbricos interficit; non itaq; olus aspernandum,quo præcipuè tempore carnibus vti non licet.

Bulbi quid.

Lib. de Diet. particula 3.

Dioscor. Gal.

Beta vt edenda.

Betæ discrimen.

Cerefolij vires.

Pastinaca sativa, quæ Carota vulgo nuncupatur, decocta oleo,sale,acetoq;præparata vrinam prouocat,veneremq;perstimulat;Et, si Plinio credēdū,hydropicis opisthotonicis,pleuriticis,& comitialibus medetur;pro tuēda igitur valetudine his vti licet, vel si medicamēto H sit.

Pastinaca

Lacti-

*Lacticiniorum vsus in prima, & in secunda Vrbanorum mensa qualis esse debeat, Lactis nimirum, Butiri, Recocta, & Casei tam recentioris, quàm antiquioris, cum omnium noxa, & vtilitate.* *Cap. VIII.*

VRBANORVM mensæ ne quidpiam desit, quod satisfacere possit huic nostro instituto, de lacticinijs, & ijs, quæ in prima, & secunda mensa conueniunt, scribere determinauimus. In prima igitur mensa, stomacho benè mundo lac Vere temperatis conducit, nec aliquid post assumendum, quoad in stomacho illud moratur. Eligendum autem primo loco caprinum, quòd stomachum iuuet, hepatis obstructiones tollat, aluumq. molliorem conseruet; Secundo pecudum, vel ouillum; Vaccinum tertio, ceterùm stomacho bene mundo, quoniam, Gal. auctore, si quis acceperit lac, *immundo* ventriculo, aut reliquo etiam corpore, vel tempore quoq; inopportuno, vt autumno, vel hyeme, corrumpitur; In calida namq; temperatura in fumositatem, nigramq; bilem cõuertitur; in frigida in acetositatem, & phlegma. Id ergo in lactis vsu maximè obseruandum, primùm, vt temperatis exhibeatur, secundò, mundo ventriculo, à copia qualibet excrementorum, bile, & pituita; & tertio, vt Vere magis, quàm æstate, & ista magis, quàm autumno, hyeme suspectum est; Vnde Vere multi populi medentur vbera pascuis, et Trogloditæ vaccino vtebantur, quòd vacca animal sit omniuorum; existimabantq; simplicium omnium vires in lacte seruari, quemadmodum in rei veritate seruantur. Hac itaq; ratione lac sumptum benè alit, sanguinem gignit laudatum, carnem auget, corpus vniuersum humectat, exteriora leuigat, pulchrioraq; facit. Hincq; imbecillis, languidis, Phtysicis, renum subiectis vlceribus, exiccatisq; conducit; obest tamen ijs, qui obstructionibus laborare solent, capitis doloribus, febribus putridis, inflammationibus, hypocondriorum tensionibus, atq; catarrhis. Præterea, quò ad rectum vsum, qui lac bibit, vel comedit, saccharum puluerizatum priùs inspergat, à laboreq; ac motu sese abstineat, assueti salubriùs, quàm inassueti vtantur, illoq; parciùs, obtundit enim oculorum aciem, calculosis obnoxium, et nõ nisi magna cautione sumendũ. Illud etiam in lactis electione obseruandum, quod serosius est accommodatius, minusq; lædit, quod crassius, ineptius, læditq; magis

Lactis vsus in prima mẽsa.

Lactis delectus.

Lib. de temperam.

Lac quando malum.

Exhibendi lactis conditio.

Doctrina hæc pendet ab Hippoc. in Aphor.

Lac quibus vtile. Quibus obsit.

Obseruatio in lactis esu.

E gis, quia obstruit, & calculos gignit, vti bubalũ, quare asininum, atq; caprinum, vt quod serosius, eligendũ: Siq; aciditatẽ acquirat, itavt oxigala fiat antiquiorũ, ventriculis calidioribus est vtile, atq; iuuenibus. Cumq; ex lacte fiat butirum, id etiam locũ habet in vrbanorum mensa, nam præterquam quòd lenit, humectat, & soluit, pinguedinis cuiusq; loco, & olei vsu potest venire, biliosis tamen aduersum, stomacho incommodat, nauseam parit, vapores in caput effundit, & quàm facillimè corrumpitur; senibus tamen magis, quàm iuuenibus conducit, pituitam copiosius aggenerat, licèt in thoracis partibus peccantem digerat, siccamq; tussim, & frigidam extirpet, in principio principij, &
F prima mensa sumendum, in fine numquam, & mane tutiùs, quàm sero. Caseus inter lacticinia etsi non penitùs in prima conueniat mensa, & præsertim salitus, hunc quia vendicat locum, mollis, & recens eligendus, hic enim Auicennæ testimonio alit magis, & impinguat; vetus cum difficilè coquatur, parumq; nutriat, stomacho aduersetur, & attrã bilem faciat, podagram, laterum dolores, & calculos, à cibo tamen orificium stomachi, & à pinguium esu corroborat, vnde coctioni, & capiti, si modicus edatur, conducit, si copiosior, ventriculo faciat laborem, & crassos gignat humores; Gracilibus ex Hippoc. conducit, siq; mollis, ætate medius, Parmensis, Marzolinus robur sa-
G nis affert; eligendus est semper è loco salubriore; Recentior absq; sale biliosis non inutilis, pituitosis aduersus, & his vetustior comedendus, qui nullam vehementem præseferat qualitatem, substantia existat mollis; hic enim duro, & rarus, vel laxus denso præfertur. Ex caseo, recocta oboritur, quæ candida, & spongiosa esse debet, gustu non insuauis, per se, aut saccharo, aqua rosacea, & modico cinamomi condita; vires habet casei recentioris, in prima sumenda est mensa, vt lac, iuuenibus magis, quàm senibus, vtilis æstiuis vt plurimum diebus, inducit somnum, quò densior est, eò deterior; Hyeme caseus est accommodatior, & quoniam hic magis vsu venire solet nul-
H lo non tempore, ex Galeno repetimus, vt salubrior est laxus, & rarus, mediocriter salitus, recens, parùm dulcis, vnde Caseus Romæ præstantissimus, nam recens facit sanguinem crassum cũ bono succo, sic vetus peioris est succi, calidior, ardentior, & siticulosus, ad coquendum difficilis, alimentum gignit facilè corruptibile, & vbi fuerit in corpore calefactus, humorem gignit in corpore melancholicum, quam ob causam lib. 5. de Tuenda iure voluit Galenus, à multo casei vsu, & esu carere debere senes; nam obstruit, & aluum sistit, quæ duo senibus, pro tuenda valetudine

Lac quale melius.

Lac acetosũ quibus vtile.

Butiri vires.

Casei vsus

Electio.

Noxa, et vtilitas.

Caseus vtilis gracilibus.

Recocta...i

Nota bonitatis.

Li. 1. de Nat. hum.

Lib. 3. de Ali ment fac.

Caseus vetus.

Senibus caseus aduersus.

letudine plurimum, sunt aduersa; & ijs, qui astrictioris sunt alui, in ipsa quoq; iuuenta, quique obstructionibus sunt obnoxij, non valde accommodatus; quia tamen, vt ille

*Caseus est sanus, quem dat auara manus.*

parciùs vtendum; & ad alia veniamus.

*Fructuum penè omnium vsus, qui in priore Vrbanorum mensa locum obtinent, Cerasa, Mora, Praecochia, Pruna, Pepones, Melopopones, Cucumeres, Persica, Ficus, Caricae, Vua recentes, & passae; & quomodo corrigendi nonnulli.* Cap. IX.

EORVM, quae ex Medecinae legibus, nec non alimentorum natura prosequentes doctrinã, de fructibus, quorum vsus in prima est mensa, reliquum est, ex ordine differamus; licèt autem nonnulli sint, qui adscripti in fructuum albo, alia omnia ciborum genera sequi debeant, non praecedere, de illis tamen priùs, de alijs mox, connexione quadam agemus; Ergo inter fructus, qui primum locum habent in mensa, Cerasa maturiora, & dulciora sua tempestate occurrunt, austera nãq; vel acida in fine conueniunt, haec siquidem ventriculum adstringendo corroborant, illa relaxant infernum, ventremq; subducunt, copiosiora praesertim cum nucleis deuorata, & recentia; putridos tamen gignunt humores, & stomacho aduersa, minus attamen noxia, quoniam faciliùs educuntur, moderata sanguinem gignunt non illaudatum, si verum est, iecur impinguare, & adaugere; Ventriculum habentibus humidum perniciosa, calidum, & siccum vtilia. Quae austera sunt, vel acida, stomachum exasperant, pituitam incidunt, bilem reprimunt, sitim extinguunt, edendiq; reuocant appetentiam. Dulcia illud quoq; habent, ex Plinio, si matutino rore sumantur, in tantùm leuant aluum, vt morbo liberent. Mora, de quibus Horatius, & nos alibi sumus loquuti, hoc idem praestant, propterea enim cecinit

Cerasorum vsus, et vires

Dulcium.

Acidorum.

Mororum vsus.

——————— *ille salubres*
*Aestates peraget, qui nigris prandia moris*
*Finiet ante grauem, si legerit arbore solem.*

non tamen adeo salubria sunt, vt tantum promereantur encomium; declinant enim ad calidum, & humidum, faciliusq; putrescunt, stomacho aduersantur, subducant licèt aluum, & sitim extinguunt.

Vtilitas, et Noxa.

extinguant: dupliciaq; cum sint, maturiora, & dulcia, immatura, & austera, hæc in fine mensæ, illa in principio vino priùs ablu ta conueniunt; sicuti fraga, quæ mororum est species, oris com mendans suauitatem; hæc enim matura in principio edenda, immatura in fine; Præcochia Persicis consimilia, vel si faciliùs com putrescant, maliq; sint succi, Vrbanorum gratiâ in prima mensa cum anisis, passulis, & vino meraciore, in modica tamen quãtitate locum habere possunt, in secunda non possunt, nisi acerbiuscula, & immatura; quamuis nullo non tempore obsint, hepati præsertim, atq; lieni, in quibus viscidos producunt humores, & febres diuturniores accendunt. Pruna sunt longè salubriora, diuersorum licèt generum, colore, forma, & regione. Damascena vocata, maturaq; præstantiora existunt in assumptione ciborum; aluum etenim leniunt, refrigerant, humectant, & bilim educunt, ventriculo familiaria sunt, cui alba, duraq; plurimùm aduersantur; Inter Damascena tamen præferuntur carnosiora, & subtilem habentia corticem, & in sapore quemdam cum ponticitate acorem; Inter omnia tamen, vt cecinit ille.

Fraga. Præcochia. Pruna. Electio.

*Prunaq; conueniunt, quæ mittit clara Damascus,*

de quibus Martialis

*Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ*

*Sume; solent duri soluere ventris onus.*

Munus Damasceno. uũ.

Mala armenia eiusdem cum præcochijs speciei, etsi minora sint maximè pituitosis aduersa, prematuraq; pessima. Pepones, qui hunc sibi vendicant locum, stomacho repurgato præassumendi, nam in humores, quos comperiunt, conuertuntur, refrigerant, humectant, & coctionem retardant, biliosis conducunt, renibus, & iecori calidioribus, obsunt phlegmaticis, vinumq; superbibendũ valentius; longiores præferuntur rotundis ratione succi subtilioris, vrinam prouocant, arenulas è renibus, atq; vesica pellunt, ventriculo quamuis infesti sint, vnde vomitum prouocant, nauseamq; inducunt, & in intestinis murmur, & flatus iggenerant. Vtendi modus est veluti lactis, edendi sunt soli, absquè aliorum miscela, sic enim à ventriculo superantur, & in bonum conuertuntur humorem, emendatur eorum noxa oxisaccharo, matatro, vel mastice, ne in bilem vertantur in corporibus biliosis, & calidis, oximellite, vel cimini modico in ijs, qui pituita redundant, & quoniam Peponum delectus maximi faciendus, ex tibi est Baptista Fera carmine elegantissimo.

Armenia. Pepones. Electio. Vtendi modus.

*Flos, color, & pondus, scabies, pes, risus, odorq;*

Melopepones, & Cucumeres eiusdem cum peponibus naturæ refrigerant magis, & humectant, succos gignunt frigidos coacto

Cucumeres

coctu

coctu difficiles, & indomitos, ex quibus febres accenduntur maligne ac diuturnæ, sedentarijs, & ociosis non conueniunt, exercitatis, & laborantibus æstu conducunt paulò plus. Persica, licèt secedant quàmprimum, corrumpûtur attamen facilè, mundoquè ventriculo in priore mensa edenda, nam reuocant appetentiam, refrigerant, humectant, & phlegma producunt, eligenda matura, neq; ad satietatem vescenda; ledunt enim neruos à proprietate, & febres inducunt, vino priùs maceranda, vinumq; superpotandum, non aqua, hunc siquidem in modum prosunt melancholicis, & cor à proprietate respiciunt, etsi liberaliori esu inducant lippitudinem, Persica, quæ adeo matura non sunt, verum subaustera, & subadstringentia in fine comedi possunt. Ficus minus alijs omnibus fructibus existunt praui, diuersarum licèt sint specierum, hoc tamen commune habent, quòd crassiores gignunt humores, magis nutriunt, quàm alij fructus, flatuosi existunt, ventremq; proritant, abstergunt renes ab arenulis, calefaciunt, & humectant recentes, sicci exiccant, autumnales probantur, æstiui minus, pediculos vtriq; gignunt, tum quia sanguinem prauum efficiunt, tum quia prauũ ad cutim deducunt; pulmonem, atq; thoracem iuuant, vrinam prouocant, & caricæ præsertim bonam efficiunt habitudinem, quo nomine athletæ vtebantur antiquitus, iecoris, & lienis auferunt obstructiones, recentes in pituitam vertuntur, & sicci in biliosis vertuntur in bilem, edendi ficus mundo ventriculo, superedendumq; post siccos, quod extenuet, vel aceto madefaciendi, recentes vini potu ex Hippocrate castigandi; neq; illud ignorandum de caricis, valère scilicet carnosas, ad præcauendam, arcendamq; pestem, si nucis modico, & rutæ quotidiè assumantur: Et quemadmodum pediculos ad satietatem comestæ, ita scabiem, & pruritum inducunt, ex Hippoc. vomitum, quæ cum apparuerint, argumentum est, ab omnibus alijs excrementis ventriculum fuisse mundum; grauiores enim cum sint, vel, vt placuit Mercuriali, viscidiores, facilè ob id ventriculo inhærentes; caricis eductis, signum est, viscidiores quoq; humores eductos, & sic ventriculum benè mundum; recentiores tamen, atq; virentes citiùs præterlabuntur, vt vuæ, quæ velociter subsident, quæ tamen si hereant, grauius lædunt, succos in iecore, & venis gignentes crudos; Vuæ tamen pensiles ventrem non irritant, neq; sistunt, appetentiam reuocant, sunt gratæ palato, non inflant, nequè vt aliæ capiti obsunt: Verùm plures cum sint vuarum species, quæ nomen amiserunt, vt vina, quæ albæ sunt, vt genericè loquamur, suauiores sunt nigris, & prima mensa

Persica.

Electio.

Vtendi modus.

Ficus.

Pediculi ex ficubus.

Caricæ meliores ficub.

Rectus vsus. Lib. 3. de Dieta.

Contra pestē

Ventriculi mundi signũ.

Vuarum succus.

Vuæ bonæ quæ.

Earum vsus.

comestæ

E comestæ non lædunt, magis tamen probantur, si triduo, aut quatriduo pependerint; nam dulciores euadunt, amittunt flatus, carnosæ plus nutriunt, succo plenæ minus; prioris generis sunt, quæ generosæ vocantur, vinis fabricandis ineptæ, diutiùs pensiles conseruantur, duriores ad concoquendum, & sitieulosæ existunt; alterius facilius concoquuntur, gratiores sunt stomacho, & sitim emendant, & temperatis conueniunt: Quòd si specificè magis loqui velimus, vua clara, vel alba, & aquea, modicum habens carnis parùm nutrit, & facilè coquitur, venas pertransit, vrinamq; mouet: Nigra, quæ crassam habet carnem, nucleosq; ingentes, difficilè coquitur, humores gignit prauos, F vrinam non prouocat, stomachum tamen confortat, multumq; nutrit, si benè coquatur: Rufa, quæ & citrina, media est inter prædictas; Vua cum deuoratur, grana minimè dentibus atterenda, sed integra deuoranda, sic enim facilius excernuntur. Vuç quæ dulces sunt, succum habent calidiorem, ob id sitieulosæ; acidæ, & austeræ frigidiorem, vinosæ mediæ sunt, dulces aluum soluunt, austeræ adstringunt. Qui stomacho sunt imbecilliores, membranam, seu corticem, & grana expuant, sic namq; Galeno auctore facilius coquuntur; Pro nobilioribus, si recentes immissæ in aquam feruentem, per paululum temporis frigida immergantur. Copiosius ab alijs cibis assumptis vsurpandæ G non sunt, i star etenim aliorum fructuum, qui facilè corrumpuntur, cibaria præassumpta corrumpunt. Verum equidem est, passas vocatas, in prima, & secunda conuenire mensa, et stomacho gratiores; quæ tamen manducatæ cum nucleis intestinis, non pulmoni, non pectori accommodatæ sunt; stomacho, iecori, atquè lieni, tota substantia familiares existunt, nutriunt, impinguant, bonum gignunt sanguinem, atquè humores digerunt, largiùs verò assumptæ incendunt, vruntquè sanguinem. præstantiores alijs pinguiores sunt, cortice tenuiore, & sine arillis.

Vuæ generosæ.

Vua optima quæ.

Vtendi modus.

Vua siticulosa.

Lib. 2. d'Alim fac. cap 11. & 1. de loc. aff. cap. 4.

Vuarum passarum vsus et vtilitas.

K *Aliorum*

his ipsis conuertitur; Malua ijs, qui renum, & vesicæ vitijs detinentur, conducit, portulaca his ipsis, & omnibus calidioribus corporis affectibus: Quæ tamen omnia pituitosis aduersa, vtiliaq; manent, Saluia, quæ conceptibus, & factis, & fiendis probatur; Mentha, ventriculo satis pergrata, vt quæ appetententiam excitet; & propterea, vt ventriculo amica, ita capiti saluia familiaris. Melancholicis buglossus, borago, & spinachia salubria sunt, vt quæ pectori sint profutura, & insigni humiditate humectent: Sanguineis, & plectoricis vera plectoria olerum omnium vsus percommodus, minuunt sanguinem, qui si aquiosior sit, lupulus, & asparagus emendant. Inter olera, de quibus hactenus cucurbita calidis, & biliosis conducit, frigidis obest, atq; pituitosis; conducit illis, quoniam humectat, & sitim extinguit; & quia humectat, melancholicis etiam in iusculis decocta medetur; quòd si pituitosis est danda, pipere crassiori, mentha, & synapi, appio, vel petrosellino, cum basiliconis modico condienda, & duplex cum sit, longa, & rotunda, illa præfertur; eius namq; est naturæ, vt aquositas per miscibilia refrangatur; Auicennæq; testimonio ventriculum si reperiat mundum, bonum gignit humorem, febribus cholericis aduersatur, & vesicæ vlceribus apprimè censetur accommodata, assa, vel elixa pro ratione temporis; æstiuo namq; agrestæ succo, & cytoniorum castigata refrigerat, & ventriculum calidiorem corroborat; quem lactuca etiam comesta solatur, vti frigidiorem eruca, & mentha, de qua dictum, quarum vtraq; lactucæ vitium emendans, veneris quoq; tarditatem, quæ à lactuca emanat, corrigit, vnde ille,

*Venerem reuocans lactuca morantem.*

De brassica illud repetimus; quod ea, ratione, qua Romani veteres diutiùs brassicæ vsu, absq; medico salubrem traduxère vitam, eadem in assuetis comprobamus; nam præterquam quòd crapulam discutit, & sedeat ebrietatem, Nil ex placitis Herasistrati, salubrius neruis, & stomacho, vel si melancholica, parumq; connutriat; Sedenim in olerum vsu duo attendenda, primum in gratiam Vrbanorum, alterum ipsorummet olerum: Primum illud est, si vrbani exercitationibus validioribus sint assueti, equitationi, venationi, magnæ, paruæq; pilę ludo, cibis vtantur firmioribus, temperatis, vel intemperatis, vt dictum, desistantq; ab oleribus, quæ languidis, & ociosis, ijsq;, qui multum non habent colorem cōcedi possunt. Alterum est quòd Olera decoctione substantiam, & vires immutant, lotioneque aliquid etiam perdunt, vel acquirunt: Cinara exempli gratiâ, vel archicocolus

Pro pituitosis.

Pro melancholicis.

Olera amica, quæ.

B

Cucurbitarum vsus.

Vtendi tempus

C

Brassicæ vsus.

D

Vrbanis exercitiis quis victus.

Obseruandū de oleribus.

Cinara quibus et quomodo vtilis.

E chicocolus, aut bulbus esculentus incoctus probatior est. Frigidioribus, & humidioribus, & propterea pituitosis, biliosis ineptior, vt bulbi omnes, qui, Celso auctore, sunt omnia olera capitata, & radices esui aptę, omnes lentis praeditae humoribus, Coepae, Rapa, Porrum, Allium, & similia, quę si cruda comedantur, humorem crassum extenuant, cocta verò sanguinem crassum producunt, coctione si quidem omnis tenuis substantia, & acrimonia extirpatur. Et quamuis vrbani minus istis vtantur, si qui sunt, quibus arrideant, sciant decocta vsui esse posse ijs, qui tenuiorum excrementorum copia redundant, vt ijs, qui crassiorum, cruda: Beta, & cerefolium eius est naturae, per Isaac F chum, quòd illa frigida, & humida est secundo gradu, laudabilem gignet chimum, ventremq; humectat, Naturae conuenit, calidae, sitim extinguit, & calidam tussim humectat; quamuis de beta sentiant alij, eam inutilem esse stomacho, ventrem turbare, & choleram aliquibus inducere, quia nimirum praui existat succi, & nitrosae facultatis; citra noxam tamen comeditur ab assuetis, si aceto paretur, quo modo lienosis conducit, & iecoris emendat obstructiones. Alba tamen solui-, nigra ventrem constipat. Cerefolium etsi vulgarium, non vrbanorum sit alimentum, cum aceto, sale, & oleo tam crudum, quàm coctum G ex Dioscoride stomacho est vtile, vrinam prouocat, vesicae vitijs medetur, fastidiosos ad cibum inuitat, cum vino lateris mitiga dolorem, cum aqua mulsa pituitam resoluit, mestrua pellit, & cum aceto lumbricos interficit; non itaq; olus aspernandum, quo praecipuè tempore carnibus vti non licet.

Bulbi quid.

Lib. de Diç. particula 3.

Dioscor. Gal.

Beta vt edenda.

Betae discrimen.

Cerefolij vires.

Pastinaca sativa, quae Carota vulgo nuncupatur, decocta oleo, sale, acetoq; praeparata vrinam prouocat, veneremq; perstimulat; Et, si Plinio credēdū, hydropicis opisthotonicis, pleuriticis, & comitialibus medetur; pro tuēda igitur valetudine his vti licet, vel si medicamēto H sit.

Pastinaca

Lacti-

*Lacticiniorum vsus in prima, & in secunda Vrbanorum mensa qualis esse debeat, Lactis nimirum, Butiri, Recocta, & Casei tam recentioris, quàm antiquioris, cum omnium noxa, & vtilitate. Cap. VIII.*

VRBANORVM mensæ ne quidpiam desit, quod satisfacere possit huic nostro instituto, de lacticinijs, & ijs, quæ in prima, & secunda mensa conueniunt, scribere determinauimus. In prima igitur mensa, stomacho benè mundo lac Vere temperatis conducit, nec aliquid post assumendum, quoad in stomacho illud moratur. Eligendum autem primo loco caprinum; quòd stomachum iuuet, hepatis obstructiones tollat, aluumq; molliorem conseruet; Secundo pecudum, vel ouillum; Vaccinum tertio, ceterùm stomacho bene mundo, quoniam, Gal. auctore, si quis acceperit lac, immundo ventriculo, aut reliquo etiam corpore, vel tempore quoq; inopportuno, vt autumno, vel hyeme, corrumpitur; In calida namq; temperatura in fumositatem, nigramq; bilem cōuertitur; in frigida in acetositatem, & phlegma: Idergo in lactis vsu maximè obseruandum, primùm, vt temperatis exhibeatur, secundò, mundo ventriculo, à copia qualibet excrementorum, bile, & pituita; & tertio, vt Vere magis, quàm æstate, & ista magis, quàm autumno, hyeme suspectum est; Vnde Vere multi populi medentur vbera pascuis, et Troglodite vaccino vtebantur, quòd vacca animal sit omniuorum; existimabantq; simplicium omnium vires in lacte seruari, quemadmodum in rei veritate seruantur. Hac itaq; ratione lac sumptum benè alit, sanguinem gignit laudatum, carnem auget, corpus vniuersum humectat, exteriora leuigat, pulchrioraq; facit. Hincq; imbecillis, languidis, Phtysicis, tenuum subiectis vlceribus, exiccatisq; conducit; obest tamen ijs, qui obstructionibus laborare solent, capitis doloribus, febribus putridis, inflammationibus, hypocondriorum tensionibus, atq; catarrhis. Præterea, quò ad rectum vsum, qui lac bibit, vel comedit, saccharum pulueriżatum priùs inspergat, à laboreq; ac motu sese abstineat, assueti salubriùs, quàm inassueti vtantur, illoq; parciùs, obtundit enim oculorum aciem, calculosis obnoxium, et nō nisi magna cautione sumendū. Illud etiam in lactis electione obseruandum, quod serosius est accommodatius, minusq; lædit, quod crassius, ineptius, læditq; magis

Lactis vsus in prima mēsa.

Lactis delectus.

Lib. de temperam.

Lac quando malum.

Exhibendi lactis conditio.

Doctrina hæc pendet ab Hippoc. in Aphor.

Lac quibus vtile.

Quibus obsit.

Obseruatio in lactis esu.

gis

E gis, quia obstruit, & calculos gignit, vti bubalũ, quare asininum, a'q; caprinum, vt quod serosius, eligendũ: Siq; aciditatẽ acquirat, ita vt oxigala fiat antiquiorũ, ventriculis calidioribus est vtile, atq; iuuenibus. Cumq; ex lacte fiat butirum, id etiam locũ habet in vrbanorum mensa, nam præterquam quòd lenit, humectat, & soluit, pinguedinis euiusq; loco, & olei vsu potest venire, biliosis tamen aduersum, stomacho incommodat, nauseam parit, vapores in caput effundit, & quàm facillimè corrumpitur; senibus tamen magis, quàm iuuenibus conducit, pituitam copiosius aggenerat, licèt in thoracis partibus peccantem digerat, siccamq; tussim, & frigidam extirpet, in principio principij, &
F prima mensa sumendum, in fine numquam, & mane tutiùs, quàm sero. Caseus inter lacticinia etsi non penitùs in prima conueniat mensa, & præsertim salitus, hunc quia vendicat locum, mollis, & recens eligendus, hic enim Auicennæ testimonio alit magis, & impinguat; vetus eum difficilè coquatur, parumq; nutriat, stomacho aduersetur, & atrã bilem faciat, podagram, laterum dolores, & calculos, à cibo tamen orificium stomachi, & à pinguium esu corroborat, vnde coctioni, & capiti, si modicus edatur, conducit, si copiosior, ventriculo faciat laborem, & crassos gignat humores; Gracilibus ex Hippoc. conducit, siq; mollis, ætate medius, Parmensis, Marzolinus robur sa-
G nis affert; eligendus est semper è loco salubriore; Recentior absq; sale biliosis non inutilis, pituitosis aduersus, & his vetustior comedendus, qui nullam vehementem præseferat qualitatem, substantia existat mollis; hic enim duro, & rarus, vel laxus denso præfertur. Ex caseo, recocta oboritur, quæ candida, & spongiosa esse debet, gustu non insuauis, per se, aut saccharo, aqua rosacea, & modico cinamomi condita; vires habet casei recentioris, in prima sumenda est mensa, vt lac, iuuenibus magis, quàm senibus, vtilis æstiuis vt plurimum diebus, inducit somnum, quò densior est, eò deterior; Hyeme caseus est accommodatior, & quoniam hic magis vsu venire solet nul-
H lo non tempore, ex Galeno repetimus, vt salubrior est laxus, & rarus, mediocriter salitus, recens, parùm dulcis, vnde Caseus Romæ præstantissimus, nam recens facit sanguinem crassum cũ bono succo, sic vetus peioris est succi, calidior, ardentior, & siticulosus, ad coquendum difficilis, alimentum gignit facilè corruptibile, & vbi fuerit in corpore calefactus, humorem gignit in corpore melancholicum, quam ob causam lib. 5. de Tuenda iure voluit Galenus, à multo casei vsu, & esu carere debere senes; nam obstruit, & aluum sistit, quæ duo senibus, pro tuenda valetudine

Lac quale melius.

Lac acetosũ quibus vtile.

Butiri vires.

Casei vsus

Electio.

Noxa, et vtilitas.

Caseus vtilis gracilibus.

Recocta.

Nota bonitatis.

Li. 1. de Nat. hum.

Lib. 3. de Alim. fac.

Caseus vetus.

Senibus caseus aduersus.

letudine plurimum, sunt aduersa; & ijs, qui astrictioris sunt alui, in ipsa quoq; iuuenta, quique obstructionibus sunt obnoxij, non valde accommodatus; quia tamen, vt ille

*Caseus est sanus, quem dat auara manus.*

parciùs vtendum; & ad alia veniamus.

*Fructuum penè omnium vsus, qui in priore Vrbanorum mensa locum obtinent. Cerasa, Mora, Praecochia, Pruna, Pepones, Melopopones, Cucumeres, Persica, Ficus, Caricae, Vua recentes, & passa; & quomodo corrigendi nonnulli.* *Cap. IX.*

EORVM, quæ ex Medecinæ legibus, nec non alimentorum natura prosequentes doctrinã, de fructibus, quorum vsus in prima est mensa, reliquum est, ex ordine differamus; licèt autem nonnulli sint, qui adscripti in fructuum albo, alia omnia ciborum genera sequi debeant, non præcedere, de illis tamen priùs, de alijs mox, connexione quadam agemus; Ergo inter fructus, qui primum locum habent in mensa, Cerasa maturiora, & dulciora sua tempestate occurrunt, austera nãq; vel acida in fine conueniunt, hæc siquidem ventriculum adstringendo corroborant, illa relaxant infernum, ventremq; subducunt, copiosiora præsertim cum nucleis deuorata, & recentia; putridos tamen gignunt humores, & stomacho aduersa, minus attamen noxia, quoniam faciliùs educuntur, moderata sanguinem gignunt non illaudatum, si verum est, iecur impinguare, & adaugere; Ventriculum habentibus humidum perniciosa, calidum, & siccum vtilia. Quæ austera sunt, vel acida, stomachum exasperant, pituitam incidunt, bilem reprimunt, sitim extinguunt, edendiq; reuocant appetentiam. Dulcia illud quoq; habent, ex Plinio, si matutino rore sumantur, in tantùm leuant aluum, vt morbo liberent. Mora, de quibus Horatius, & nos alibi sumus loquuti, hoc idem præstant, propterea enim cecinit

(margin: Cerasorum vsus, et vires — Dulcium — Acidorum — Mororum vsus.)

————————— *ille salubres*
*Aestates peraget, qui nigris prandia moris*
*Finiet ante grauem, si legerit arbore solem.*

non tamen adeo salubria sunt, vt tantum promereantur encomium; declinant enim ad calidum, & humidum, faciliusq; putrescunt, stomacho aduersantur, subducant licèt aluum, & sitim

(margin: Vtilitas, et Noxa.)

extinguunt.

extinguant: dupliciaq; cum sint, maturiora, & dulcia, immatura, & austera, hæc in fine mensæ, illa in principio vino priùs abluta conueniunt; sicuti fraga, quæ mororum est species, oris commendans suauitatem; hæc enim matura in principio edenda, immatura in fine; Præcochia Persicis consimilia, vel si faciliùs computrescant, maliq; sint succi, Vrbanorum gratiâ in prima mensa cum anisis, passulis, & vino meraciore, in modica tamen quãtitate locum habere possunt, in secunda non possunt, nisi acerbiuscula, & immatura; quamuis nullo non tempore obsint, hepati præsertim, atq; lieni, in quibus viscidos producunt humores, & febres diuturniores accendunt. Pruna sunt longè salubriora, diuersorum licèt generum, colore, forma, & regione. Damascena vocata, maturaq; præstantiora existunt in assumptione ciborum; aluum etenim leniunt, refrigerant, humectant, & bilim educunt, ventriculo familiaria sunt, cui alba, duraq; plurimùm aduersantur; Inter Damascena tamen præferuntur carnosiora, & subtilem habentia corticem, & in sapore quemdam cum ponticitate acorem; Inter omnia tamen, vt cecinit ille.

Fraga. Præcochia. Pruna. Electio.

*Prunaq; conueniunt, quæ mittit clara Damascus,*

de quibus Martialis

*Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ*

*Sume; solent duri soluere ventris onus.*

Munus Damasceno. uũ.

Mala armenia eiusdem cum præcochijs speciei, etsi minora sint maximè pituitosis aduersa, præmaturaq; pessima. Pepones, qui hunc sibi vendicant locum, stomacho repurgato præassumendi, iam in humores, quos comperiunt, conuertuntur, refrigerant, humectant, & coctionem retardant, biliosis conducunt, renibus, & iecori calidioribus, obsunt phlegmaticis, vinumq; superbibendũ valencius; longiores præferuntur rotundis ratione succi subtilioris, vrinam prouocant, arenulas è renibus, atq; vesica pellunt, ventriculo quamuis infesti sint, vnde vomitum prouocant, nauseamq; inducunt, & in intestinis murmur, & flatus generant. Vtendi modus est veluti lactis, edendi sunt soli, absquè aliorum miscela, sic enim à ventriculo superantur, & in bonum conuertuntur humorem, emendatur eorum noxa oxisaccharo, maratro, vel mastice, ne in bilem vertantur in corporibus biliosis, & calidis, oximellite, vel cimini modico in ijs, qui pituita redundant, & quoniam Peponum delectus maximi faciendus, ex tibi est Baptista Fera carmine elegantissimo.

Armenia. Pepones. Electio. Vtendi modus.

*Flos, color, & pondus, scabies, pes, risus, odorq;*

Melopepones, & Cucumeres eiusdem cum peponibus naturæ refrigerant magis, & humectant, succos gignunt frigidos concoctu

Cucumeres

E comestæ non lædunt, magis tamen probantur, si triduo, aut quatriduo pependerint; nam dulciores euadunt, amittunt flatus, carnosæ plus nutriunt, succo plenæ minus; prioris generis sunt, quæ generosæ vocantur, vinis fabricandis ineptæ, diutiùs pensiles conseruantur, duriores ad concoquendum, & siticulosæ existunt; alterius faciliùs concoquuntur, gratiores sunt stomacho, & sitim emendant, & temperatis conueniunt: Quòd si specificè magis loqui velimus, vua clara, vel alba, & aquea, modicum habens carnis parùm nutrit, & facilè coquitur, venas pertransit, vrinamq́; mouet: Nigra, quæ crassam habet carnem, nucleosq; ingentes, difficilè coquitur, humores gignit prauos, F vrinam non prouocat, stomachum tamen confortat, multumq́; nutrit, si benè coquatur: Rufa, quæ & citrina, media est inter prædictas; Vua cum deuoratur, grana minimè dentibus atterenda, sed integra deuoranda, sic enim faciliùs excernuntur. Vuę quæ dulces sunt, succum habent calidiorem, ob id siticulosæ; acidæ, & austeræ frigidiorem, vinosæ mediæ sunt, dulces aluum soluunt, austeræ adstringunt. Qui stomacho sunt imbecilliores, membranam, seu corticem, & grana expuant, sic namq; Galeno auctore faciliùs coquuntur; Pro nobilioribus, si recentes immissæ in aquam feruentem, per paululum temporis frigida immergantur. Copiosiùs ab alijs cibis assumptis vsurpandæ G non sunt, instar etenim aliorum fructuum, qui facilè corrumpuntur, cibaria præassumpta corrumpunt. Verum equidem est, passas vocatas, in prima, & secunda conuenire mensa, et stomacho gratiores; quæ tamen manducatæ cum nucleis intestinis, non pulmoni, non pectori accommodatæ sunt; stomacho, iecori, atquè lieni, tota substantia familiares existunt, nutriunt, impinguant, bonum gignunt sanguinem, atquè humores digerunt, largiùs verò assumptæ incendunt, vruntquè sanguinem. præstantiores alijs pinguiores sunt, cortice tenuiore, & sine arillis.

*Vuæ generosæ.*

*Vua optima quæ.*

*Vtendi modus.*

*Vua siticulosa.*

*Lib. 2. d'Alim fac. cap. 11. & 1. de loc. aff. cap. 4.*

*Vuarum passarum vsus et vtilitas.*

I

K *Aliorum*

*Aliorum quorumdam fructuum vsus, & apparatus in secunda Vrbanorum mensa, Pomorum scilicet, seu malorum, & specierum pauciorum; Cydoniorum adhuc, Pyrorum, & Granatorum; & nonnulla de Citrijs, atq; Arancijs.* Cap. X. A

QVI praecedere fructus debeant in Vrbanorum mensis, & qualis eorum esse debeat vsus, prædictum, qui finem sequi nunc debeant, dicere tempestiuum. In horum igitur censu Poma examinanda in primis, de quibus ille, Ab ouo vsq; ad malum, pyra quoq; B cydonia, & granata, de quibus genericè, primùm, specificè postea peragemus: Ad

Fructus horarij.

hæc fructus omnes tam horarij, hoc est fugaces, & facilè corruptibiles, quàm autumnales, qui diutiùs asseruantur, etsi praui sint succi, ita vt abstinendum potiùs censeamus, *quia* tamen absq; his mensa vigere non potest; Sciendum ante reliqua, vt Pomorum alia sunt pontica, alia stiptica, alia acetosa, alia dulcia, & alia insipida, quæ omnia ex sensu dijudicantur; Pontica frigida, & sicca sunt, conueniunt stomachum habentibus calidum, & humidum, præmendo scilicet, & ad inferiora pellendo, durioris sunt coctionis, & penetrationis, hinc flatus copiosiores producunt, & neruis obsunt; eorum tamen succus est probatior carne, valet ad sanguinis fluxum, dysenteriam, vomitum, & cholericam egestionem; Emendatur ponticitas per elixationem, coctionem ad prunas, suspensionem ad fumum, melle, & *saccharo* si cocta parentur in ollula, vt moris est, carta madefacta priùs in aqua, contecta, & quodamodo assata. Stiptica refrigerant magis, & exiccant, stomachisq; conducunt frigidioribus, corroborando, adstringendo, prohibendo vomitum, excitandoq; appetentiam, eorumq; succus magis etiam, quàm caro probatur: Acetosa refrigerant quidem, & exiccant; sed minus stipticis, humores gignunt frigidos, tenuiores, ac penetrabiles, vnde stomachum, ventremq; corroborant, vomitum sistunt, cholericam egestionem compescunt, sitim extinguunt, obtundunt choleram, ventriculi cardiacam à crassiusculis humoribus corrigunt, hos ipsos incidunt, expellunt, egestionemq; adiuuant: Hæc tria pomorum genera fumos ad caput reprimunt, vomitumq; coërcent, & quæ vomuntur ad inferiora propulsant. Dulcia parùm refrigerant.

Pomorum diuisio.

Ponticorum vis

Ponticorum vsus.

Stipticorum vis.

Acetosorum

E gerant, minus tamen confortant stomachum, illiq; calidiori non prosunt, Et cholericis obsunt: Insipida deteriora sunt omnibus, refrigerant, humectant, phlegma producunt, neq; locum habent in mensa, ni pauperum, atq; vulgarium. *Dulciorum vis.* *Insipidiorũ.*
His ergo genericè benè perceptis, Mala, quæ vsu venire solent in Vrbanorum mensa, eius esse debent naturæ, vt temperata temperatis conueniant, intemperata verò intemperatis conducant; Quamobrem dulcia, quæ sunt mediocriter, veluti rosea, & appiana, & quæ à filo nuncupantur Ferrariæ, temperatis conferunt, etsi Melancholicis appiana magis: Calidiusculis muza commodiora sunt, & quoniam nomina apud *Poma pro tẽperatis, & intemperatis.*
F diuersos non eadem, sed diuersa, ex sapore præterea, quæ iximus, vsum insinuabimus. Media igitur inter dulcia, & acida sitim compescunt, & choleræ calorem extinguunt; Calidioribus acetosa prosunt, bilis enim acumen extinguunt, cordi æstuanti prosunt, mitigant sitim, confortantq; stomachum; frigidioribus, & humidioribus mala omnia inepta ob pituitæ copiam, quam aggenerant; Singula quin etiam vbi frequentiùs esitentur, neruis obsunt, calculos, & arenulas gignunt, flatus excitant, bulliunt in ventre, vt mustum, sanguinem efficiunt serosum, corrumpuntur in ventriculo, putredinemquè inducunt, & febres. Vnum addam in gratiam *Pomorum sapor, et vis.* *Quibus aduersa.*
G Vrbanorum, qui adstrictiore sunt aluo, mirum immodum scilicet à pomis dulcioribus decoctis, in prima mensa illos iuuari, si melle hyeme, saccharo æstate condiantur. Pyra ex Plinio validiori stomacho, totoq; corpori robustiori concedenda, infirmiori, ac debili, ni artificio comparentur, deneganda; vim habent à cibo corroborandi ventriculum; Muza gratiosiori sapore valdè probantur, sitim extinguunt, ardoremq; mitigant. Dulcia conducunt ijs, qui stomachum habent frigidiorem, & siccum; Pontica, & acerba igne sunt castiganda, saccharo deinde, ac cinamomo, ex Galeno condienda; Illudq; à py- *Pomorũ vtilitas ad soluedũ aluum* *lib. 22. c. 7.* *Pirorum vis* *Lib. 1. de Aliment.fac. cap. 26.*
H rorum esu obseruandum, ne aqua superpotetur, sed vinum; neq; stomacho ieiuno pyra identidem deuoranda, ni fluxiones alicui compescendæ; quamuis superba nuncupata à Plinio, moscatina à vulgaribus, dulcia quia sunt, vbi matura, in prima quoq; mensa sumi possint, vt Bergomotta, & cruda in vltima; hæc enim, & Camerina propter saporis iucunditatem obtinent principatum; Reliqua pyrorum genera magis, vel minus censentur salubria, prout ad vnam, vel alteram cum pomis accedunt naturam; Deteriora tamen lignosa sunt, arenosa, acerba, insipidaquè, vt cumq; parentur; Natriunt pyra magis, *Pyra superba Bergamotta Camerina.* *Pyra deteriora.*

Cydoniorũ vis. quàm poma. Cydonia refrigerant, & exiccant saccharo, A vel melle parata, incocta quum fuerint Vrbanorum mensis accommodata; nam stomachum roborant, vomitum sistunt, aluum molliorem conseruant, & vrinam pouocant, assumenda in pauca quantitate; vberiori namquè stomachum grauant; ceterùm si præassumantur, adstringunt, aluumq; coërcent; Sedenim cytoniorum magna diuersitas est, pontica, stiptica, acetosa, muza, dulcia, & aquea; singula cholicam gignunt, & neruorum dolorem; vnde liquor, abiecta carne, præstantior, melleq;, vel saccharo condiendus; Stiptica debiliora sunt ponticis, & ob id ventriculo aptiora magis; Acida tenuissima bilem refrenant, sitim extinguunt, cardiacis prosunt, vomitui adhuc, & egestioni, appetentiam suscitant, odorisq; suauitate alia omnia in bonitate superant; vberiùs tamen deuorata escas educunt à corpore inconcoctas. Dulcia temperatiora sunt, nec sitim extinguunt; Muza media inter acida, & dulcia, nequè soluendi ventris, neq; constringendi vim habent; Insipida praua sunt. Poma, vel mala granata, vel punica adstringendi facultate pollent vniuersa, austera tamen magis, quæ fluxiones quoq; compescunt, & sitim sedant: Dulcia magis grata ventriculo, & in prima, & in secunda mensa concedi possunt, flatus attamen gignunt: Acida ventriculo commodiora, vrinam commouent, refrigerant, & iecori blandiuntur, cum assis magis, quàm elixis comedenda, quorum succus vsui esse potest calidioribus temperamentis, biliosis, pruriginosis, vel à phlegmate salso, vbi prurigo sit introducta; humores namq; attenuat, calorem hepatis extinguit, ventriculi os, cor, & iecur corroborat, cardialgiamquè prauis ex humoribus lenit; Verùm quæ dulcia, calidioribus aduersa, quia bilem adaugent, quamuis humectent ventrem, pectoris asperitati conducant, ac tussim comminuant. Vtq; paucis multa dicamus, Granatorum vis non absimilis enarratis cytoniorum differentijs, quas à sapore desumpsimus; vnum habent, quòd granata efficit præstantiora, Granata facilioris sunt coctionis, minùs terrestria, & temperatiora, & in medicamentis magis, quàm alimentis locum habent. Pomorum hæc differentia inuitat nos, & de Citrijs, Limonibus, & Aranciis, vt peragamus, hæc enim nullo non tempore Vrbanorum cohonestant mensas: Ad hæc malum Citrium, vel Citrum, quod venenis obtundendis aptissimum, diuersarum est virium, putamen etenim calidum; quod intus frigidum est; quod interiacet, temperatum

Differentia multiplex.

Omnium facultas.

B

Pomorũ granatorum vis

C

Quibus accommodata

Citria mala.

calidis

E calidis, & assis obsonijs attemperandis conuenientissimum, Diuersitas partium quibus vtilis.
ęstate pręcipuè, in qua bilem compescit, sitim extinguit, inflammationesquè internas omnes coërcet; edendi desiderium inducit, appetentiam restaurat, in eademquè mensa id facit, & innouat. Quoniam verò frigidiori stomacho Citrum ineptum, saccharo condiendum, nauseam etenim arcet, & Mira facultas.
prægnantibus hoc modo paratum opportunum; alioquin sua validiore acrimonia fœtum lædit vngues illi tollens, & reddens exunguem. Cortex melle, saccarouè conditus in Parandi modus.
prima sumitur mensa, frigidioris ergo ventriculi; pulpa, quæ acida est, & à cortice munda in media mensa conuenit, quando Vtẽdi tẽpus.
F appetentiam reuocare consilium est; assumendorumq; obtundere caliditatem: De Limonibus, & Arancijs hoc idem esset dicendum; ni, quòd Limones frigidiores citris, & Arancia minus frigida vtrisq; peraddere velimus; Dulcia quin etiam si Limones, et Arancia.
ticulosa esse; neq; biliosis, vt Citria, & Limones prodesse, quæcumq; sint parciùs assumpta iuuant, vberiùs ventriculum Vis, & facultas.
offendunt; Omnium succus, & præcipuè Limonum calculosis, in condimentis aptissimus, nec non in castiganda ceterorum alimentorum viscidítate. Et quoniam Vrbanorum mensæ absq; Quibus vtilis.
fructibus generis penè omnis stare non possunt, de illorum vsu,
G & esu paulò plura in sequenti dicemus.

***Aliorum quorundam fructuum vsus qualis esse debeat in secunda itrum, ac tertia mensa, Mespilorum scilicet, sorborum Castanearum Oliuarum, Capparum, Iuiubarum, Nucleorum Pini, Pistachiorum, Dactilorum, Nucum, Amigdalarum, Auellanarum, Fœnicoli, Anisorum, Coriandrorum, Seminum Melonum, Frustulorum Cinamomi, Aranciorum &c. Cap. XI.***

H FRVCTVVM nomine, quoniam non pauciora veniunt, in Vrbanorum mensa consideranda, singula in eorundem gratiam perpendemus; Mespila ergo, si viris concedenda, quum fœminis præcipuè expetantur; quippe quæ ventriculi morbis quàm sępius afficiantur, frigida sunt, & sicca primo gradu, stomachum Mespila.
corroborant, vomitum sistunt, & vrinam prouocant; eligenda maturiora, in modicaq; assumenda quantitate, Vis.
medicamentum namq; magis, quàm alimentum redolent, parum nutriunt, & crassos efficiunt humores, in fine mensæ, vt cytonia vsurpanda: Sorba eiusdem ferè naturæ, salubriora Sorba.

tamen, stomachi pellunt fastidia, gratiosiora palato existunt, & quum benè fuerint matura eustomacha sunt, Hyeme condiuntur epsemate, hoc est sapa, & quandocumq; sumantur, parciùs quàm ficus, & vuæ, poma, & pyra edenda, veluti, & corna, quæ saccharo accommodata præstantiora; Notandumq; obiter, quemadmodum pyra, persica, & alia, quæ saccharo condiuntur, in placentulasq; rediguntur, alijs non conditis innocentiora euadunt. Castaneę haud praui sunt succi, licèt crassiuscculi, calefaciunt, & siccant, abominationem ventriculi arcent, vomitum sistunt, valde nutriunt, durioris sunt co-ctionis, vel si coctæ diligenter, comedendæ sunt cum saccharo à biliosis; cum melle à pituitosis, vbi detur occasio, non sunt admodum stipticæ, neq; diurecticæ, capitis tamen largiùs esitatæ inducunt dolorem, elixæ pectori conducunt magis, quàm assæ, neq; tussientibus ex phlegmate obsunt. Oliuæ magis exigui alimenti sunt, appetentiam suscitant, & stomachum firmant, diuersam autem sortiuntur naturam, ex apparatus diuersitate; quæ namq; aqua, & sale condiuntur, incendium sanguini largiuntur, stomachi neruos commordent, difficileq; coquuntur, pungunt intestina, & aluum proritant; quæ verò aceto sunt præparatæ, bilem compescunt, appetentiam excitant in media mensa, confortant stomachum, ventrem adstringunt, & vim habent tenuiorem. Nigræ, quæ ad maturitatem venerunt, calidæ sunt, & humidæ, nutriunt magis, ventrem emolliunt, vel si tardè coquantur, faciliùs enim propter vnctuositatem excernuntur; cuius rei gratiâ, & cibum faciunt in stommacho supernatare, deterioris sunt succi, vertuntur in bilem, cholericis noxiæ, licèt cum aceto paratæ salubriores. Rubeæ, Galeno auctore, nigris sunt meliores, confortant stomachum, ventremq; constringunt; Nigræ verò hunc ipsum subuertunt, nimirum stomachum. & facillimè corrumpuntur. Cappares parciùs assumpti ventris pituitam digerunt, sopitam reuocant appetentiam, ventriculum firmant, hepatis, atq; lienis obstructiones aperiunt, commodiusq, præapponuntur, quàm postponuntur in mensis, cum boragine, lactuca, cicorea, elixis, cum passulis conditis, acetarij loco præassumptis: Iuiubæ, Galeno si credimus, neq; ad sanitatem tuendam, neq; ad morbos profligandos valent, his tamen magis, quàm illi conducere, experientia compertum est. Nuclei pini vtrumquè præstant, maximè nutriunt, sedant sitim, renibus vesicæ, atq; pulmonibus conducunt, semen adaugent, & ijs, qui venere largiore vtuntur, accommodantur, difficilè quamuis coquantur

Margin notes: A; Vtendi modus.; Corna.; Gal. libro de boni, & mali succi cibis.; Castanearũ vsus.; B; Oliuæ.; Discrimen.; Vis nigrarum; Rubearum.; Cappares.; Lib. 2. de Alimen.; Iuiubæ.; Nuclei pini.

E tur, vnde lac eorum præualet, cum iure pullæ, aut vitulino extractum; lac namq; auget in mulieribus, semenq; in viris; Huius ferè generis Pistachia sunt, quæ iecoris obstructiones minuunt, eiusdem frigiditatem emendant, & humoribus à pectore, pulmonibusq; discutiendis conducunt. Dactili vix locum habent in vltima mensa, quamuis parùm & in prima, nam difficilè coquuntur, capitis dolorem inducunt, vel si aluum emolliant: Auellanæ maximè nutriunt, inflant, coquuntur tardè, antiquæ conferunt tussi, atq; veneno medentur, cortex detrahendus antequam comedantur: Nuces facilius coquuntur, minus tamen enutriunt, tussientibus, & biliosis aduersæ, cum caricis sunt stomacho gratiosiores, & vnà quoq; cum ruta pestilentiam arcent. Amigdalæ Nucibus, & Auellanis præstantiores existunt, licèt substantiæ crassiusculæ, coctionisq; renitentes, calidæ sunt, & humidæ in medio primi gradus, pectoris, & renum emundant sordes, vrinam prouocant, iecoris aperiunt obstructiones, decorticatæ vtiliores, recentes, meliores, maceratæq; per noctem in aqua recentiores quodamodo emulantur; Virentes gingiuas confortant, stomachi refrenant ardorem, durioris sunt coctionis cum folliculo deuoratæ; Siccæ verò ebrietati resistunt, præcipuè vbi præassumantur, largiùs esicatæ, inflant, capitisq; dolorem inducunt. Ex his tribus Amigdalis, Nucleis Pini, & Auellanis, vel etiam Pistachijs placentulæ fiunt cum saccharo tum ad voluptatem, tum luxum, easdem referentes vires, & palato sunt gratiosiores. Coriandrum saccharo præparatum vapores, qui eleuantur ad caput, reprimit, oris commendat suauitatem, & feliciter in tertia vsurpatur mensa. Anisum tam viride, quàm aridum gratissimum ori est, appetentiam præstat, saccharoq; paratum prægrauatam exonerat aluum, discutit vapores, probat halitum, prouocat vrinam, capitis dolori, ex flatu medetur, prodest neruis, excitat venerem, ventriculo apprimè gratum, in tertia mensa, & in fine finis comeditur. Fœniculū semine, & caule probatum, Ferrariense, ac Bononiense in primis, ferulaceum à Plinio dictum, calefaciendi, & exiccandi vim habet, semen videlicet, discutiendi præterea flatus, ventriculoq; plurimùm accommodatum, venenum pellit, oculis prodest, à febre defendit, ac pituitæ fis est salutare. Viride tam semen, quàm caulis bonos gignit humores, pectori confert, interclusos aperit meatus venarum, coctum cū eiceribus vrinam ducit, quod facit, & crudum; pulmonis, hepatisq; abigit noxas, & semen ex vino potum contra serpentum ictus administratur. Siluestre in acetarijs hyemali tempore

Auellanæ. Nuces. Amigdalæ. Parandi modus. Compositio ex tribus. Coriandrum. Anisum. Fœniculum.

tempore commodum, & decoctum in iuribus haud ingratum. A
Bulbi, qui vltimam cohonestant mensam, ex oleribus inter radices valdè nutriunt, calefaciunt, & pro bibonibus magis, quàm vrbanis, à natura sunt procreati; veluti etiam appium, quod pessimum, & adurens, præterq; vrinam, quam prouocat, vix aliud habet boni, deq; fructibus in Vrbanorum gratiam satis. Bellaria nos inuitant, vt aliquid superaddamus. Hæc igitur in vltima mensa sunt apponenda, cuiusmodi coriandri præparati cum pauco sacharo, melonum semina, Anisorum; quæ vt in fine conueniunt, sic Frustrula cinamomi, aut araneiorum in principio accomōdatissima sunt; vim etenim habent iuuandi coctionem ventriculi, illumq; solandi, & languentem reuocandi appetentiam; de alijs bellarijs, quæ vsu venire solent, inferiùs peragemus. B

Appium. — Bellaria. — Vtendi modus.

*Placentularum vsus multiplex in gratiam Vrbanorum, Tortarum nimirum, pro quolibet temperamento, Marzapanis, Morsellorum nostratium, Veronensium, & aliorum, quæ in Vrbanorum mensis apponuntur, quæq; ob insignem noxam apponi non debent.* Cap. XII.

MEDICE' viuere, quoniam existimarunt nonnulli, esse miserè viuere, decreuimus adhuc, in Vrbanorum gratiam pauciora quædam insinuare, quæ iucunditatem cum vtilitate adnexam habeant, in hoc ipso, quod nunc tractamus argumenti genere: Quum igitur Pindaro vel auctore, *Benè pastis non insuauis extet placentula*, hæc multiplex in Vrbanorū mensa vsu potest venire, & quò ventriculo imbecilliori fiat satis, quouè iecori conducat, & renibus calidioribus, obstructionibus item, oculorum morbis &c. Temperatis ergo, vbi sit ventriculus imbecillis, Torta, quæ alba vocatur, ex caseo recenti, ouorum albumine, sacharo, atq; zinzibere, accommodata est; si valentior, amigdalæ, & Risum addi possunt: Intemperatis verò, & calidioribus, torta, vel placentula ex lacte, seminibus melonum, cucurbita benè munda, sacharo, cinamomo, & aqua rosacea salutaris est: Frigidioribus, quæ constat ex nucibus conditis, Araneiorum, Citriq; corticibus, croco, cinamomo, gariophillis, ouorum vitellis, orizaq; peroptimè decocta, omnibus intereeptis. Siccioribus, & Melancholicis, quę ex pomis Appianis, Amigdalis, Pini nucleis, passulis enucleatis, cinamomo, C D

Placentula idest torta. — Torta alba, pro temperatis. — Pro intemperatis Calidis. — Frigidis. — Siccis.

E mo, faccharo, aqua rofacea, vitellis ouorum, atq; fimilibus cõ paratur; Humidioribus demum, quæ py. is, cytonijs, auellanis, melle, ouorum vitellis, farre optimè decocto, cum pipere, gariophillis, & nuce mufcata componitur: Reliquę penè omnes placētæ, quæ tortæ vocantur, Bononienfis in primis; Herbacea, vel Romagnola, Patauina, vel Ferrarienfis ex milio, aut frumento Turchico appellato, Cruftata vulgo dicta, Pyrata, aut ex leguminibus, vitio non carent, illæq; magis, quarum bafis cafeus eft antiquus, oua tofta, vel quod craffum, vifcidumq; exiftit. Inter omnes tamen Torta Marzapanis ab omnibus appellata conueniens eft; nam præterquàm quòd optimi eft alimenti, benè con- Placentulæ vitiofæ. Torta Marzapanis falutaris eft.

F coquitur, pectus, iecur, & renes iuuat, genituram adauget, ventrem ciet, ardoremq; vrinæ comminuit. Iubeo ego parari ex melonum feminibus, piniq; nucleis pro macilentis omnibus in aqua rofacea cum amigdalis, in æquali portione maceratis; cinamomum addo pro ventriculo, fandalum pro iecore, capi carnem, vel Starnæ, vbi reftauratione fuerit opus: Offellæ Patauinæ, & aliæ, quarum bafis farina eft, ouis, butiro, & faccharo intercepta, pefsimæ funt; illæquè magis, quę fine fermento. Quæ aromata copiofiora requirunt, vitio non carent infigni, & caput habentibus imbecille, & iecur, & renes calidiores, valde funt noxiæ: Placentulę Perufinæ ex nucleis Pinorum cum faccharo Pro macilentis. Offellę Patauinæ. Placentulæ cum aromatibus. Perufina ex Pineis.

G minus funt prauæ, vel fi calidiufculæ, optimè alunt, & pectus depurgant: Quæ in fartagine cum pinguedinibus coquuntur oleo, butiro, vel quomodolibet alio confimili, haud in Vrbanorum menfis debent habere locum, ni ventriculi frigidioris gratiâ, ex mentha, faluia, libanotideque minutim concifis parentur, farina priùs cum fermento benè fubacta, in aqua cum modico fale, vel iure. Alia placentularum genera, optimè quoquè mellita, durioris funt coctionis, vtq; plurimùm in ventriculo fupernatant, ructus gignunt graueolentes, quandocumq; fumantur, cuiufmodi Frittelę à vulgaribus nuncupatæ. Noftrates, quæ vocantur Panes Speciati, melle, faccharo, aromati- Vitiofæ quę. Mellitæ prauæ, & cur.

H bus dulcioribus cum farina depurata, confectæ, vt Camertes, tamquam friabiles vfu venire pofsunt matutino tempore in menfæ principio, fufcitant enim demortuam appetentiam, & ratione croci, aliorumq; aromatum frigidiori ventriculo conducunt; iecori tamen calidiori nequaquam. Veronenfes Placentulæ, quæ noftra tempeftate fiunt, & in delitiis habentur, ex faccharo, cinamomo, & farina fubacta cum aqua rofacea, & fermento, ita vt friabiliores exiftant, quàm Camertes, in vltima funt menfa Panes Speciati. Nõ illaudati. Placentulæ Veronenfes.

vtiliores

Cinamomi vis mira. vtiliores; nam cinamomum, ex Fernelij placitis, quamcumq; respicit intemperiem, natiuo siquidem calori familiare censetur: A

Biscottini. Biscottini quidam apud Sanctum Genesium in Piceno dissimiles non fiunt, qui post aliorum omnium assumptionem sunt veluti stomachi sigillum.

Berlengozzi Fabrianen. Berlengozzi Fabrianenses fermento, saccharo, & rosacea infarcti cum luteis ouorum, quoniam friabiles, concedi possunt, in prima, media, & secunda mensa:

Panis Hispanus. Panes hispanici vocati, accomodatissimi sunt pro delicatis; Quòd si qui sint, qui morbis subiaceant thoracis, duo placentularum apponimus genera, quæ voluptatem cum vtilitate adiunctam habent; siue autem hæc dicas morsellos, siue placentulas, non curo, vt enim concinit Flaccus B

——————— *licuit, semperq; licebit*

Nominis ratio vnde. *Signatum præsente nota deducere nomen.*

habet primum Amigdalas benè tusas cum cinamomo, & saccharo, aqua rosacea, pro edentis gustu dissolutas, parumq; addatur amili optimi, ac defœcati, ex quibus fiant morselli, *qui*

* Morselli optimi, qui. optimè alunt, pectus leniunt, renibus, & iecori opitulantur, semen adaugent, vrinæq; mitigant ardorem:

Pro sanis. Recipit alterum vitellos ouorum, benè diffractos, lac optimum, cinamomum & saccharum, quæ tam diu miscentur ad ignem, quòad in frustula diuisa in sartagine concrescant: Huiuscemodi condimen-

Pro Ægris. tum, Phtysicis, atq; Ecticis opitulatur, stomachum, renes, hepar q; iuuat, adauget semen, & corpus impinguat: C

Pro ventriculo languente Pastillus verò languenti Vrbanorum ventriculo perutilis, cum in prima tum vltima mensa, pro ratione soluendi, aut retinendi ventris est, qui Cydoniorum pulpam recipit, medullam vitulinam, cinamomum, & saccharum, quæ tria ponuntur in pomis Cydonijs, excauatis molli pasta circumdatis, in furnoq; coctis,

Vtendi modus. quorum vsus ante cibos alios, absq; pasta, cum institutum erit aluū retinere conuenit, cum verò soluere, post alios omnes: Reliqua multa huius generis, Magister artium venter parabit; Vrbanis hæc proposuimus, velut quodamodo necessaria, Pauperes ac Rustici, de quibus memini me legisse. D

Rusticorum natura. *Atqui corpora sicciora cornu,*

*Aut, si quid magis aridum est, habetis,*

Catullus ad Furium. *Sole, & frigore, & esuritione,*

condimentis, atq; placentulis non egent; eorum siquidem vita ea est, qualis ab Athenæo depicta, & à Catullo vsurpata, scripsit

In Diphnosophist. Athenæus, de vita pauperum ob frugalitatem

τοιοῦτος ὁ βίος ἀπύρετος, φλεγμ' οὐκ ἔχων.

*Est vita talis febre prorsus libera,*

*Nec*

E *Nec phlegma habens.* ——————— cecinit Catullus
*A te sudor abest, abest sal.ua,*
*Mucusq; & mala pituita nasi.*
Vrbanorum itaq; gratiâ, & ditiorum prosequamur doctrinam.

*Condimentorum vsus, & ratio, Salis, Cinamomi, Piperis, Croci, Gariophillorum, Nucis Moscatæ, Zinziberis, Masticis, Synapis, Carui, Sacchari, Mellis, Sapæ, Olei, aceti, Omphacij, & huius generis, quæ alia condiunt alimenta, vt Petrosellinum, Eruca, Mentha, Amaracus, Origanum, Nasturtium, Fœniculum, Cuminum, Allium,*
F *Porrum, & Cœpa.* *Cap. XIII.*

LACEDÆMONVM condimentum, Plutarcho auctore, sal quidem erat, acetum, & intestina, quæ coquis dare solebant, ad alios condiendos cibos; Verùm Italorum, nostratium, & Vrbanorum, quoniam non dum satis hactenus fuit propositum, hoc in præsenti capite vberiùs prosequemur; Salis ergo parum addatur, vel indatur alimẽtis calidiorum,& ficciorum;plusculum frigidiorũ, (Salis vsus qualis.)
G & humidiorũ; calefacit enim sal,& exiccat,incidit, attenuat,abstergit, resistit putredini, dispersas corporis coniungit humiditates, coctionem iuuat, appetentiam excitat, in assuetisq; tanti est,vt dici possit ex adagio, *velut Anima pro sale*;Fossile autẽ eligendum, maximè delœcatum, ac tenue, vel marinum,quod (Electio.) album. Cinamomum, à sale, nullo non tempore ineptum, amicum siquidem est natiui caloris, frigidioribusq;, & humidioribus conducit, stomachum roborat, iecoris aperit obstructiones, vrinam in viris, menses in Fœminis prouocat. (Cinamomi vsus.) Piper vtilissimum est ventriculum frigidum, & humidum habentibus;adiuuat namq; coctionem,flatus pellit, ab intestinis, vrinam prouo- (Piperis.)
H cat, hyeme magis,quàm æstate probatur, biliosis tamen, & calidis quocumq; tempore noxium; crassiore modo contusum, vbi ventriculi gratiâ fit necessarium, hepate quoq; calidiore manente, conceditur. Crocum stomachum firmat, hepatis iuuat obstructiones, anhelosos, vrinam, & mestrua ducit,m=m braq; omnia debilia corroborat: (Crocum.) Gariophillum easdem possidet vires cum pipere, minus tamen iecori nocet, stomacho valet frigidiori, flatibus referto, cardiaco; nauseamq; arcet, visum acuit, & viscera omnia per adstrictionem confortat, Ra- (Cariophillorum.)
siq;

Nux Muscata. siq; auctore, *cor* quoq; *corroborat*. Nux muscata totum sua vi A corpus adiuuat, caputq; in primis frigidius, oculorum hebetudinem acuit, vomitum sistit, appetentiam reuocat, stomachumq; fouet, & iecur; Zinziber frigidioribus est vtile, humidioribus

Zinziberis. quinetiam, ventrem soluit, & humectat, coctionem iuuat, calidioribus valdè noxium, nec nisi modo crassiore contusum assumendum, stomachum confortat, vrinam prouocat, digestionemq; adiuuat. Mastix eadem præstat, sed mitiùs, ventriculum tamen valentiùs corroborat, neq; ita calefacit, vt Zin-

Masticis. ziber, tutiusq; inter aromata sumi potest cum cinamomo, quàm reliqua omnia. Synapi humidioribus capitis, atq; ventriculi

Synapis. prodest, sensui confert, caput mundificando, pituitam incidit, B splenem extenuat, venerem excitat, sitim producit, fungorum venenum discutit, pulmonum vitia ex pituita corrigit, excretiones reddit faciliores in cibo, confert suspiriosis, mollit aluum, paucioribusq; vt multa dicam,

*Inter eas, quas Pythagoras laudauerat herbas,*
*Asseritur primùm laudes tribuisse synapi.*

Carui. Carui summoperè confert pituitosis, nam flatus discutit, coctiones adiuuat, vrinam prouocat, cucurbitinosq; lumbricos occidit; Inter condimenta verò principem eum habeat locum Saccharum, Mel, Sapa, Oleum, & Acetum, de his ordinatim agemus; illud autem in primis monemus, non gulam istis C

Notandum. medijs irritandam, sed corporis laborem, vel exercitationem cum Socrate illorum loco eligendum: Interrogatus namq; Socrates, qui contentiosiùs ambulabat in porticu, propter quid hoc faceret, cum respondisset *Accelero mihi famem*, insinuare voluit, optimum condimentum ad excitandam appetentiam esse laborem; vnde benè ille & dixit, & scripsit, Lacedæmonio-

Lucta vt cõdimentum. rum salsamentum, *Luctam*. Quòd si accidat, Vrbanos corpus exercere non posse, tunc pauluùm condimentis indulgendum, non quidem ad proritandam famem, at crassiorum humorum, & viscidorum incidendam naturam, vel noxam corrigendam alimentorum. Ergo saccharum, quod primum est condimen- D

Salsamentorum vsus. torum aluum emollit, sitim, vt dulce, acuit, tussim lenit, abstergit, pectoris auxiliatur asperitati, nec ita facilè, vt mel in bilem conuertitur: Mel enim sacccharo calidius, condimentorum omnium extat vehiculum, pectori confert magis, coquit,

Mellis vsus in condimentis. alit, deterget, putredini resistit, aluum, & vrinas mouet, tussi frigidæ auxiliatur, caliginem discutit, stomacho infensum est, crudum tormina parit, ventriculum flatibus implet, senibus familiarius est, quàm iuuenibus, biliosis item noxium, pituitosis

accomo-

E accommodatius, ad vitæq; plurimùm facit diuturnitatem; prauorum namquè humorum copiam ab corporis internis, per meatus, & poros educit, venarum sordes abstergit, frigidis, & humidis conducit, siccisq: & calidis inimicum, Vernale bonum, Autumnale malum est, Hyeme pessimum, crudum non assumendum, coctum, seu despumatum accommodatius. Sapa infensa est stomacho, inflat, & durioris est coctionis, vbi tamen digeritur, maximè nutrit, pectori amica est, pulmonibus, & renibus, vesicæ prodest vlceribus, mundificat enim, atq; consolidat, calidaq; & humida extat. Oleum, quod humidius, & minus calidum est præcipuum condimentum piscium, olerum, & leguminũ, recens optimum est, defœcatum tamen, quod salis portione corrigitur, vbi

Mellis electio.

Sapę natura.

Olei natura

F calefacere, & exiccare fuerit institutum, corpus lenit, non minus extra, quàm intra, parciùs illo vtendum, nam euaporat ad caput, neq; in fine mensæ, quoniam supernatat, senibus non ineptum, & assuetis, vermes necat; illiusq; vsu exteriùs, & mellis interiùs, ad extremam senectam Romanus ille peruenit. Acetum, quod oleo qualitatibus aduersum est, ventriculum vberiùs assumptum labefactat, melãcholicis infestum est, biliosis accommodatum, pituitosis per se nõ vtile, incidit, penetrat, vt vinum, ratione tamen diuersa, hoc est propter tenuitatem partiũ,

Romulus Pollio.

Aceti natura

G pectori aduersum est, ac tussiẽtibus, quum præcipuè tussis est sicca, cum cibis admixtum appetentiã excitat, cõfortat stomachũ, & hunc ipsum à prauis emundat humoribus, senibus per se contrarium, cum melle peroptimum, & cum squilla, si Pythagoræ credimus decimum septimum supra centesimum excedenti annum, valdè accommodatum est; nam & Gal. in libello quodam sibi adscripto, *Qui parua, inquit, quantitate mane scillino vtetur, longa erit vita, eis extrema integra ad finem vsquè manebunt, omnia conficiet cibaria, excrementa excernet, atquè à nullo ledetur*. Omphacium ad excitandam appetentiam inuentum refrigerat, adstringit, exiccat, ciborum attemperat calorem, ventriculum, iecurq; calidum

Acetũ vt perutile ad vitę diuturnitatem.

Omphacij vis.

H recreat, & fluxionibus medetur: frigidiori tamen ventriculo nocet, pectori, renibus, & pituitosis. De Garo suo loco dictum, Oxigarum est quid ex Garo, & aceto confectum, quod inprimis apponebatur mensis ad excitandam appetentiam; Nos Platonem sectantes, à salsamentis exordimur; fiuntquè, simplicibus, & diuersis, cum aceto, sale, saccharo, melle, sapa, veluti dictum; vires proponemus quorumdam, in gratiam alimentorum, quæ castigatione aliqua indigent. Petrosellinum ventriculo gratum est, vrinam prouocat,

Oxigarum antiquiorum

Recentiorũ.

Petrosellini vis.

incidit

incidit, flatus discutit, prodest hydropicis, renum, & vesicæ dolorem demulcet, poros aperit, humores extenuando, vel per vrinæ vias, aut sudorem expellit, iecur, vulnamq; mundificat: Eruca venerem stimulat, vrinam prouocat, coctionem adiuuat, bonam efficit aluum, & eum lactucis maximè prodest: Mentha, si qua herba alia tenuium partium est, gustu acris, & facultate calida, & sicca, ventriculum roborat, coctionem iuuat, singultum sedat, & vomitum, appetentiam suscitat, cordis aufert morsum, flatus pellit, vermes necat, iecoris obstructiones aperit, venerem stimulat, ad satietatem vesci semen colliquat, & gonorrœam inducit, sanguinem extenuat, in serum vertit, atq; bilescit, quemadmodum fusiùs in explanatione problematis, *Quam ob rem Mentha belli tempore non edenda, neq; serenda*, fuimus prosequuti. Amaracus, vel Persa calefacit, & siccat, meatus aperit, humores glutinosos à capite deijcit, & appetentiam suscitat. Origanum cruditates discutit, morsumq; tollit ventriculi: Nasturtium easdem possidet cum eruca facultates, animum exacuit, & bilem detrahit. Fœniculum, quo de aliàs dictum, lac auget, deobstruit, & flatus discutit. Cuminum prouocat vrinam, reprimit tormina, humoresq; crassiores in ventriculo absorbet; Allium calidum, & siccum in quarto gradu coctum magis, quàm crudum probatur, in leguminibus, & viride magis, quàm siccum, frigidioribus, & humidioribus prodest, vrinam prouocat, ventrem humectat, biliosis est noxium, & si Vrbani fuerint assueti illo peruti, conceditur, aliquin abstineant. Porrum eiusdem naturæ cum allio, minus tamen calidum, & siccum pectoris vitiis occurrit, voci diminutæ, ac tussi, pulmonis item vlceribus, fungorum vitiis, aluum soluit, venerem stimulat, capitisq; maiore quantitate assumptum inducit dolorem, praua itidem somnia, visus hebetudinem, & gingiuas corrumpit, edendum eum oleribus frigidioribus hyeme, senibus, fœminis (quas reddit foecundas) non viris, non iuuenibus, non æstate; decoctum porrum non ita nocet; veluti & Coepa, siue in cineribus, siue in iusculis pinguioribus, prauos vtrumq; gignit humores, inflationem, sitim, insomnia tetra, maniam, capitis dolorem, cuius rei gratiâ dictum ab Hippoc. *Cœpas vides ne tangas*; alimento enim accommodatæ non sunt, sed medicamento, nam extenuant, exiccant, incidunt crassos humores, aperiunt venarum orificia, vrinam prouocant, mestrua, ructus acidos comminuunt, appetentiam augent, venerem irritant, per sudoremq;, ac sedem frequentiùs educunt; *Assuetis* in

Margin notes: Erucæ. / Menthæ. / Mira eius vis / Amaraci Persæ, vel Maioranæ. / Nasturtij. / Fœniculi. / Cumini. / Allij. / Porri. / Ceparũ vsus / Noxa & vtilitas.

E in modica quantitate concedi possunt, in assuetis non possunt: At specificè adhuc magis de condimentis in gratiam alimentorum agamus.

*Quæ, pro determinatis quibusq; alimentorum generibus, condimentorum, aut salsamentorum, habenda sit ratio, tam hyeme, quàm æstate, pro carnibus nimirùm, diuersò modo paratis, diuersarum specierum, & piscibus; Vtquè suauissimum condimentum in Vrbanorum mensa, periucunda oratio.* Cap. XIV.

F PRÆTER ea, quæ de condimentis, & salsamentis diximus in principio sectionis huiusce in gratiam diuersitatis Vrbanorum temperiei, de his ipsis in gratiam diuersitatis alimentorum aliquid addere non recusabimus. Conueniunt ergo simplicia condimenta iam dicta, vel inuicem composita, contusa, contrita, infarctaq; simul, pro ratione illorum, quæ apponuntur in mensis; ita vt calida frigidis, frigida calidis, humidaq; siccis, & contra attemperentur; viscidiora etiam tenuibus, & hæc crassioribus ad temperiem reducantur: Quamobrem, vt specificè magis rem attingamus, pro anni quoq; varietate, varia constituenda condimentorum genera, Hyeme calidiora, Æstate frigidiora, pro ratione carnium, piscium, vtrorumq; assatorum, vel elixorum. Igitur æstate vnà cum carnibus, salsamentorum materia esse poterit omphacium, siue Agrestæ succus, Malorum Citri, Limonis, Araneiorum, Granatorum, Acetum ipsum cum saccharo, & cinamomi modico, pulpa seminum melonum, vel amigdalarum recentium, vel maceratarum hunc in modum.

Condimentorum necessitas.

Varietas vnde.

Pro æstate.

℞. *Amigdalarum dulcium, maceratarum in aqua communi vnc. ij. succi omphacij, vel aliorum acidorum quantum satis ad dissoluendum, sacchari purissimi vnc. i. Cinamomi scrup. i. salis parum.* Misce diligenter in mortario marmoreo, & fiat salsamentum: Quòd si carnes fuerint viscidiores, vt Agninæ, Anserinæ &c. intermiscendum aceti validioris, serpilliq; modicum, cum piperis granis; At hyeme condimentorum materia esse debet Synapi, Piper, Zinziber, Cinamomum, Gariophillum, Allium, Saluia, Serpillum, Mentha, Petrosellinum cum sapa, melle, saccharo, vel aceto dulciore, cuius forma hæc esse poterit.

Pro carnibus viscidis.

Pro hyeme.

℞. Zin-

℞. *Zinziberis, synapis, cinamomi gariophillorum ana dragmam vnam, & mediam, Piperis dragmam vnam, Saluiæ, Serpilli, Menthæ ana pugillum medium, Mica panis aceto maceratæ vncias tres, Salis parum, Allij frustulum.* Misce, contusis contundendis peroptime, salsamentum fiat. Si carnes laudatæ sint, vt capreolinæ, veruecinæ, vitulinæ, aut huiusce generis, salsamentum esse debet magis temperatum, cum parciore aromatum quantitate, aceti, & sacchari modico: At si carnes bouillæ fuerint, aliorumq; magnorum quadrupedum, piper addendum, si verò suillæ, Synapi anteferendum. Ceterùm salsamenta, & condimenta varianda sunt, pro vario carnium apparatu; ita vt si carnes duriores existant, quemadmodum suis, bouis &c. non solùm aromatibus condiendæ, sed allio partim contuso, partim integro inter facto; cuius loco per æstatem omphacium accommodatius, vt illud hyeme; At si carnes fuerint teneriores, vt vitulinæ, Gallorum Indicorum maceratorum, &c. omphacium pariter cum aromatibus, & cum lacte amigdalarum dulcium recentium, & ouo conquassato æstate substituendum. Pullorum teneriorum, & Cuniculorum assatis carnibus, satis pro condimento panis erit mica, omphacij succo macerata, cinamomi parum, & sacchari per æstatem, cum vino per hyemem, ac melle, sacchari loco, quod æstate conducit. Suillis carnibus assatis conuenit hyeme liquor, qui dum assantur, destillat, cum parua cæpa contusa, & vini modico temperatus; Æstate verò salsa, quæ passim viridis nuncupatur, apta est. Volatilium probatiorum carnes, Phasianorum, Perdicum, Turturum, ac similium præter sal, & modicum iuris nil in assatione requirunt, post assationem condimentum, vel salsamentum requirunt: Capis, atq; Gallinis, quæ fuerint elixatæ, perutile condimentum ex speciebus dulcioribus, interceptis mica panis, in earumdem iusculo macerata, hyssopo, saluia, & petrosellino in modica quantitate; hyemali tempore additis, æstiuo capreolorum vitium succus cum aceti pusillo, & sacchari satis est. Quòd si huiusmodi volatilia in pastitium efformentur, præter specierum dulcium appositionem, nil penitùs addendum, sale numquam excepto. At vbi ratio piscium instituenda, condimentum est immutandum, variandumq; pro varietate Marinorum, vel fluuialium, maiorum, aut minorum, viscidiorum, vel friabilium, prout magis, vel minùs pisces fuerint humidiores, & coctioni renitentes. Omnium attamen basis, nux esto, amigdala, nuclei pini, & id genus, quod nimiam illorum frigiditatem, & humiditatem obtundat, sal adhuc in maiori quantitate,

piper,

Marginal notes: Pro carnibus temperatis. — Pro duris. — Pro tenerioribus. — Pro carne suilla. — Pro volatilibus. — Pro capis & Gallinis. — Pro pastitijs. — Pro piscibus

E piper, & vinum, saluia, mentha, origanum, & similia. Condimentum apprimè vtile Mustarda est, vel quod fieri solet apud Perusinos in condiendis piscibus, ex pane contrito, sapa decocto, croco, pipere, sale, & allio integro, simul incocto: Pro nobilibus tamen parari debet cum floribus Rosmarini, non lotis, ne vim suam ablutione deperdant, sale, oleo, & aceto infarctis, vel vnà cum piscibus incoctis, etsi piper crassiùs contritum, inspersumq; desuper, opportunum, & salutare sit piscium condimentum; quod si piperatum nostrate vulgarium arrideat, neq; hoc quidem ineptum: Condimentum genericũ, F & ad pisces, & carnes, vniuersumq; apparatum eorum, quæ comeduntur, & bibuntur, perijucunda est conuiuarum oratio, vel blandiuscula lectio; id enim vtraq; facit, retardat comedentes, efficitq; vt benè mandant, & diligentiori masticatione vtantur; Sed enim iucundis de rebus esse debet oratio, non de litibus, aut litigiosis, quæ calorem distrahant à coctione, sed quæ interrogationibus, & responsionibus citiùs quàm par sit, comedentes refrenet; *Nam vt amica salubris, & in tempore adhibita oratio, remedium est efficax, & præsentaneum, in retardandis comedentibus ita inimicus sermo, aut pestilens non in tempore dictus, si vnquam, in mensis exitiale venenum est*, vnde ille, beneq; iudicio meo.

Condimentũ Perusinum.

Flores qui non abluendi.

Piper crassius optimum piscium condimentum.

Genericum ad omnia.

Ex lectione Plutarchi.

*Non is est gratus conuiua qui inter pocula largiùs potus*
*De litibus, & bello luctuoso loquitur;*
*Sed qui Musarum, & splendida dona Veneris*
*Alterius miscens meminit sic lætitiæ.*

Sermo, qui minus aptus in mensa.

Placidus igitur, & benignus eligendus in mensa est sermo, de quo alter. λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ

*Sermone flexisti optimo me pharmaco.*

Sermo etenim complures animi morbos emendat, qui alioquin appetentiam extinguendi uim habent; qua tamen de re scriptũ satis in nostra philosophica mensa, uel conuiuio; cuius finis cum sit animi recreatio, non corporis repletio, *Permittamus* aiebat Plutarcus, *eos, qui appositi sunt ad benè dicendum iucundis fabellis philosophari;* Cæterùm philosophandi nomine quæstiones intelligit agitandas mitiores, problemata familiaria, qualia de vino nos plurima scripsimus, philosophica, medica, & poetica, in quibus eorum, quæ ad sitim, vinum, vini potum, & vinolentiam attinent, fuimus philosophati; Verùm ad alia modò.

Accõmodatus & proficuus.

Liber Auctoris.

Libri tres Auctoris.

L *Potus*

A

*Potus ratio penès vinum, & aquam vt instituenda, in gratiam eorum, qui temperiem, atquè intemperiem in toto, & partibus nacti sunt; vbi ex vinorum, & aquarum differentia multiplici, quale vinum, & qualis aqua conueniat, definitur.* *Cap. XV.*

VRBANORVM cibus, qualis esse debeat, constat; qualis nunc potus, rationi consentaneum est, aperire tentemus, in genere primùm, in specie mox, in gratiam iuniorum, seniorum, atquè diuersitatis tempe- B ramentorum; & quoniam experientia compertum, antiquiores longiorem tolerasse senectam, diutiusquè vixisse mulsi potu, & & oleo, de priori quod satis, de altero pauciora scribemus:

Ordo scribẽdorum.

Vini electio pro temperatis.

Noxa vini aquosi.

Exordientes igitur à vino sancimus hoc suaue, clarum, & odoratum, aquosum autem minus eligendum; aquosum enim officit ventriculo, acescit, in venisq; computrescit; *Pro temperatis* ergo temperatum conducit, quandoquidem in temperatura conseruat; intemperatosq; ad temperiem deducit, si excedens intemperies non existat; propterea quod frigidam corporis habitudinem calefacit, calidam refrigerat, siccam humectat, & humidam siccat, humorem reuocat naturalem, caloremq; fouet, vnico, vel Democriti exemplo, iam iam expiraturi, medulla panis vino madefacta, naribusquè admotam, spiritum fugitiuum, per triduum retinentis.

Vini temperati vires.

Lib. 1. de Tuenda.

Vinum pro Iunioribus.

Lib. 1. de Tuenda cap. 5.

Pro senibus.

Quod cum ita sit, iunioribus, ex Galeno dilutum, & in modica quantitate *conuenit*, tum quia ad libidines, & iram præcipites facit, tum quia partem animæ rationalem, hebetem, ac turbidam reddit; senibus autem competit meracius, quoniam frigida eorum corpora sunt; calescunt enim ex vino, tristitiamquè, & melancholiam depellunt; receptum siquidem est, & ab Homero conscriptum, vinum esse antipharmacum tristitiæ, Vnde Æsculapius tanti vinum fecit, vt æqua cum numinibus lance statuerit; quibuscumq; magnus Plato consentiens, Ingenium dixit, & vires temperato vini vsu mirificum suscipere incrementum.

Quanti vinũ ab Æsculapio factum.

Pro pueris.

Vinum pro intemperatis

Hac lege constituta, pueris dilutiùs, quàm iuuenibus bibendum; eorum namq; corpora calidiora, & humidiora cum sint, vinum paratiora efficit ad quamcumquè suscipiendam putredinem, caputquè replet, quod pueris inimicum. Qua verò intemperatis ratione vinum sit concedendum, ex dictis pa-

tet

E tet, frigidioribus nimirum validius, atq; meracius, & parcius, calidioribus imbecillius, dilutius, & vberius; Nouellum, & vetustum nimis omnibus fugiendum; frigidioribus dulce magis cõducit, calidioribus austerum; quod vtriusq; particeps est facultatis, dulce, & austerum, prauum est, nullisq; conueniens; nam, vt dulce inflat, vt austerum adstringit, tardéq; meat, vnde remanet in superiori ventre, quem maximè lædit; Vinum pauciferum, tenue, & album à plerisq; morbis homines tuetur; prouocat enim vrinam, corpori alimentum concedit exiguum, non lædit caput, & sedando ipsius dolori, ex consensu ventriculi, a vitiosis humoribus confert, Hominibusq; biliosis conducit, F excrementa per vrinæ vias educens: Crassum vinum magis, quàm tenue nutrit; Album aperit, Nigrum odoratum stomachum iuuat; Vinosum, & maximè odoratum euitandum corporibus, tam per se calidioribus, quàm per accidens, ex labore, inedia, mœrore, anni tempore, regionibus, & cæli statu calidioribus, iisq; amplexandum, qui calefactione opus habent, vt pituitosis, frigidis, vitam ducentibus ociosam, in frigida cæli regione, & hyeme. Quibus caput est validum, ventriculus frigidior, nec hepar feruet, valens donandum; In omnibus autem plurimùm assuetudo est facienda, non solùm circa vini facultates, & vires, sed etiam colorem, vt alibi adnotauimus, G & bibendi mensuram; *Consuetudini etenim aliquid semper in singulis condonandum*, id quod sciens Hippocrates. *Mutationes* dixit *cauendas*. In genere tamen, quò ad bibendi mensuram, illud seruandum, tantum sumendum esse potus, quantum elixationi, cui concoctio, quæ fit in ventriculo, assimilatur, faciat satis; de cibo autem ita decernenda res est, vt de potu: In pueris attamen plus vtriusquè donandum ob caloris, & humidi, quod resoluitur diffluuium; Senibus verò minus; in media verò ætate constitutis, pro laboris, aut exercitationis ratione; laborantibus itaquè magis plus edendum, atquè bibendum, & contra; Quòd si praua etiam sit H consuetudo, præsertim in senibus, his plusculum condonandum: Edat itaquè senex, & bibat quid, quando, quantum, quomodo, & vbi, quum longo temporis tractu, in pueritia fuerit assuetus, paulatim a consuetudine, vbi praua fuerit declinans: Sic iuuenis prosequatur viuendi normam, quam à pueritia, & iuuentute fuerit amplexatus, paulisper, vbi sit noxia, ad bonitatem immutans; At senex, quibus à pueritia, & iuuentute fuerit assuetus, hæc prosequatur; Illud autem pro tuenda sui ipsius valetudine vnicuiquè obseruandum, ne

Frigidioribus Calidioribus.

Dulcis et Austeri vires.

Vini pauciferi vires.

Crassi. Albi. Nigri.

Vinosum quibus ineptũ et quibus aptũ

In Problematibus medic. Sec. Hippocratica.

6 epid com. 3.

Mensura potus.

Pro Pueris.

Pro Senibus.

Laborantibus.

Gal. 1. de Tuẽda cap. 10.

Consuetudo vt alteranda.

Præceptum genericum.

in tempore, quo assuetus non est, quisquis cibum, potumquè assumat; Quoniam verò diluendum est vinum, aqua eligenda, quæ optima sit; cumquè à duobus vires vniuersas consequatur ab arte scilicet, & natura, quocumq; ingenio enitendum, vt aqua probatissima sit; nam vt benè cecinit Pontanus.

Aquarũ bonitatis notæ, & malitibæ vnde.

*Nec sapor, aut color vllus aquis fluuialibus, ipsa*
*Tellure hos de matre trahunt; hinc sæpe venenum,*
*Sæpe salus, adeo variat, tellusq; solumq;,*
*Terra salutiferas vires, eadem ipsa nocentes*
*Prodest aquis, succoquè suo prodestq; nocetq;.*

Quotiescunquè igitur aqua bona ex natura non est, arte paranda, quomodo autem in sequenti dicemus: prosequamur cum Hippocrate modò, præter ea, quæ diximus in secunda sectione aquarum vires, quæ à natura scaturiunt. *Aquarum*, dixit Hippocrates *alias esse dulces, alias salsas, & aluminosas, & alias de calidis locis fluere*: Paulò verò infra, *Alias dixit esse, quæ erumpunt ad solis exortum, alias salsas, duras, & crudas, quarum vsus hic esse debet. Quis quis sanus, & robustus est*, inquit idem, *is nullum discrimen faciat, sed semper eam, quæ præsens est, bibat; quicumquè verò morbi gratià eam, quæ commodissima est, bibere non potest, is si ita fecerit, maximè sanitatem consequi poterit. Quorum quidem ventres duri sunt, & idonei ad hoc, vt amburantur, his dulcissima, & leuissima, & splendidissima conducunt; quorum verò molles ventres, & humidi, & pituitosi, his dulcissima, & crudissima, & subsalsæ aquæ conducunt, sic enim maximè resiccari possunt; Quæcumquè enim aqua optima coctu sunt, ac leuissima, eas par est, & ventrem exoluere, & liquare, quæ verò dura sunt, & minimè coctu bonæ, hæ magis constringunt ventres, & exiccant*, Pro intemperatis igitur has videtur Hippocrates proposuisse. De saluberrimis autem loquens Oribasius, *Saluberrimæ*, inquit, *aquæ sunt, quæ fluunt per meatum quemdam, ac terram puram ad orientem, pessimæ verò ægrè coctiles, ac tardi motus, quæ scaturientes è saxis ad septentrionem erumpunt*; Pro terræ namquè natura, vt prædiximus, & ante dixit Hippocrates pluribus in locis. Aquarum natura dignoscenda; *Terrarum enim aliæ plana, seu campestris, alia colles, & montes, Campestris ad aquarum effluxiones deterior est, multiquè hoc in loco putei fossiles, fontesquè resides sunt; Colles, & montes præstantiores existunt, puriores etenim aquas, tenuiores, & meliori præditas*

Aquarum vires et natura.

Aquæ omnibus accõmdatæ.

Signum bonitatis aquarum.

Aquæ saluberrimæ ex Oribasio.

Lib. de aëre lib. 2. de Diæta cap. 3.

B

D

adere

E *odore, ac suauiores dulcedine prabent: Rursus camporum nonnullis salsugo, & nitrum insidet astate, & autumno, nonnullis nihil, verùm terram hanc dulcem appellant; hic ergo aqua est praestantior, potabiliorquè, illic salsa, & nitrosa: ex montibus itidem alij terrei, alij petrosi; Terrei aquas habent praestantiores, quò ad mollitiem, & quia minus sunt frigida; Petrosi, quò ad duritiem, & frigiditatem aquas deteriores habent, puriores tamen cateris, & sedimento vacantes: Maxima verò, & effatu digna est differentia in aquis, tum ex metallis, tum ex herbis adnatis; Metalla, tum ad aliam habitationem, tum ad aqua potionem noxia sunt; Herba verò nonnulla quidē admodum ladunt aquam, nonnunquam verò adiuuant; huius generis sunt Adianthum. & Sium; illius alia. Discrimen quoq; spectādum in aquis iuxtà tempus, in quo decidunt. Vernales enim, & hyemales opportunissima sunt autumnales verò, & astiuales fuerint quidem alijs praestantiores sed non omnes omnibus; nam viribus quidem eas qua in terra sunt antecellunt; quàm verò sint vernalibus, hyemalibusq; inferiores, dici sanè non potest; Vernales namq; & hyemales bona ad concoct. onem sunt, bona ad vriniarum secretionem, bona iecori, bona renibus, pulmoni, ac neruis; cum enim facultatem valdè refrigerantem non habeant, meritò hisce partibus fiunt benigniores; Autumnales verò, & astiua ficciores, nitrosaq; vt fint necesse est,' qua ad abstergendum, intestinaq; descendendum, minimè tamen renibus prosunt, pulmoni, & arteria, quin, & plus vini ferre tales aquas necesse est, quò earum nitrositas vincatur*; Vtq; in omnibus Vrbanis fiat satis, Aquæ à glacie defluentes, ac niue, neq; ad coctionem, neq; vrinæ redditionem commodæ sunt, sed neruis, pectori, & costis sunt malæ, spasmos, & tetanos efficicientes, ruptiones quoquè in thorace, & qui eas potant, suberuenta quandoquè expuunt, & suppurantur, quæ aquæ à bona stillauerint niue, sanguineis non incommodæ. Quibus minùs contenti addimus ex Gentile, *Aquam conueninteem complexioni temperata esse, qua temperata est in fortitudine frigiditatis, idest non frigida vehementer, vt nix, nec veluti tepida, verùm sensibilis frigiditatis; At natura calidioribus conducit ex Galeno potus aqua frigidioris; Aqua temperata* ex eodem *siccam habentibus carnem conducit, frigidior autem in calida ventriculi temperatura est accommodatior*: Quod si differentia capienda sit à sapore, Aqua dulcis tollit sitim, hydropicis maximè aduersatur; salsa, & nitrosa his prodest, veluti etiam sulfurea, bituminosa, aluminosa, nitrosa, quæ

Margin notes: Aqua vnde bona fluat. — Aquarum discrimen vnde. (F) — Oribasius lib. de Dieta cap. 3. — Vernales & hyemales aquæ bonæ. — Autumnales, & æstiuæ. (G) — Glaciales. — Quibus noxiæ. — Niuales. — Lib. 1. Fen. 3. doc. 2. cap. 8. (H) — Lib. 5. de Tuen. cap. 1. 4. Meth. ca. 2 — Aquæ dulcis facultas.

*Nitrosæ. Sulphureæ. Bituminosæ. Aluminosæ. Nitrosæ. Multiplex aquarum sapor. Nitrosæ vires.*

quæ pulsum efficit duriorem. Aqua etiam dulcis, cui nullus sapor, calidos humectat, sanguini cum ex iecore in corpus diffunditur, quoddam quasi vehiculum est, refrigerat, & humectat. Acidula mouet vrinam, calculosis medetur, ebrietatemq; discutit: salsa turbat aluum, corpus nutrit, ducit ad maciem, pituitam consumit. intestina rodit, sanat scabiem ex pituita, ventriculoq; frigido, & humido succurrit. Nitrosa idem præstat, vuluam ad concipiendum reddit idoneam, & strumas diminuit. A

*Aluminosæ. Sulphureæ.*

Aluminosa ventriculum vomitu solutum reficit, vlcera vesicæ curat, tumorem gingiuarum persanat, ac tonsillas dissoluit: Sulphurea ventriculum euertit, ijs tamen, qui humorum copia redundant, & ad neruos, & ad articulos affert vtilitatem, B scabiem, & vlcera sanat, vitiligines emendat, frigidis conducit, calidis obest;

*Bituminosæ. Chrisochellæ. Auri pigmentosæ. Aureæ. Aquę neruis aduersę quę Ferræ. Aqua bona quæ. Lib. vlt. Côt. cap. 7 i. lib. 1 fen. 2. doc. 2. sũma prima*

Bituminosa interioribus corporis vitijs medetur, caput replet, sensum lædit, oculosq; in primis: Quæ chrysocolla, vel erugine infecta est, vomitiones mouet, quæ auripigmento, calefacit, & stringit; Quæ infectæ sunt venis auri, argenti, plumbi, & stibij neruos faciunt duriores, tendunt, contrahunt, inflāt, et pituita replent; ita vt aqua omnis egrediens de minera, mala, præterquàm ferrea; Quæ aqua ponderat æquè, ac vinum bona est, quæ plus deterior; nam quantò leuior, tantò salubrior; Mala est, quæ odorem aliquem contrahit, vndecumq; contrahat; labefactataq; à terræ, vel aëris vaporibus: C Plura de aqua videant studiosi apud Rasim, & Auicennam, nostrumq; librum de Pane vnum, & Aqua alterum, in quo ad satietatem, de aqua tractamus, vt in libello de salubri potandi ratione ad Cardinalem Amplissimum BEVILAQVAM, de vino.

### *Aquarum noxa, vel malitia ante potum, & postea quomodo corrigenda, tum ex aliorum, tum propria sententia: Et quomodo præparanda sit aqua, in gratiam Vrbanorum, qui diuersum nacti sunt temperamentum.* Cap. XVI.

VARIAM aquarum cognouisse naturam, D quoniam non dum satis Vrbanis, nisi eam, quæ malitia scatet, sciant corrigere, id in præsenti capite ostendere nitemur; Aqua igitur emendatur, quę vitio non caret ex Diocle, & Oribasio, hunc in modum; decoquenda ad tertiam partem cum ouorum albuminibus, inijcere autem oportet in hęc

*Cap. 4. vbi supra. Primus modus corrigē*

ipsa glebam argillę aridę, quousq; maceretur, fit autem men-

sura

E futa femisextarius, in amphoram, vbi autem decoxeris, percolata bibatur. Quòd si vitium pendeat ex prauo quodam odore, hunc facilè corriges, si calefactam, manu ad ventum perfundas, in vase immenso, atq; in vasa parua diffundas paulatim in sole. Ceterùm Athenæus ex Oribasio, *Aqua*, inquit, *defæcatur partim vasis stillatitijs, quæ stacta à Græcis vocantur, partim colis, quæ ab eisdem hylisteres dicuntur, quæ nonnunquam quidem simplicia, nonnunquam duplicia, & triplicia fiunt, vt purissima aqua per hæc ipsa excipiatur. Quin & fouea iuxtà mare, tum intra stagna fiunt, illic quidem cum aquam potabilem secernere volumus, ab impotabili, hic verò, vt si conturbatum* F *fuerit stagnum. hyrudinesq; habuerit, vel aliquod vitium, purissima, maximeq; innoxia per fossas colligatur. Vbi autem multa copia sit colligenda aquarum, vt in exercitibus. foueas lapidibus, aut lignis circundant, & vbi pauimentum eodem modo intrauerint, pura seruantur.* Corrigitur ergo aquarum malitia, per Oribasium coctione, destillatione, sublimatione, loeique mutatione: Gentiles de Fulgineo addit, *Aquam clarificari per arenam minutissimam, collocatam in cisternis*, & sic illius emendari prauitatem, quæ corrigitur etiam in frequenti missione, atq; concussione; ita vt aquæ stabiliores, & immobiles, nec agitatæ G prauæ sint; plurimùm enim à motu iuuantur; vnde colligere licet, aquas fontanas, ex motu salubriores esse, quàm immobiles, vt puteales; quæ hyrudines habent, etsi moueantur, deteriores. Corrigit quoq; malitiam aquarum acetum intermixtum, frustrum terræ sigillatæ, ferrum candens, modicum luti armeni, Farinæ triticeæ, panis micæ, vini, aut mellis portio. Verùm de aquis vnicuiq; temperamento accōmodatis, vt peragamus, Accōmodatissima est calidioribus temperamentis aqua parata ex infusione psillij, aut portulacæ, sandalorum, aut berberorū; ego libenter paro ex sandalis, aqua maceratis; vel præcipio ditioribus aquas stillatitias, ex Nymphea, Portulaca, lactuca, cicorea, violis, cucurbita, & similibus; vel cum simplici aqua per H optima admisceo succum limonis, aut aranciorum in modica quantitate, ad guttas; mando refrigerandam cum niue, vinis præsertim existentibus validioribus; nam & Gentiles de Fulgineo super Primum Auicen. *In quibus*, inquit, *vina sunt potentissima, magis conueniens est vsus aquæ vehementer frigidæ, ad contemperandam caliditatem excellentem illorum vinorum, vel aquarum, per niuem, vbi vina fuerint valentiora, & patientis calidius fuerit temperamentum*; quibus minùs contentus addit, *Aqua niuosa, & glacialis habet duplicem vtilitatem, vna est,*

[Marginal notes: di aquam vitiatam. — Secundus. — Lib. Cit. c. 5 — Tertius. — Quartus. — Quintus. — Sextus. — Lib. 1. Auic. Fen. 2. & doc. 2. Summa 1. — Septimus. — Aquæ salubriores. — Octauus. — Aqua pro calidioribus. — Aqua refrigeranda. — Lib. 1. Fen. 2. summa. 1.]

*est, quæ aliquibus corporibus, in vehementi scilicet calefactione, queritur vehementer refrigeratio, quæ fit cum istis aquis &c.* ( In qua orationis particula licèt videantur Gentiles, & Auicenna tractare de aqua niuis, & glaciei, dicunt tamen vtroq; circundari posse, quod refrigerandum ) *Altera vtilitas est, quia sunt aliquæ Ciuitates, habentes naturaliter malas, aquas, & ideo danda est eis aqua niualis, vel glaciei, quæ licèt non sit in vltimo bonitatis, quia sunt nimis spissæ propter congelationem; tamen, quia alias non habent meliores, ea concedenda*: Vt igitur aqua frigida, tam actu, quàm potentiâ conducat valetudini intemperatorum, ex Auic. fat notum, nequè ex eodem obscurum, hanc ipsâmet aquam frigidam iuuare appetentiam; constringit enim stomachi villos, & humidum exprimit, quod innatum illius calorem obtundit: oppositum cum sit dicendum de calida actuali, & tepida; illa namquè corrumpit digestionem, cum faciat supernatare cibum in stomacho, inducit hydropem, eticam, aliaq; apportat incommoda, altera verò, nempè tepida nauseam facit, ventriculum laxat, mollificat, replet, stomachum facit imbecillem, & malè olentem. Vtcumquè igitur aqua corrigatur in prima sua qualitate natiua, hoc est, à frigiditate remoueatur, noxia euadit. Ceterùm si corpus Vrbanorum sit frigidum, & pituitosum, aqua medicata sat est, quæ vim habeat calefaciendi, qualis ex cinamomo, & saccharo, vel saxaphras, vel anisis, mastice, aut coriandro, cuius etiam loco nos vti solemus aquis stillatitijs, pro nobilioribus, ex melissa, bettonica, saluia, vel Rosmarinum in aquam infundimus: In natura humidioribus vtimur aqua, in qua maduerit guaiaci cortex, saxaphras item, lentisci ramuli, & huius generis. Verùm, vt liberiùs dicamus sententiam nostram, in his, quæ ad potum Vrbanorum attinent, occurrimus nos potiùs vinis medicatis, quàm aquis, quibus tamen vti quicumquè voluerit, modum habebit non iniucundum: Quòd huic negocio est plurimùm accommodatum, illud est, quod Auicennas nos docuit in Cantic: *Eum scilicet, qui à morbis vult euadere, diuidat oportet regimen suum in tria capita, quorum vnum tribuat animo, aliud cibo, ac tertium potui ipsius aquæ*: In huius itaquè potu cum octo præcipiat obseruanda, referam ex ordine vniuersa. Primum inquit, *Parum aquæ frigidæ satiat, & sitim sedat*: Secundum, *Potus aquæ frigidæ non est nimiùm frequentandus, eò quòd absit*: Tertium, *Non est offerendus potus aquæ frigidæ niuis, nisi pingui, sanguineo, & multæ carnis*: Quartum, *Est vitandus potus*

Margin notes: Vtilitas altera niuosæ. — Tertia vtilitas aquæ niuosæ. — Aqua vt noxia fiat. — Aqua pro frigidioribus. — Pro humidioribus. — Parte 2. trac. 1. — Obseruatio in potanda frigida.

Margin letters: A, B, C, D

E *potus aquæ in mensa, nisi accidat passio, in qua cibus non descendit*: Quintum, *Non est sumenda aqua cum cibo, nequè in egressu à balneo*: Sextum, *Neque post forte exercitium, & coitum, hoc enim est malum, & illaudabile*: Septimum, *Si quis ex modica tolerandi potentia siti vrgeatur, sumat ex aqua parum, tantum scilicet, quò declinatio, & impulsio cibi ad inferius ventriculi compellatur, quatenus ibidem digeratur; sumat autem ex aquis illam, quæ sitim sedat, ac satiat, aut ex vino quid, & quantum congruat, & sufficiat*: Octauum, *Si aqua sumpta ad satietatem, aut vino sufficienti, accidat sitis, vitentur potus eorum, quoniam hæc ipsa sitis extat mendosa*. Cete-

Frigida quibus non sumenda.

F rùm vt hæc quoq; ex Auic. dicamus. *Nocet plurimus aquæ potus tribus modis, primo debilitat membra principalia, & calorem naturalem, virtutẽ similiter naturalẽ imbecillitatem motus, & tremorem in instrumentalibus inducit; Secundò virtus expulsiua, quã segregatiuam vocat, debilem reddit, vnde hydrops; Tertiò facit descendere cibum ante coctionem ipsius, vnde pauca, & praua corporis nutritio*. Emendantur huiusmodi errores hunc in modum, qui temperamenti sunt frigidi, bibant post nimium aquæ potum Dialaccham in vino, Athanasiam, vel Mithridatum: Qui verò temperamenti sunt calidi, bibant vinum subtile odoratum, vtanturq; cibis prouocantibus vrinam, vt seminibus melonum, petrosellino, spinachijs, cytonijs &c. Verùm

Sitis mendosa.

Plurimus Aquæ potus vt obsit.

Errores ab aquarum potu vt emendandi in frigidis.

In calidis.

G si noxæ potationis aquarum dependeant vitio qualitatis, non quantitatis, vt si aqua sit cœnosa, mali odoris, vel in qua natæ fuerint harundines, vnde multa vitia fiunt, diureticis etiam vti licet, ut vino plurimo, & cœpis, quæ plurimùm aquarum vitio resistunt. At vbi quis noxam recipiat, ex aquæ potu, ieiunio stomacho, assumat puri vini modicum, veteris, odorati, ac deinde comedat siccum panem: Sed ab assumpto cibo si quis ex nimio aquæ potu fuerit læsus, cydonio vtatur, quod facit descendere quàm primùm; vel bibat post concoctionem, parum vini, aut lingat parum mellis aut penidia cum appij semine comedat:

Aquarum vitio.

Aquarum vitia emendanda.

Læsus ab assumpto cibo ab aqua, vt iuuandus.

H Quòd si dolor accidat in hepate, diaciminum assumat, & si cibus fuerit corruptus, expedit sumere syruppum de fructibus: Quum verò potarit aliquis à coitu aquam, quæ facit accidere tremorem cordis, & debilitatem ipsius, muscum ad rectificationem olfaciat, vel diamuscum dulce, si temperamenti sit calidi, cum syruppo de pomis, aut cum vini modico, si temperamenti sit frigidi.

A coitu læsus vt iuuandus.

*Vrbanorum*

*Vrbanorum valetudo vt bellè custodiri possit ex vinorum quorumdam apparatu, tam alterandi gratiâ quamcumq; corporis intemperiem in toto, ac partibus, quàm euacuandi; et de Quinta essentia, hoc est, aqua vitæ, aut ardenti pauciora; cuius loco alterum auctoris comprobatur inuentum.*

*Cap. XVII.*

INTER omnia, quæ Vrbanorum, & omnium bonæ tuendæ valetudini accommodatiora sunt, Vinum, cuius nominè Bacchum designârunt vetustiores, eumquè medicum, quoniam, iudicibus nobis, existit; de vino paulò plura, & medicato scribemus; quamuis autem Chimistæ quintam, quam vocant ex vino essentiam, anteponant, ex nostra tamen sententia, vinum anteponendum, quo de ad satietatem alibi: *Omnibus igitur Vrbanis, sexui, ætati, & anni tempori vncia vna vini probatur, in quo pluries auri lamina fit extinta*; eligendum autem vinum album, lucidum, defœcatum, acceptum gustui, odoratum, suaue, ac delectabile; aurum fit benè ignitum, vinum fit percolatum, & singula quaq; ieiuno stomacho compotetur hebdomada: Et hæc apud nos præstâtior longè, quàm Alchimistarum Quinta extat essentia, paratu facillima, & commoda: Quòd si arrideat alijs, Alchimistarum quæ Aqua dicitur ardens, per elambiccum in fimo equino, aut destillatione à vino extracta, *In hac lamina aurea quinquagesies extinguenda, Quintaq; sic euadit essentia, calore natiuo, & humido radicali plurimùm amica, putrediniq; & corruptioni aduersa, cuius vsus hyemali præsertim tempore, atq; in natura frigidioribus esse potest ad dragmam semel in hebdomada, vel tertia, quartaue die*. Verùm quoniam maiores habet caloris gradus, quã vinum prædictum, hinc fit, vt non solùm iucundius, sed tutius vinum existat, quàm ardens, vel aqua nuncupata vitæ, ad maiorem tamen huius ipsius iucunditatem, hæc saccharo medicanda est (de cuius viribus infra) & aquis, per elambiccum vitreum, ad balneum Mariæ paratis, pro vario instituto, & succurrendi ratione varijs corporis partibus, Aqua bettonicæ, exempli gratia stillatitia capiti apta est, scabiosæ, hyssopi, Capil. Vener. &c. pectori, menthæ ventriculo; cicoreę, vel endiuię iecori; scolopendriæ lieni, & aliorum, de quibus in superiori sectione dictum est satis; Atq; hæc eadem simplicia, vel consimilia

Libro de vino dulci.

Vinum auratum.

Vires admirabiles vini aurati.

Aqua vitis vt temperãda.

Aqua vitis medicata pro omnibus corporis partibus.

E milia pro laborantium partium diuersitate, infundenda in aqua vitæ per triduum, sacchato dulcoranda, & aquis iam dictis magis, vel minùs diluenda, pro maiori, aut minori corrigendo caloris excessu, tum in ipsamet ardenti aqua, tum vniuerso, vel partibus tuendi corporis Vrbanorum: Hæc eadem simplicia infundi possunt iucundiùs, ac tutiùs in vino, & musto, pro ratione totius, vel partiū, *ratione totius, ad purificandā sanguinis massam expedit vindemiarum tempore sumere aqualem partem succi boraginis, aut buglossi depurati, cum aliqua portione sacchari, quæ omnia simul ebulliant proprio musti feruore, percolentur, & spatio quadraginta dierum in vas alterum, quod limpidum est, conijciatur*; *non solùm enim depurat sanguinem, sed venenum omne, putredinemq; à corde propellit, lætificat, & re vera tristitiæ præstantissimum est pharmacum*; Ad quem etiam vsum parare soleo ego vinum antiquum, medicatum per aliquot dies, infusione florum boraginis, melissæ, ac lupulorum; vinum autem eligo maturum, subdulce, cuius vsu emendaui sanguinē quantūcumq; corruptum. Ceterùm in corporibus frigidioribus vti soleo vino medicato cum libanotide, quod adeo mirabile, vt plurimi absq; febre diutiùs illius potu fuerint asseruati; appellaturq; à nonnullis hoc vinum, *Sanitatem conseruans per totum annum*: Verum si corpora frigidiora sint, atq; humidiora, vt fenum, Cubebe, gariophillum, zinziber, & passulæ ad vnam dragmam, saccharum, ad lib. mediā, in vini optimi libris tribus, quadraginta dierum spatio infundenda, percolendaq;, & singulis diebus in prima mensa vnam, vel alteram potandam vnciam præcipio; atq; hoc vinum præter quamquòd compescit senilem frigiditatem, & humiditatem, ventriculo prodest, coctionem iuuat, & pectus: Rabi Moses vir grauissimus in arte, quid simile antiquiorum mulso proponit; loco namq; mellis, quo vtebantur antiqui, sacchato vtitur; laudat igitur *Vini græci, vel optimi libras tres, Sacchari finissimi lib. vnam, ebullire facit ad ignem, aromatizzat cum grano vno, vel altero musci, ac quotidiè vnciam vnam, vel alteram senibus præbet*; *dicit enim vir iste doctissimus, conferre hoc vinum conualescentibus, vt prædiximus, humidum radicale reparare, calorem naturalem adaugere, sanguinem generare, & membra spiritibus replere*. Consimile ponit vinum Arnaldus de Villa noua, & Nectar à plerisq; vocatur, habet autem *Zinziberis electi, & excorticati, gariophillorum, cinamomi ana dragmas duas, granorum paradisi dragmam vnam, vini optimi sextarium vnum, musci granum alterum, sacchari quantum satis, ad libitum*,

Vina medicata.

Sanginē defœcantia.

F

Vinum Venenum depellens.

Vinum auctoris.

Pro frigidioribus.

Vinum conseruans sanitatem.

Pro senibus.

Vinum Rasis probatissimū

Pro senibus.

Trac. de Regimine Sanitat.

Vini Rasis vires admirabiles.

Vinum Nectar.

scilicet

Vinum omni um æquans vires

Vinum ad cõparandam fo- ...

Vinum podagricorum.
Pro arenulis
Pro cholicis:

Vinum purgãs determinatas corp. partes.

Lib. de Tuẽda.

Notãdum in vinis medicatis.

scilicet pro maiori, aut minori dulcedine; vinumq; conflatur ad omnia prædicta vtile, mirumque in modum accommodatum : PHAVORINVS mihi parens amantissimus, in sua Empirica, tum ad procreandos filios, tum vtero gestandos, vel retinendos in mulieribus pinguibus, natura frigidioribus, & humidioribus mandat hoc salutare vinum, quod habet. *Fœniculi, zinziberis, gariophillorum, cinamomi, ana dragmam vnam, leuistici, spicæ, piperis albi, ana dragmam mediam, galangæ, anisorum, dauci. Carui ana dragmas duas, vini optimi libras viginti, sacchari fini libras duas*, omnia conseruat in paruo dolio ad vsum quotidianum ante vteri gestationem, & in prima mensa dilutũ, exhibetq; feliciter, ni iecoris efferuescentis adsit inditiũ. Pro Vrbanis, qui sunt subiecti artrididi, podagræ, arenulis, & cholico satis probatum comperi vinum ex infusione Turbit, eiusq; parandi modus hic est. *Recipe Turbit electi gummosi, & confricati cum oleo amig. dulcium, in pulueremq; redacti dragmas duas, sacchari fini libram mediam, libras vini optimi duas, infundantur omnia simul*, ad vsumq; asseruetur quotidie, singulis hebdomadæ cuiusq; mensibus ad vnciam vnam assumitur in prima mensa, dieq; semel; apprime namq; à podagra, & artritide vniuersali præseruat. Neq; hic subticere possum pulcherrimum, & curiosum corporis euacuandi modum, tutum, citum, non iniucundum, tum in gratiam podagricorum, tum eorum, qui hepatis morbis, ventriculi, capitis, atq; lienis subijciuntur; Infundant igitur modicum Rhabarbari pro iecore; agarici pro capite, elleboriq; pro liene. Mechioacam cum aniso pro ventriculo; sebesten, & passulas, pro renibus in vino, corpusq; ita bellè à noxijs, quibuscumq; mundent humoribus; Vt enim Plutarchus dicebat, *Cura non diffendenda, dum cruditates iam, & alui fluxus immodicus, aut æstus, ac torpor ingruunt*; Illud autem in medicandis vinis obseruandum, eligendum, quod vnicuiq; magis amicum; dulceq;, vt faciliùs attrahatur ab omnibus corporis partibus, anteponendum: & quoniam de vinis medicatis non dum satis, plura in sequenti dicemus.

E *Vt sanguinis massa quocumq; studio defæcanda à bile, pituita, melancholia, ex vini multiplicis medicati vsu, quolibet anni tempore, Vere, Aestate, Autumno, & Hyeme; & quid mirabile de vino Cytoniorum. Cap. XVIII.*

TVENDÆ Vrbanorum valetudinis ratio quoniam in voluptate, atq; iucunditate magna ex parte à nobis collocata est; quum vinum, quo de paulò supra tractauimus, non admodum iucundum sit, en quale voluptuosum, atq; iucundum. Vinum, quod sanguinem defœcat à bile, hunc in modum paratur; *Sarmentum, vel palmes iuxtà eius longitudinem scindendus, medulla extrahenda, tantùmq; diagridij imponendum, quod medullam abla am possit replere ad palmos videlicet duos, vel tres, palmes inde circumligandus, & cortice molliore vlmi stringendus, ponendus sub terram, instar aliorum palmitum*, hincq; non solùm vuam solutiuam habebit vrbanus, vti prædiximus, sed vinum: experimentum factum est, non tantum ab Parente, mihi amantissimo PHAVORINO Medico Physico, sed confirmatum à Palladio, cuius verba hæc sunt, *Modus est de excellentioribus Medicinæ, secundùm genus laxatiuorum, de quibus fieri potest* (loquitur de vino solutiuo) *quoniam scamonij alteratur malitia, tantùm per recessum virtutũ eius, à substantia, quæ facit operationem, sine nocumentis, licèt magis pigrè.* Vinum autem quod melancholiam purgat à sanguine eodem fit modo, *scammonei tamen loco puluis imponendus ellebori nigri, Esula, aut lapidis lazuli*, pari quoquè modo vinum efficitur, quod pituitam expurgat, *Puluis imponendus Agarici, Colocinthidis, Turbit, atquè similium*, eoq; asseruato in doliolo paruo, aut vase vitreato vtatur Vrbanus, quum voluerit ad vnciam vnam, vel alteram in prima mensa: Modus autem vtendi vino medicato cum Rhab. &c. pro purgandis omnibus humoribus hic est; *Recipe vini optimi lib. tres, Rhabarbari electi vnciam vnam, sacchari finissimi libram vnam: feruentur omnia diligenter in vase vitreo ad solem pluribus diebus, et facta colatura sumatur ad cyathum paruum vnum pro vice, pluribus diebus*: Hunc etiam in modum fieri potest vinum, quod pituitam expurgat, seu magis, *quod recipit passularum pinguium enucleatarum libras duas, cinamomi electi, & in puluerem redacti dragmas duas, Aloës vncias duas, Musti optimi dulcissimi libras decem*, bulliant

F — Vinũ sanguinẽ defœcans à bile.

G — Vinum Palladij.

Vinum purgans melancholiam.

Pituitam.

H — Vinum purgans omnes humores.

Vinum pro pituitosis.

bulliant ad mediam partem, quæ projiciatur in alterum mu- A
stum, & in doliolo asseruetur, non solùm enim pituitam absu-
mit, sed impinguat, lenit pectus, confortat stomachum, addit
in substantia iecoris, clarificat sanguinem, resistit putredini, re-
mouet nauseam, prodest tussi, astmati, coctionem adiuuat,
omnemq; in corpore malam absumit humiditatem; ad corri-
gendam verò, si qua remanserit, Aloës amaritudinem adda-
tur portio aliqua saechari, huiusq; vini vsus, vt alter extat.

Vires admirabiles vini medicati.

Vinum pro Melancholicis.

Pro Melancholicis. *Recipe buglosii mundi ab interiori medulla, hoc est mediana, impleatur doliolum capiens tres sarcinas, & suspendatur interius lineus saccbulus, expletus dicto buglosso, libra vna sena orientalis, mellis addatur quantum satis ad dulcorationem*; cuius vini vsus idem est cum reliquis; purgat namq; humorem melancholicum, prodest cardiacis, tristitiæ, rectificat humorum omnium incinerationem, bonum sanguinem generat, animam iuuat rationalem, et quartanarios persanat, & si Arnaldo credimus, *facit reiuuenescere nutu Dei*. B

Vinum alterum prestantis.

Neq; omittendum pro Melancholicis vinum simplex buglossatum, celebratum à Macrobio, factum ex radicibus buglosi; nam hoc etiam donum Dei est, vt ab Arnaldo colligitur. Ceterùm vinum, quod æqualiter omnes purgat humores, sanguinemq; ab omnibus defæcat, habet prædicta simplicia, omnes purgantia humores. bulliant in vino, addatur aliquid saechari, vel mellis, assumiturq; stomacho ieiuno, vt alia omnia medicata vina debēt assumi. *Imponatur igitur aqua portio Turbit, Rhabarbari, & Elebori in sufficienti quantitate vini, paretur, vt dictum, & assumatur, vti prædictum*. Vnum tamen obseruandum, alia medicata vina conuenire in æstate, alia verò autumno, & hyeme: C

Vinū omnes purgans humores.

Vinū medicatum pro ęstate.

æstate fit duobus modis, vno per infusionem, & maecerationem rosarum rubearum siccarum in musto, quoad ebullierit, fueritq; colatum, altero per impositionem aquæ Rosaceæ ad tres dragmas in quolibet cyatho, magis tamen vel minus, pro gustu bibentis, atq; hoc vinum refrigerat, cor, & membra principalia confortat, virtutem custodit, ne à calore dissoluatur, dissolutamq; reficit; putredini resistit in morbis futuris pestilentibus, conducit biliosis, temporibus, & regionibus calidis, cohibet alui fluxum, seu magis impedit venientem, veluti & vomitum, cardiacam, sudorem diaphoreticum, gingiuas laxas, & alia secum bona apportat. D

Vires admirabiles vini.

Vinum de cerasis acidis.

Est vinum de Cerasis acidis, quod æstate in summo æstu probatur, cuius loco vinum est granatorum, ex granis triduò calcatis. Autumno aptissimum est vinum

Pro Autūno.

Cytoniorum, quod recipit mustum in sufficienti quantitate,

cytonia

E cytonia in frustra diuisa, absq; seminibus, & partibus internis, cũ aqua pluuiali, vt Dioscorides proponit; huiusceq; vini vtilitas est quàm maxima ad omnem alui fluxum, sanguinis expuitionem, sudorem diaphoreticum, nauseam, vomitum, & ad membrorũ dissolutionem; neq; paruì faciendum hoc ipsum vinum, scribente Magno Albumaro *Cum pluuia in Vere, & hyeme parantur, homines morti parantur, & via curationis est, vti Rob Cytoniorum, quod est compositio facta in officinis ex cytoniorum succo, & saccharo.* At hyeme vinum commendatur ex passulis in effatu digna quantitate, in vino effusis; donec dulcescat: siq; passulæ F contundantur, & portio cinamomi addatur, vinum euadit præstantius, quod nutrit, impinguat, & iecori extat familiare: Appositum quoq; est hyeme vinum ex gariophillis, sacculo inclusis, suspensoq; in paruo dolio; quod quidem senibus conducit, atq; phlegmaticis; biliosis tamen, & iunioribus nequaquam. Vinum hoc aromatite vocatur, fit ad arbitrium bibentis, cum alijs etiam aromatibus pro vario instituto magis, vel minus calefaciendi, & exiccandi, dummodo caput debile non sit, & iecur calidũ. Vinum, quod Mulsi antiquiorũ vires adæquat, omnibusq; conducit, & temperatis, *componitur ex vini optimi librisquinq; & sacchari albissimi libra media, vel minus diluitur* Iulepi for-G ma; Hyemale quoq; uinum est, quod fieri potest ex sena, descriptione Mesues: Vernale, quod sum expertus ad præcauendos æstatis morbos, à bile, *Recipit melissam, lupulum ad manipulos tres pro quolibet, sandalos albos, & rubeos ad dragmas duas, Vinum, seu mustum libras ducentas, factaq; per dies quadraginta ebullitione, ac defæcatione, coletur vinum, & seruetur ad vsum:* Pro ditioribus laudo uindemiarum tempore uinum factum cum aqua in agro Nucerino, cuius uires satis, superq; alibi a nobis sunt conscriptę; Pro corrigendo tamen iecoris, & renum ardore, pro firmando uentriculo, pro excitanda appetentia, & aduersùs cordis affectus, quę à melancholia scaturiunt, I primas reportat; Sanguinem etenim ueluti alterum, in quo simplicia nuper dicta ingrediuntur, defœcat, uires animi, corporisq; confirmat, quod vrbanis maximoperè attendendum, siue rei publicæ, siue bellicæ sint dediti, in cuius gratiam Poëta sub Anchisis persona, cum Ascanio loquente cecinit, bonam uidens constitutionem sanguinis, & uires ab isto.

Vini de Cytonio vires.

Vinum pro hyeme.

Senibus, & Phlegmaticis.

Vinum mulsi æquans vires

Hyemale. Vernale.

Vinum hoc Ferrariæ ab Auctore factum est.

Vinum parãdum cũ aqua in agro Nucerino, & eius vires.

——— — *Vos ò, quibus integer æui*
*Sanguis ait, solidaq; suo stant robore vires,*
*Vos agitate fugam.*

Li. 2. æneid.

*Vinum*

conducit, *Ex melissa, boragine, & passulis enucleatis fit, de quo dictum*; valet autem hoc ipsum vinum tremori cordis, tristitiæ ab humore melancholico, à lepra, scabieq; præseruat; mundificat etenim sanguinem; *Vinum autem, quod alias thoracis partes à morbis tuetur, conficitur ex fasciculis duobus, vel tribus hyssopi, in vino vel musto impositis*. vt dictum de priori vino, & si liquiritiam addas in pauca quantitate, huiuscemodi vinum pectorale euadit; confert namquè puerorum, ac senum tussi, clarificat vocem, vias aperit illius, desiccat, pulmonem ab infarctu liberat, & caducos, hydropicosq; persanat; cui eidem negocio satis est vinum factum ex Rosmarino, libanotide à nobis vocato; non solùm enim absumit pituitam, quæ pectori aduersa, verùm etiam cordis substantiam confortat; & quoniam huiusmodi vinum est vicarium Theriacæ, vires illius paucioribus repetam; contra venenum est, cibosq; venenatos, unde magna est cautio illius vsus in prandijs, aut cœnis conuiualibus; utile quoq; est in quocumq; humiditatum excessu, tam in uiris, quàm fœminis, quibus pro extirpandis matricis humiditatibus, ualde accommodatum, facitq; hoc nomine ad conceptum. Vinum, quod uentriculum respicit, coctionemq; iuuat, nec iecori obest, fit non solùm ex cytoniorum succo, depurato, uino, & aqua rosacea, ut docuit Arnaldus uerùm etiam ex portione ligni lentiscini; in natura frigidioribus, & media hyeme addi potest modicum ligni Aloes; cuius certè uires in adiuuanda coctione uentriculi, sunt ualde conspicuæ. Vinum iecori, atq; lieni conueniens, liberãs nimirum ab infarctu, & obstructione uiscus utrumq; *Recipit, cicorea radices scolopendrium, endiuiam in aquali quantitate, absinthium in modica, & passulas copiosiores*, ex quibus omnibus imbutus sacculus in doliolo suspendatur; quod si fuerit Tamaricis, nullum prauum repræsentabit saporem, lieniq; plurimùm conducet. Vinum respiciens intestina, liberans à flatibus, atq; dolore cholico ex aniso componitur, quod conuenit etiam nutricibus, quoniam subtiliando, & multiplicando sanguinem lac generat; ualetq; ad renes mundificandos ab arenulis, ipsiq; ventriculo imbecilliori est apprimè accommodatum; Pro renibus tamen, & calculosis opportunius longè uinum est, quod fit ex Alchechengis, seu de Aristolochia longa, uel de pomis rubeis, & secundùm antiquiores, ex solatro rubeo scaturiunt, quod facit poma granis plena, ut grana ficuum, latent in folliculis, & sunt boni saporis; hæc igitur grana numero septem, uel paulò plura, terantur, & cum uino

Vires.

Liquiritia in vino probatissima.

Vini ex Rosmarino vires.

Vinum theriacæ vicarium.

Vinum pro mulieribus.

Vinum pro ventriculo.

Pro iecore & liene.

Pro intestinis.

Pro nutricibus.

Pro renibus.

Pro arenulis

*mundæ lib. vnam, passularum lib. tres, liquiritiæ vncias tres, boraginis manipulos tres, Vini noui libras quinquaginta, sacchari libras duas, quadraginta dierum spatio vinum à reliquis percoletur*, seruetur in vase vitreato, in cuius fundo foramen existat, bibaturq; ad vncias tres pro vice, ieiuno stomacho semel in hebdomada, atq; hoc uinum eas habet, ex Arnaldo uires, quas rescribimus. *Regale*, inquit, *est, & laude dignum, & res verè, quæ ad longitudinem vitæ, & lætitiam principes adducit, rectificat enim cor, hepar, sanguinem, gaudiumquè apportat*, quod sanè plurimùm facere ad uitæ longitudinem, alias dictum; quia tamen antiquiores Mulsum celebrabant, de hoc pauciora dicere non recusabimus, de usu tamen dulcium priùs quam aliquid conscripserimus. Regale vinū

*Dulcium nonnullorum vsus, Mellis in primis, & sacchari; qua occasione de mulso, conficiendi modo, & eius viribus obiter pertractatur; Dulcibus omnibus vtendi modus pro singulis; & de sale iterum, atquè aceto pauciora.*
*Cap. XX.*

NE mirum alicui videatur, nos profusiores esse in tractanda multiplici adeo uinorum compositione, gratiâ Vrbanorum; sciat, qui sæpiùs admiratur, Naturam humanam auidissimam esse uini potus, ac dulcium, sacchari, mellis, & passularum, quæ uinorum nostrorum ingrediuntur fabricam; A uino enim, inter alia, quæ interiùs assumuntur, saccharum, & mel obtinent primas; Veluti namquè uinum accommodatissimum est ægrotantibus, citra inflammationem, erisipelata, calidam omnem intemperiem, & abscessum, quoniam concoquit, nutrit, roborat, putredini resistit, frigidamquè omnem, & humidam intemperiem emendat, sic Mel, vt de hoc priùs loquamur, id totum præstat; & licèt non condenset substantiam corporum, quæ contangit, ex Galeno tamen, huius vice abstergendi vim habet, aperiendi, & puros efficiendi meatus, vrinamquè ciendi, & si Plinio credimus, *Melli vis est cœlestis, & natura potentia inenarrabilis, cum à putrefactione exanima corpora, & viua mirè custodiat*: Nequè putandum est, mulsi vires adeo fuisse validas,

Auctor cur profusus in vinorū composit.

Vini facultates.

Mellis vires

Lib. 8. de Cop. Medic.

Mulsi vires à melle.

vt non melli, æquè ac vino sint acceptæ; Siq; verum, plantas A
longeuas veluti animalia facere ad vitæ longitudinem, certissimum etenim est, Apes, è quibus mel, longeuas esse; & quod mirum, si intra tectum hyeme seruentur, donec verno sole torreantur, & ficulneo cinere, die tota foueantur, reuiuiscunt; Mellis quoq; odor plurimùm alit, spiritus, & cerebrum roborat, vnde argumentum licet desumere, Mel pro tuenda valetudine, & dulcia omnia, si bilis non redundet, summoperè factitare. Diximus, ni bilis redundet, vel eius timeatur incendium, quoniam bilescit; Quare definitam vt faciamus doctrinam de vsu dulcium, aliorumq; saporum in gratiam Vrbanorum, Dulcium vsus maximè probatur in omnibus, omni regione, ac B
tempore, sanis corporibus, cuiuscumq; complexionis, vel ætatis, si dulcedo sit accommodata pro varietate regionum, temporis, & ætatum, illiusq; vsus sit moderatus; Quòd si corpora laxa existant, his aduersatur, qui fluidionem aluum habent, hepar calidum, apostemosum, obstructum, inflammatum, & quibus in stomacho multa concluditur bilis: Quamobrem res ita erit decernenda; Vsus dulcium omnium, & præcipuè mellis, & sacchari, si frequens debeat esse plus competit in regione, tempore, ætate, ac temperamento frigidis, quàm calidis, Ceterùm pro maiori etiam, & minori dulcedine sic erit incedendum; Dulce alendo corpori accommodatum, vel C
est dulce acutum, vel insipidum; acutum phlegmaticis, vel pituitosis futurum est salubre, & accommodatum; insipidum, cholericis, & biliosis, dummodo alui fluxum non patiantur, vel destillationem; ergo habitatores meridianarum regionum, vbi corpora sunt calida, & sicca huiuscemodi dulci, quod insipidum, vtantur; nam quamdiù consimili vescuntur alimento, impinguantur; Sunt verò huius generis non solùm vinum mediocriter dulce, sed fructus, vel alimenta, melle, saccharoq; mediocriter condita; ad hæc pruna, cerasa, vuæ recentes, ficus, mala granata dulcia, Persica, & consimilia, quibus in corporibus summè calidis, & siccis innoxiè vti li- D
cet, non abuti, vbi præsertim dulce fuerit particeps nonnullius stipticitatis, vt poma dulcia, pyra quædam electissima, & similia; Vt autem absquè vllo metu, & corporis naxa, omnes vti possint, ac frui alimentorum generis huius, quod nulli non iucundum, voluptate, hæc esto norma. Quod satis dulce est, corporibus summè calidis dandum in vltima mensa, quod insipidum, vel dilutum, in prima: Oppositum

obseruandum

Mulsi vires à melle.

De Apibus mirum.

Dulcia omnia pro tuenda Valetud.

Vsus dulciū quibus accomodatus.

Mellis vsus, quib' aduersus.

Dulcium diuisio.

Dulci insipidum quibus vtile.

Dulcia quæ insipida.

Dulcia quæ vtilia.

Ratio obseruandi in dulciū vsu.

E obſeruandum in corporibus frigidioribus, his dulce ſatis offerendum in prima, inſipidum in poſtrema; ratio vniuerſa pendet à ſtomachi natura; Quibus ſtomachus phlegmatica muccilagine torpet, vt ſenibus accidit, dulcia offerenda in primis cum pane toſto, vel ijs etiam, quibus orificium ſtomachi videtur offendi ab alimentis phlegmaticis, veluti piſcibus,& ſimilibus, his enim dulcia conceduntur in fine, vt paſſulæ, ficus aridæ, dulces amigdalæ &c. hæc namq; abſtergunt. Quibus autem ſtomachus bile refertus eſt, dandum in fine menſæ, quod eſt dulce acutum, non enim bilem adauget, aut in hanc ipſam conuertitur. Dulce verò dilutum in principio exhibendum, quoniam corrigit, & attemperat, facit, vt bilis deſcendat, & compatiatur; In genere tamen adnotandum, quod dulce acidum, ſiue naturale, vt pomum granatum, ſiue artificiale, ſaccharo, & aceto paratum, & reliqui acetoſi liquores, qui dulce ſapiant, conceduntur tutiſsimè calidis, ſiccisq; corporibus quocumq; anni tempore, atq; occaſione, omni etiam ætati, viris tamen ſalubriùs, quàm fœminis, vteri ratione, cui acetoſa contraria: Dulce verò acutum, ſeu meracum, & validum frigidis, & humidis aptum eſt magis. Dulcium vſum,& vtilitatem intelligentes vetuſtiores, Mulſum parabant, de quo Martialis,

*Dulcia ſenibus offenda.*

*Bilioſis quādo dulcia offerenda.*

*Dulcia quæ et quibus cō cedantur.*

*Dulce acutū quibus conuenient.*

G *Tam benè rara ſuo miſcentur cinnama Nardo,*
*Maſsica Theſeis tam benè vina fauis.*

& nos longè plura in libro noſtro de VINO DVLCI conſcripſimus, In gratiam tamen vrbanorum Dioſcoridis proponemus exemplum, fit Mulſum duabus vini metretis, admixtis vna mellis. Antiqui celeriùs,vt præberi poſsit, mel cum vino coquebant,& ita traſfundebant; Alij vtilitatis gratiā ad ſextarios ſex muſti feruentis, vnum mellis adijciunt, & vbi ferbuerit, vaſe recondunt, ac dulce permanet. Quamuis antiquiores non vnam,eandemq; obſeruarent mellis in mulſo quantitatem, ſed pro maiori, aut minori,qua dulcedine quiſq; capitur, menſuram variabant;Vnde ipſemet Dioſcorides propoſuit vinum auH ſterum,& Galenus Marſicum,quod in mōte Gaurano, in Puteolorum, Baiarumq; proſpectu colligebatur: Vires hæ ſunt,corpus alit,media ætate prodeſt aluo,urinam pellit,à sūmo cibo nocet, inter initia potum replet, appetendi cupiditatem reuocat, facitquè ad uitæ diuturnitatem, calidum, humidumquè natiuum ſeruando: Vnum ſupereſt circa uini potum, quod Vrbanorum gratiā minimè ſubticendum, illud autem eſt, & ad luxum, & ad vtilitatem; Ponatur in aqua uitis, uel ardenti modicum eius quod libuerit, per diem naturalem, qua

*Lib. 5. cap. 16*

*Mulſum quo modo fieret*

*Vinum Marſicum.*

*Mulſi vires.*

*Vinum redolens omniū naturam.*

virtus extrahitur, deinde paululum illius proijciatur super A
vino, quo vti voluerint; hoc vinum refert naturam eius, quod
appositum, & circa odoris qualitatem, atq; saporis ideam, musei exempli gratiâ, cinamomi, gariophillorũ &c. quibus in symposijs vrbani plurimum delectantur.

*Mulsum vitã longeuam facit.*

Et quoniam, vt ille dicebat, Mulso gloriatus fuit, vel melle interiùs, & oleo exteriùs, ad vitam longiorem peruenisse, pauciora de oleo, quod naturam sapit alimenti, & medicamenti addemus, aliquid repetemus de sale, & ad eorum vsum deueniemus.

*Olei vtilitas triplex.*

Oleum igitur triplex humano corpori intra cõmodum affert, vel enim sapiditatem cibo affert, in alimentumq; facessit; vel alimentorum corrigit siccitatem, mollitiemq; inducit, veluti in seminibus, aut legu- B
minibus, quæ aqua incoquuntur; vel sua vnctuositate, viscidi-

*Olei vsus.*

tateq; acutorum, & mordentium naturam attemperat. Oleo verò extra perungimus non solùm corpora, sed quæcumq; incolumia volumus asseruare. De sale hoc paucis adnotamus, iure condimentorum omnium esse condimentum, quandoquidem

*Plutarc. lib. de causis Natural. cap. 5.*

gulam satietate oppressam liberat, & stomacho alimenta reddit suauia; absumit namq; humidum, & solidæ substantiæ adstrictione contrahit, humores ducit ad extra, incidit, attenuat,

*Salis vires ab Isaaccio lib. de Diætis.*

purgat, cibum, hominemquè à corruptione defendit, dissoluit, & mundificat superfluitates crassorum, & putridorum humo-
rum, deinde quæ remanent ex eis desiccat, & consumit, quibus C
finitis naturalem corporis humiditatem coadunat, constrictam

*Sal quibus vtilius.*

conseruat, claudit poros, ne humiditas appareat; Pituitosiores illo vberiùs, biliosiores parciùs vtantur, in alimentis frigidioribus, & humidioribus, insipidis, & aquosis magis, quàm calidis, & siccis locum sal habet, illudq; metallicum, quod marino anteponitur; libidinosis abstinendum ab eo, vt quod

*Libidinosis aduersum.*

uenerem prouocet, vnde venus salsigena nuncupata. De aceto id scire licet, hoc nauseam arcere, ventriculi subuersionem adimere, cibos sapidiores reddere, attenuare, incidere, subti-

*Aceti vsus & vires.*

liare, vehiculumq; esse aliorum, ad omnes corporis partes, quę
refrigeratione opus habent; vbi enim acida reliqua ventricu- D
lum refrigerãt, acetum ob suam tenuitatem penetrat, actionesq; suas communicat partibus, vel remotissimis corporis, senibus,

*Quibus aduersum.*

Melancholicis, mulieribus vteri ratione, & gallico morbo detentis, & gracilibus parcius exhibendum, obesis vberius.

Cibi.

*Cibi, & potus ratio, vel vsus penès commodum assumendi tempus, & quantitatem, in omni ætate, indiuiduorumq; natura; Cœna vt vberior prandio, & in quibus esse debeat; Carniumq; & nonnullorum apparatus insinuatur, iuniorum, scilicet atq; vetustiorum.* Cap. XXI

QVID edendum, & bibendum, & quomodo, ex dictis vnicuiq; patet, quando, & quantum, breuissima oratione patefeci. Opportunum igitur tempus est, quandocumq; ventriculus ab anteriori assumpto cibo matutino, & vespertino mundus erit, & ab exercitatione, quam cibum præcedere debere, alias ex Hippocrate definiuimus; natura etiam irritante ad comedendum, & hora consueta, quę pro viribus attendēda, ijsq; magis, qui biliosi, & calidi, in his enim calor humidum absumit, in illis bilis ad ventriculum trasmittitur; Neq; inter cœnam, & prandium aliquid, nisi ab assuetis assumendum; vel exercitatis; hi namq; iuniores, ac pueri ob consuetudinem assumere debent, vt Itali ferè omnes, qui Romanos imitantes; quater in die cibum capiunt, ientaculumq; habent, Prandium Merendam, & Cœnam; de quibus nos abundè satis in nostro philosophico pertractauimus conuiuio. Quæq; pueris, & quandoq; senibus, qui bis pueri, citra discrimen, non tamen ad satietatem, & aliis quoq; grandioribus, & exercitatis concedenda; Reliqui bis in die poterunt meliùs cibum capere, præter eos, qui, forensibus tractandis negocijs, Reipublicæ, ac litteris, destinati cum sint, non valetudinis gratia magis conseruandæ, quàm instituti vitæ generis poterunt semel in die cibum capere, vbi tamen consuetudo adsit in primis. Hora illa futura est, & matutina, & vespertina, qua natura inuitat, & consuetudo requirit; egoq; mirumimmodùm laudare soleo illos Vrbanos, & Principes, qui bis comedētes in die nullam determinatam obseruant horam, sed eam, qua proritantur ad cibum; scientes experientia, nil sibi deterius, quàm nouum assumere cibum, priori non dum concocto, & cruditatibus ventriculo vniuerso referto. Pro ijs, qui se ipsos minimè famescentes cognoscunt, neq; sumendi cibi opportunitatem, illud peraddimus, hanc tenuiorem quamdam pituitæ copiam in ore demonstrare, septima, octaua, vel nona hora ab assumpto cibo apparentem, à prandio, vt me omnes intelligant, & cœna: Quò ad quantitatem sumendi

[Margin notes: Edendi tempus. | Pro biliosis & calidis. | Romani quoties ederent. | Quoties omnibus edendum. | Quibus in die semel comedendum. | Opportuna cibi sumendi hora. | Quid homini valde noxiū | Ex Gal 3. de loc. aff. cap. 3.]

Mensura cibi mane & sero quæ.

cibi, & potus, dicam, quod Plato me docuit, & Suetonius scripsit: Cœnandum ex Platone, ut sit locus prandio: Prandendum ex Suetonio, ut sit locus Cœnæ: colligatur ex istis, satietatem pro tuenda ualetudine omnino perniciosam; tantùm igitur comedendum, tantumq; bibendum, quantùm uires conseruentur, vel augescant, non opprimantur; cõseruentur scilicet in senili ætate, augescant in iuuenili; Et ob id iuuenes, & pueri plus edere possunt, ac debent; senes autem, atq; decrepiti minus; hi namq; copiosioribus fomitibus extinguuntur: Tantum ergo unicuique sumendum cibi, ac potus, quantum sat est; id quod intelliget vrbanus, quum naturale desiderium acquiescet; sed quoniam una uoluptas hominem, inter animantia cuncta edentem, atq; bibentem facit excedere; satius est, ut aliquid remaneat huiusce desiderij, quàm penitùs expleatur. Dicam, quæ Galenus. *Senes ciborum paucitatem facillimè tolerant, secundo loco, qui ætatem consistentem habent; nam & qui extremam senectam attingunt, inueniuntur, & si non possint longiorem inediam tolerare, paucis tamen cibis indigère*: Singuli uerò plus, minusuè uno anni tempore debent comedere, prout Hippoc. definiuit, Hyeme, & Vere, quod hyemi proximum, plus, æstate minus; *Autumno neq; fames ex Rasi, neq; sitis ferenda*. Plus hyeme comedendum, respectu aliorum anni temporum, sed raro, quoniam calor innatus ualidior est, per antiparistasim; & hoc quoq: cum præmeditatione faciendum; propterea quòd in robustis, & corpulentis ueritatem habet sententia Hippocratica, *Ventres hyeme, & Vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi, quare per ea tempora copiosiora exhibenda sunt alimenta*: verùm in debilibus, & rarioris texturæ non ita facilè ueritatem admittit, ob exiguum illorum calorem, qui vel hyeme à copiosiore cibo extingueretur; Vere autem conuenit parciore vti, collatione facta ad hyemem, quoniam calor non est ita vegetus, vt hyeme, ratione aëris, vere minus, quàm hyeme ad interiora pellentis; id quod sciens & Cellus, *Parum*, inquit, *in vere cibo demendum, & adijciendum potioni, quæ hyeme demenda magis*; ratione quoq; (uos addimus) excedentium frigidiorum humorum, à quibus nulla sitis, & ob id meracius bibendum: Æstate in minori adhuc, quàm vere quantitate capiendus est cibus, tum quia calor, qui edendi, & bibendi quantitatem dimetitur, exiguus est, tum quia non potest conficere; quam veritatem Galenus animaduertens. *Æstate*, inquit, *quantum ad temporis rationem attinet, sæpiùs pauca edenda esse, quoniam homines pluri egent adiectione, vt qui sunt dissolu-*

Conclusio edeodi quãtitatis in singulis

Edendi meta.

Lib. 1. Aph. com 13.

Quando plus minusuè edẽdum.

Lib. 1. Aph. 15. Quando plus edendum.

Vere parcius edendũ et cur.

Lib. 1. cap. 3.

Æstate parcius edendũ Lib. 1. Aph. 17.

E *ti, & vires habent imbecilliores*: In qua orationis particula iubet Galenus, parciùs alendum sanè corpus, verùm frequentiùs,à consuetudine tamen Vrbanis non recedendum; At vbi ex cibo demendum, potioni ex Celso addendum, quò fit, vt dilutiùs quoquè bibendum. De mensura cibi, ac potus Autumnali tempore, dicam, quod Rasis, atquè prædixi. *Nequè famem scilicèt, nequè sitim patiantur homines, vel cibo vna repleantur hora, vel aqua*: Vinum tamen bibendum paulò liberiùs, non tamen immodicè, vt æstate dilutum: quod enim aqua immodicè temperatum est, calorem obtundit, inflationes, cholicosq; dolores apportat; minus tamen, F quàm per æstatem sumendum, quoniam tunc imbecillior natura vim vini superare non potest; ita vt neq; recentiorum, neq; antiquiorum probare valeam ego sententiam, in qua decreuère, Comedendi, & bibendi mensuram Cheniecem esse, erat autem Chenix mensura quatuor librarum; Nam præterquamquòd non vnus, idemq; penès gradus determinatos in omnibus indiuiduis est calor, qui eamdem perscribat mensuram, accedit, quòd consuetudo ea est, quæ chenice contenta esse non potest, nisi cheniecem dicamus, & faciamus nunc maiorem, nunc minorem, & tamen quatuor librarum erat, quarum duæ satis essent G prandio, & duæ cœnæ; Cumq; diurnum cibarium sonaret chenix apud antiquos, ego sum huius sententiæ, non omnes sufficere potuisse huiuscemodi mensuræ, sed alijs satis, alijs minus eam fuisse, si repeto verum, quod scriptum comperi, ad chenicis mensuram venire libras quatuor solidi cibi, & præsertim panis absq; pulmentis, & obsonijs; pauci etenim sunt, qui libras duas panis in prandio, & duas in cœna absumant, quocumquè anni tempore, nisi cum pane alia solidiuscula peraddamus obsonia, oua, carnes, pisces, legumina fructus, &c. quæ in secunda mensa consueuèrunt apponi, quæ re vera duarum librarum pondus adæquant. Stabilienda igitur hæc men- H sura maior, vel minor pro ætatis cuiusq;, temporis indiuidui, consuetudinis, diuersitatis vitæ generis, naturæ loci, alimentorum quoq; virium, & similium ratione, quæ vniuersam vim obtinent adaugendi, minuendiq; cibi, ac potus mensuram, in qua tamen proportio eorũ, quæ assumũtur, hęc esse debet. Conijciendum, ne quòd assumitur cibi solidioris, laborem facessat ventriculo coquenti; neue quod liquidioris, ac potus, fluctuatio nẽ cõmittat; coctio enim, cum elixationi assimiletur, hæc fit, dum ea, quæ coquũtur, mediocritatem seruarint adinuicẽ: Variãdus tamẽ potus, pro ratione sitis, caloris frigidũ exposcentis, & siccitatis,

Æstate frequẽtius edendũ.

Autumno rarius edendum

Vini dilutioris noxæ.

Mensura antiquiorum in edendo.

Reprobatur ab auctore.

Chenix cibarium diurnũ sonat.

Cibandi mensura vnde sumatur.

Proportio inter cibum & potum.

 A

Potus vt variandus. siccitatis humidum; appetitus enim frigidi, & humidi sitis est; Prę terea satisfaciendum est potui magis, vel minus, pro apparatu eorum, quę comeduntur, veluti stabilitum; Vtq; paucis dicamus, neq; repetamus, quæ desuper; Temperatis temperatè, hoc est mediocriter bibendum; intemperatis intemperatè; Calidi exempli gratiâ, & sicci plus bibere debeat, frigidi, & humidi minus; dicam cum Euripide quantum.

Potus pro temperatis et intemperatis.

*Contingat mihi tui copia, sed moderata, nec vnquam desis.*

Quod modò spectat ad mensuram prandij, & cœnæ, omissa euentilata in scholis disceptatione, aperto asserimus ore, quod paulò supra, Platone, ac Suetonio ducibus: At specificè magis rem attingentes decernimus cum Hippocrate, cœnā hyeme vberiorem esse, parciorem æstate; hyeme siquidem noctes sunt longiores, & somni longissimi, quo tempore copiosiori homines indigent alimento, & quod maximi faciendum in hyeme, cubandi, vel decumbendi tempus, huiusquè interuallum longius est, quàm æstate, id quod facit ad meliorem coctionem. Præterea qui fruuntur integra valetudine vberiùs cœnare possunt, quàm prandere, qui minùs, contra; & ij potissimùm, qui morbis tentantur ex destillatione; Quòd si quis experientia, & consuetudine inuitatus plus velit prandere, quàm coenare, illo gaudebit summoperè beneficio, quo sancitum, atq; receptum. B

Cœna an vberior prandio, et quando.

Conclusio vberioris cęnæ.

*Vt sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.* C

Ceterùm, vt aliquid vno de apparatu dicamus, exemplo carnium alia insinuabimus, cunctaq; ex Hippoc. Galeno, & Rabi Moses, Decreuerunt isti viri doctissimi, Carnes, quas senes esitaturi sunt, teneras esse debere; quas ętate vigentes, recentissimas; quas verò adolescentes medias quodamodo inter has, & illas, hoc est animalium, quæ longiori tempore sint occisa breuiori, & medio; id quod Rabi Moses ita expræssit. *Singula animalia, ex quibus cibandi sunt senes, & domini corporum defectorum, per diem, & noctem, ea dimitte, & post modum coquina* (hæc propria sunt verba) *carnes ipsorum, & fac ex eis cibaria benè cocta, & ministra eis. Et iuuenibus, & dominis corporum fortium, & operantibus fortia opera coquina carnes recentes, coquens eas benè, vel assas, vel elixas.* Ratio pendet ex ipsa natura senum, iuniorum, & mediorum. Quòd si petenda ab ijs, quæ comeduntur, dicam, quod Oribasius ex sententia Rufi, *Carnes videlicet omnium agrestium statim coquendas, & proinde recentes manducandas, cicurum verò ouillas, & caprinas recentes, bubulas autem vetustas; Similiter ex auibus, magnos, atq; palustres, item gallinas, palumbos, perdices, pauones.* D

Lib. de Alimento.
Lib. de Optima secta,

Aphorismo 9.

Carnium apparatus pro omnibus.

Lib. 4. Collectar.

E *uones & attagenas non esse recentes coquendas; sed turtures, & columbas, & turdos, pisces verò omnes esse quàm primum coquẽdis.* Verùm enimuerò, & ratione assumendarum, siue carnium, siue piscium, siue aliorum, quidquid Oribasius dicat, carnes quædam animantium sunt, veluti piscium, quæ maceratione, vt teneritudinem consequantur, indigent, & inter siluestria, & inter cicura; quippe quæ vetustiora propter duritiem ineptiora redduntur, minusq; suauia ad edendum, si ab occisione statim comedantur. Expendenda itaq; animantium quoq; ætas; illud monentes ex Hi. poc. *Recentia omnia* in rei veritate *plus viriũ habere ad alendum, eò quòd viuenti sint proximiora, recentibus*
F *excernuntur magis, quòd ad putredinem propiùs accedant.* Caueant igitur qui vires conseruare voluerint, vel augere, ne carnes comedant, vt vulgares dicunt frollas, teneriores benè dicunt latini, longo tempore ab occisione factas, quæ tamen ventriculis debilioribus conducunt. De leguminibus id solùm dicam, hæc apprimè cocta esse debere, vt olera magna ex parte parùm, & ad alia veniamus; macerabunt autem carnes antiqui ad lumen lunæ, atq; suspensione ad ficum arborem.

Cârnes quæ magis, et quæ minus accõmodatæ.

Animantium ętas perpendenda.

Carnes quæ magis, et quę minus alant.

Ex Plutarcho, et Macrobio.

*Somni ratio vt instituenda nocturni, atq; diurni; Quibus hic*
G *prosit, & quibus minus: Quomodo nocte, ac die sit dormiendum, & Quantum; Multiplex, variusq; decumbendi modus, vel situs; quis vnicuiq; accommodatus; Vigiliæ principium quale Vrbanis, & consueta ipsorum exercitationis modus.* Cap. XXII.

DE recto vsu aëris, cibi, & potus hactenus, quæ cognitu necessaria magis erant, pro Vrbanis tractauimus; Somnus, & vigilia, motusq; & quies, vti res maximoperè ad bonam facientes valetudinem nunc pertra-
H ctandæ: Somnus igitur, vt ab eo desumamus exordium, nocturnus esse debet, non tamen à coena immediatè, sed longiori temporis spatio, pro quantitate maiori, aut minori eorum, quæ assumpta fuerint; cum itaq; coena erit vberior, tardiùs à coena cubandum, cum parcior, citiùs; ratio pendet à rei natura; plus cœnans difficiliùs coquit, ac tardiùs; minùs, citiùs, atq; faciliùs; Coctio enim cum perficiatur in fundo ventriculi, qui tardiùs cubatum vadit, faciliùs coquit, & citiùs, quoniam alimentum

Quando dormiendum.

Vbi fiat coctio in ventriculo.

mentum ad ventriculi fundum descendit; contra qui citiùs, alimentum non descendit, sed fluctuat, vnde incoctio, & cruditas, vel saltim tardior coctio; Plus itaq; cœnans, plus vigilet, ac tardiùs dormitum vadat, minus autem citiùs: Definitum, pro vrbanis, litterarumq; studiosis cubandi tempus erit, si duabus à cœna horis obdormiant; quod si qui sint, qui copiosioribus inter hos alimentis vtantur, tertiam, vel quartam ab assumpto cibo expectent horam; vel si cubatum eant, sedentes iaceant, capite, dorsoq; leuato, nec nisi duarum, vel trium horarum spatio declinent, & corpore collocato æqualiter decumbant; eo namq; modo, irruentibus cibis ad fundum ventriculi, nullam recipiunt decumbentes noxam, fluctuationem vt dictum in primis, vigilias, cruditates, vel somnos, plurimùm prægrauantes, atq; molestos; id quod effugient etiam, si antequam Vrbani ad cubandum procedant, lentis vtantur deambulationibus, longiusculis, absq; vllo corporis labore, per viridaria æstate, sub vite, vel platano, per cubile, siue aulas maiores in hyeme. Diurnus somnus, atq; paulatinus in gracilibus æstate præsertim accommodatus, & vtilis pro consuetudine tamen; reficit namq; vires, prohibens, ne corpus siccetur, vaporesq; discutit. Decubitus diurnus faciendus in sella cruribus eleuatis, hoc est paululùm altioribus dispositis dextro super cubito, vel dextro vniuerso latere, vt prædictum, nequaquam prostratus. Nocturnus in lecto faciendus eodem super latere priùs, inde sinistro, atq; pronus in faciem, pro consuetudine tamen, capite similiter eleuato, ni destillatio vrgeat; tunc enim æqualis esse debet; istaq; vicissitudine dormiendum, qua corpus, animusq; reficiatur. Dormiendi mensura, non vna, & eadem omnibus esse potest, verùm ipsamet in ventriculo coctio præcipuè insinuat plus, aut minus dormiendum; Cum itaq; fuerit absoluta, cuius inditium erit, nulla in ventriculi regione grauitas, nullus ructus, aut molestia, satis erit à longiori somno desistere. Absoluitur autem, Galeno auctore, coctio septem, vel octo, vel nouem, ad summum horarum spatio, pro caloris vegetioris, aut imbecillioris natura. Definitur etiam dormiendi quantitas, à dormientium temperatura; Calidi, & sicci plus valent, & citra noxam dormire, veluti quoq; graciles; frigidi, humidi, & obesi minus. Facit enim vigilia ad corporis exiccationem: De forma illud repetimus, Supinum ijs perniciosum esse, qui destillationibus tentantur; post alium tamen decubitum, factum priùs ex vtroq; latere, in asuetis non penitùs improbari, Galeno sic decernente, vel ad voluptatem, & luxum; pronum verò

Margin notes: Axioma auctoris. — Quando à cœna dormiendum. — Noxa, quæ fit ex decubitu inopportuno. — Obseruatio ante decubitum. — Hippoc. lib. 2. de Diæta. — Quomodo dormiēdum. — Quantū dormiendum. — Inditium bonæ coctionis — Quo temporis spatio fiat prior coctio. — Forma decubitus. Lib. de Rensi affec. dignotione.

Margin letters: A, B, C, D

rò concedendum in ventriculi gratiam, qui euitandus vbi perafſecti ſint oculi: Matutinus concedendus, Hippocrate auctore, conſuetis à prima luce, ad tertiam diei partem; Celſus conceſsit ijs, qui minùs bellè coxerint, vt Vrbanis, & litteratis; quibus pronus quoq; ſomnus conducit, vt ijs etiam, qui tuſsi ſubiacent, veluti ſupinus, qui oculorum laborant aff ctibus, in his enim excrementa, quæ oculos lædunt ad poſteriora mittuntur, in illis auertuntur à pectore, vel ſi in corpore ſint, quieſcunt magis, neq; tuſsim ſollicitant: Dormiendum in aëre obſcuro, ne calor, & ſpiritus extra vagentur, ſed interiùs pellantur, coctioniq; incumbant. Dormituri totum denudent corpus, nec pedibus dormiant calceatis, ob vaporum namq; reflexum caput læditur quàm maximè; Contegant corpus reliquum pro aëris natura, calidiori, vel frigidiori, caputq; ſolitis in medio perforatis cucufis ad euaporandum, de quibus in libris tribus de ueſtidiendi humani corporis ratione plura cōſcripſimus. Dormituri quaſcumq; ſomnum curas impediētes deponant: Qui expergiſcuntur, caueant tumultuoſam omnē expergefactionem, præcauentes vociferationes horridas, contentioſas, mali quidpiam præſagientes: Ad hæc non prodant, qui expergiſcuntur, à tenebris ad clariſsimam lucem, ſed paulatim feneſtris ad apertis per ſeruos, aſſueſcant à tenebris ad lucem: Præterea deuitent quamcumq; intenſam aëris frigiditatem, ijq; magis, qui firmiori non ſunt capite, quiq; ſtomacho ſunt imbecilli. De ſtragulorum materia, & forma illud tantùm adnotamus, expedire lanea magis eſſe, quàm plumea, quæ tamen hyeme in corpore ſenili, haud incongrua; lanea cum alioquin, vel goſsipina reliquis anteferantur, ſed hac ipſa de re caput conſtituimus integrum in dictis libris, & in noſtra philoſophica menſa, vbi antiquiorum, atq; recentiorum ſtragulorum materiam, formam, & vſum non ſubticuimus: A ſomno ad vigiliam procedentes vrbani priuſquam ad conſueta munia ſeſe committant, ventrem, excrementis depurgent, per ſedem, per vrinam, per alias ſolitas ab arte paratas partes; faciemquè lauando, & oculos frigida, emundent dentes, aures, nares, palatum; fricent caput, illudquè pectant; quibus peractis vigiliam proſequantur, per lectionem, priùs ſubmiſſam, deinde claram, poſtea verò altam, per lucubrationes, per deambulationes, geſtationes, equitationes, vectiones, aucupium, venationes, & alia huius generis, quibus Vrbani fuerint aſſueti; quòd ſi qui ſint inter hos ipſos, quos otium premat, inuiſant vineas, campos, viridaria, ſiluas; Ad inſitionem Vere attendant, ducant æſtate

Ex Plinio lib. 28. cap. 14.

Vbi dormiēdum.

Quomodo dormiendū.

Lib.3 cap.5.

Dormituris quid agendū

Obſeruatio a tenebris ad lucem.

Obſeruatio neceſſaria in ſomno.

Stragulorum materia.

Lib.3.cap.2.

Liber auctoris.

Vigilaturis quid agēdū

In vigilia quid agendū

 A

Ociosis quid agendum à somno. ætate riuos, auiaria construant, piscinas visitent, nec vllam omittant corporis exercendi occasionem, quæ sibi corpus animumq; commoueat; deambulent in foro, per vrbem, tractent negocia domestica, publica, priuata; meminisse contenti ex Platone, quod *Quicumquè viuere, & sapere cupit, maximè* (Lib. 3. de legibus.) *quàm longissimo tempore volet, sola sanitatis commoditate seruata, ad quam non multo opus est somno. si benè assuescerit somnÿs*; quid? quod? Aristoteles censuit, *Vigilantes in virtutis studium incumbentes, & minimè dormientes, felices esse.*

*Varia exercitationum genera, Vrbanis pro tuenda valetudine totius, ac partium accommodata; & de vna deambulatione, in qua corpus, animusq; mouetur, eius videlicet tempore, modo, loco, & quantitate; Cumq; hac vti non licet, quomodo exercitatio committenda, & quantum.* B

*Cap. XXIII.*

QVONIAM nil æquè inimicum Vrbanis, atq; ocium, isto deposito, negocium amplexantes, vbi nullum exercitationis genus illis accommodetur, solatientur per vrbem matutino tempore ante cibum, vespertino ante cœnam, exercendi enim tempus est (C) cum denuò cibandi corpus instat, ludant q; ludo paruæ pilæ, & choreas ducant, quæ (Gal. 1. de Tuenda cap. 2.) duo cũ animum, corpusq; çqualiter exerceant, si maiori egeant in vna, quàm altera corporis parte exercitatione, istam sequantur; Qui ergo sortiti fuerint à natura crura exiliora, deambulent, vel (vt admonuit Xenophon) currant; qui verò humera, pu- (Exercitatio particularis quibus proficua.) gillatum exerceãt hinc *Pugiles*, aiebat idem *humeros reddũt corpulentos, & crura emaciant*; calor etenim, qui excitatur in exercitatione alimentum ad partes exercitatas attrahit. Ad hæc, qui pectus habent angustum, per vociferationes exerceantur, (D) per lectionem altam, cantum, clamorem, vociferationem, quæ asthmaticis, & nonnisi, recta ceruice spirantibus salutaris; mulieres, quæ non benè purgantur per vterum, quadrigæ exercitationem, seu vectionem frequentent; vel quod salutem plurimam his ipsis pollicetur, exerceantur in arte textoria; hæc enim, (Mulieres, quę bene purgantur vt exercendæ.) si quid aliud vterum expurgat; Ad præcauendos igitur varios corporis affectus, varias corporis exercendi species insequantur; Equitatio namq; ex Celso stomachum firmat, & intestina; (Equitatio quib' prosit.) Gestatio conualescentibus vtilis est, inducit enim somnum, (Gestatio quibus vtilis.) & vires

E & vires restaurat; Vectio per currum, siue quomodocumq; tacta corporis commotio arenulosos maximè iuuat, calculos à renibus infra pellendo, Inter omnes autem exercitationis species, quæ vrbanis accommodatiores videntur, vna quoniam est deambulatio, in qua corpus, animusq; exercetur, iste per visum, auditum, sermonem, cogitationem, discursum, memoriam, & lucubrationes, matutinas, vespertinas, pomeridianas, illud verò per corporis motum, sicut vtrumq; per risum, fletum, gaudium, tristitiam, excandescentiam, timorem, & alia, de quibus dictum, deambulatio, de qua Cicero scripsit, *Vnam deambulationem vno regno potiorem*, diligenter ab Vr-
F banis est attendenda, modò per se, modò cum amicis, prout consilium fuerit, vel institutum, vel tulerit occasio: Soli debent vrbani deambulare, vbi concitatiore, & contentiosiore motu gaudere velint, vniuersumq; corpus exiccare; cum amicis verò quando blandè corpus voluerint mouere, atq; reficere; Quamuis autem nulla vehemens exercitatio vrbanis, quorum corpora fuerint maximè intemperata, quacumq; intemperie, conueniat; In deambulatione tamen, illud summoperè debent obseruare, quòd cum omnis deambulatio vim habeat excitandi calorem; Qui maiori inter vrbanos indigent exiccatione, ieiuni mane deambulent; quiq; adhuc maiori, per loca inæqualia, sub dio, &
G velociùs; qui autem minori, ab assumpto cibo in vespere, haud meridie, non tamen immediatè à cibo, per loca æqualia, in vmbraq; tardiùs ambulent. Quòd si qui sint, qui corpus velint, vt ita loquar, implere, vel humectare, post coenam lentè deambulent; Deambulatio enim ista ex Hippoc. ventriculum, ventremq; reliquum exiccat; at reliquum corpus iuxtà genus carnosum humectat, vel implet, diffuso scilicet per vniuersum corpus humore, qui alioquin in uentriculo diutius persisteret. Quantitas deambulationis non ita bellè definiri potest; pro diuersitate attamen temporis, quo urbani deambulant, & pro diuersitate eo-
H rumdem temperamentorum potest; Qui ergo temperati sunt, mediocrem committant deambulationem; Intemperati humidiores, maiorem; Frigidi æqualem; Sicci parcam; calidi ferè nullam: Galenus tamen, qui omnia nouit, quatuor proponens commensuratæ, seu conuenientis cuiusq; exercitationis inditia, corporis, dixit, elationem in tumorem; coloris floridi apparitionem; motus adhuc facilitatem; & sudoris cum calido uaporoso apparitionem: Ceterùm hoc ultimum signum, iudicio meo, in siccioribus, & calidioribus minimè expectandum, in humidioribus, & frigidioribus quandoq; prætergrediendum:

Vectio, & cōmotio ꝙ præstat.

Deambulatio Vrbanorum exercitatio.

Exercitatio cōmunis animo, et corpori.

Ad atticum.

Deambulatio solitaria quando eligenda.

Cum amicis quādo faciēda.

Deambulationis vis.

Deambulandi tempus.

Deambulatio à cœna quid præstet.

Mēsura exercitationis.

Nulla exercitatio esse debet immodica.

In fine lib. de Tuenda.

Signa congruæ exercitationis.

Quò

Ex Hippoc. lib. de sal. Diætæ.

Quò ad tempus, hyeme, totoq; anno frigidiori longiores conueniunt exercitationes, seu deambulationes (de his modò loquimur) æstate, & anni tempore calidiori, breuiores, Vere paulatim demendum à deambulationibus hyemis; Autumno paulatim adijciendum; A

Matutina deambulatio.

Omnis matutina deambulatio vnicuiq; conducibilior magis, quàm vespertina; quæ tamen cœnantibus accommodatior est, respectu eorum, qui semel in die comedere consueuèrunt, hæc siquidem ventrem soluit, vnde capitis leuitas, agilitas, & promptitudo ad quælibet peragenda:

Ex Hippoc. vbi supra.

Deambulandum verò modò per solem, vt hyeme, modò per vmbram, vt æstate, hyeme adhuc velociùs, æstate autem tardiùs; Spirante quoq; Zephiro magis quàm austro, & borea etiam magis, quàm alijs flantibus ventis: B

Præceptum obseruandũ. vrbanis.

A deambulatione, vel alia quacumq; corporis longiori exercitatione, in qua sudor apparuerit, anhelitus frequentior, & siccitas oris adfuerit, nequaquam vrbani cibum asumant, sed vbi omnia sedata fuerint;

Ex Celso doctrina desũpta.

Illud autem adijciẽdum, ne à subito motu, & exercitatione quies committatur, nec à quiete motus, verùm corpus ad vnam, & alteram paulatim est disponendum:

Quid agendum vbi consueta exercitatio deest.

Et quoniam non possunt quandoq; aëris impediti molestia, & iniuria frigoris, imbrium, ventorum, & consimilium sese Vrbani exercitationibus assuetis committere, animum, & corpus exerceant, per vocem differendo, legendo, recitando, dũmodò corpus lassum non sit, neq; repletum; nam clara lectio ex Celso confert stomacho imbecilli, ut cõfirmauit etiã Cœlius Aurelianus; C

Lib. 1 cap. 8.

Lib. 2. chronic cap. 2.

& consimilis ista species exercitationis calorem auget, sanguinem subtiliat, venas expurgat, arterias aperit, neq; humores permittit crassescere, & ni lectioni valeãt operam nauare, ludant ludo paruæ pilæ in principum aulis accommodato, deãbulent sub aliqua porticu ampliore, ascendant schalas, descendant, nec quidquam omittant, quod animum, corpusq; per debitam, & consuetam exercitationem viui ficent;

Ex Plutarcho lib. de bona tuenda valetudine.

Consuetudo plurimũ attẽdẽda in exercitat.

*non enim corpus exercendum sine animo, neq; animus sine corpore*; Nimię tamen vitæ exercitationes obsunt magis, quàm prosunt, vt Euripides animaduertit; Nam *labor*, vt aiebat Philosophus, *exiccat, & senium inducit, vnde multùm laborantes, magis senescunt*; D

Lib. de vitæ.

5 de Loc. aff. cap. 5. lib. 1. fen. 3. doc. 2. cap. 3.

& propterea terminus exercitationis ex Gal. & Auicen. duplex est, vnus quando vapor sudori aliquantisper mixtus sentitur, venæ intumescunt, atq; anhelitus permutatur;

Exercitationis terminus

alter vt tam diù vnusquisq; exerceatur, quamdiu color floridus eius faciei, & corpori ingeneratur; motusq; acriter, æqualiter, & concinnè edit; nec vllam effatu dignam percipit lassitudinem; quòd si calor euanescere incipiat, vel corporis moles paulò contractior videatur, aut lassitudo immineat, illico ab exercitatione desistendum,

E pingues, & obesi sunt, quantò magis exercentur, tantò meliore valetudine perfruuntur, quid? quod his conueniunt exercitationes vehementes, & acutæ; quod videns Hippocrates, *Corpulentorum itinera voluit esse velocia, Gracilibus verò summam imperauit quietem*; & si aliqui sint, quibus exercitatio prosit, his pauca, & remissa conuenit, vnde *Graciles*, dixit Hippoc. *iter facturi, lentis passibus incedant*: Parùm comedentes parùm exerceantur, multùm verò plurimùm: Qui vigilijs tentantur, non exerceantur: Qui somno dediti, exercitationem sequantur: *Iis verò minuendus est labor*, siue exercitatio, inquit Hippoc. *quos ob calorem sitis infestat*; Siticulosi ergo, ex calore sese minus debebunt exercere.

*Pinguium exercitatio* Lib. de Salub. Diæ.

*Gracilium exercitatio*

*Plurimùm vigilantium.*

F Mulieres, quæ humidiores sunt, neq; possunt concipere ad exercitationem accedant, nihil enim conceptum, partumq; adiuuat, æquè ac labor ipsis accommodatus, vt prædiximus: Ceterùm sollieiti esse debent Vrbani de loci opportunitate, debet itaq; locus exercitationis liber esse à ventis, neq; prauis obductus vaporibus, sed apertus, perspiratus, & ob id septentrionem, & orientem respiciens; etsi, quæ hyeme facienda est exercitatio, in loco ad meridiē exposito facienda; quæ verò æstate ad septentrionem, & vmbras plantarum viridium, non parietum, & minus tectorum, & inter viridia Nucis vmbra, Narcissi, & Buxi vitanda, vitium anteferenda, non itaq; sub por-

*Sitientium exercitatio.* *Fœminarum Sterilium.* Doc. pendet ex Phil 4. de Gen. Animi cap. 6. *Locus exercitationis qualis.*

G ticu, vbi liceat cœlo liberiore frui, id quod Xenophon animadtens, deambulationem, scripsit, extra ciuitatem factam, præferendam ei, quæ in ciuitatibus efficitur. Vitruioq; auctore, loca secundùm mare ad meridiem, vel occidentem spectantia, fugienda, propter ardorem, qui à meridie suscitatur; benè verum est; quod hyeme locus calidus, æstate frigidus, vel temperatus eligendus. Illud autem obseruandum, vt qui exercentur in sole, quod minus laudo, nisi vrgente necessitate, haud quiescant, vel sedeant, sed exercitationem quantò citiùs absoluant; Neq; ex Galeno prætereundum in casu, vt corpora temperata in loco, ac tempore consimili, nimirum temperato exerceantur; frigida

Gal. 2. de Tuend. cap. 9.

*Notandum*

Lib. 2. de Tuenda cap. 7.

H verò in calido, calida in frigido, humida in sicco, & sicca in humido exerceantur; Vbi verò vbi exercitatio committatur, tria ex Hippocrate debent, qui exercētur seruare, quæ desuper innuimus; primum lassitudinem omnem, & omni tempore caueant; Secundum matutinis deambulationibus corpus exerceant; Tertiū hyeme, & frigido tēpore magis, ac diutiùs exerceātur priùs, quàm calorem percipiant, & citra sudorē: hoc tamen discrimine, hyeme hora eligēda meridiana, quādo aëris status est tēperatior, æstate matutina, vt diei feruor euitetur; id quod sciens Alexan-

*Locus temperatorū & intemperatorum.*

Lib. de diæta

*Obseruanda ab ijs, qui exercentur.*

N der

Hora exercitationis quæ.

Quomodo corpus exercendum.

der cognomine magnus dicebat, *Matutinam sibi deambulationem prandium condire, longè magis, quàm obsoniorum artifices*. Totus autem exercendi modus, & ordo esto hic ipse. Corpus à superfluitatibus quibusuis ante quamcumq; exercitationem emundandum, caput pectendum, manus, & facies abluendæ, corpus accommodatè induendum, ne vestimentorum copia defatigetur, vel inopia offendatur, à frigore nimirum, & à calore; incohanda exercitatio à tardis, atq; remissis corporis motionibus, ad celeriores, & vehementiores procedendo, iterumq; dum cessare animus est, paulatim remittendus est motus, & si madefacta sudore fuerint indumenta deponere, aliaq; sicca induere, blandeq; corpus mouendum, & nonnisi corpore benè in calore temperato cibus sumendus, dicimus benè in calore temperato, quoniam exercitatorum pernicies est, cibum statim capere ab exercitatione, ac quod perniciosius potare actu frigidius, tàm vinum, quàm aquam, vel quodcumq; aliud frigidum assumere; iecur namq; lædit, ventres, & alias partes, mortemq; persæpè inducit: Ceterùm si alicui exercitatio sit denegata (quoniam huius vires tantæ sunt, vt Galenus docuerit, eos, *Qui ante cibum opportunè sese exercent, haud exquisita victus ratione opus habere*) frictio huic eligenda, hæc enim ex Gal. si dura ligat corpus, si mollis soluit, si multa extenuat, si mediocris crassescit; Cumq; triplex frictionis sit modus, durus, mollis, & mediocris, hunc insequantur tum alij, siue ociosi, tum senes, & ij, qui sedentariam exerceant artem, ventre priùs exonerato, nulla in corpore humorum existente plectoria, vel partium imbecillitate, ante cibum, semel in die, matutino tempore, & à somno: Dura frictio, quæ aspera est, & valida, fit manuũ, vel spongiarum, vel telæ rudis, & crudæ compressione, cogit, densat, adstringit, carnemq; indurat, licèt vbi sæpius repetatur, & diutiùs rarefaciat, resoluat, extenuet carnem, & aliã quamuis corporis substantiam minuat; & maximè ad partes reuellat: Mollis fit leui manuum affrictu, remollit, relaxat, erugatamq; cutim efficit; Mediocris carnes amplificat, & corporis habitum, quia sanguinem, spiritumq; attrahit, tumefacit.

Notandum de assumẽdo cibo post exercitationem.

Lib. de boni, & mali succibis.

Lib. 2. de Tuend. cap. 3

Debiliũ exercitatio frictio

Ociosorum.

Vires frictionum Durarũ

Mollium.

Mediocriũ.

Rectus

E

*Rectus triplicis exercitationis generis vsus, & quibus accommodatus, ludi scilicet parua pila, magna, seu ventosa; atq; saltationis; exemplo veterum, qui bonæ valetudinis plurimùm studiosi fuerunt.* Caput. XXIV.

MVLTA alia exercitationum genera sunt, quorum vsus, vbi sit rectus, inculpatam Vrbanis affert sanitatem; inter alia tamen tria dijudicauimus, de quibus agere instituimus; Primum exercitationis genus est paruę pilæ ludus; secundum magnæ, seu ventosæ; tertium est saltatio, vel choreas ducere: Quò
F ad primum, si consuetudo adsit Vrbanis ludere, corpusq; validiùs exercere, à paruæ pilæ ludo minus desistant; nam & antiquiores hoc ludi genere vsos constat. Homerus enim, qui floruit tempore Solomonis, & annis centum à bello Troiano, sic de parua pila fuit loquutus Paruæ pilæ ludus antiquus. Lib. 6. odiss.

*Ludebant pila, vittis, villisq; remotis,*
*Atq; his Nausicaa ob niueas spectabilis vlnas*
*Principium ludo dabat.*

G ex quo egregio carmine illud etiam habemus, quod paulò supra innuebamus; exercitationem committendam accommodatis vestium generibus, & ob id lusuri deponant non solùm arctiora vincula capitis, quibus vtebantur antiqui ad præcauendam ebrietatem, sed aliarum quoq; partium, ventris nimirum cingulum, aut loricam, & crurum arctiora ligamina; prætere a ornamenta illa militaria, vel prægrauantes vestes, ex pilis, lanaq; contextas, sed lineis vtantur leuibus; quæ corporis agilitati conducant; lusores etenim paruæ pilæ comptè ludere debent; vnde Athenæus loquutus de concinnitate Demoxini in ludendo scripsit. *O viri neq; vnquam antea audiui, neq; talem venustatem vidi*; erat autem iuuenis decem, & septem Lusuri paruę pilæ ludo quid agere debeāt
H natus annos, ex quo illud etiam habemus, hunc ludum spectare præcipuè ad vrbanos iuniores, tum quia dispositio quædam est, ad corporis comparandam agilitatem, in iuuenibus requisitam, ludorum validiorum gratiâ, tum quia bonam valetudinem nil æquè firmat in pueris, atq; iuuenibus, ac paruæ pilæ ludus, cuius exercitationem παιδιὰν fortasse græci vocarunt, vel quòd à pueris coleretur in primis, vel quòd non seriò, sed iocosè agere videantur, qui ludunt paruæ pilæ ludo, vt plurimùm pueri. scio & grandioribus natu conuenire hunc ludum, Ludus paruę pilę iuniorum est. Pilæ ludi vtilitas. Vnde dictus à græcis.

N 2 ac

Lib. 1. de Tuē. Valetud. libro proprio de ludo paruę pilę. Quibus, & quando conueniat.

at iuuenibus magis, quum inter veloces exercitationes paruæ pilæ ludus à Galeno reponatur. Conuenit tamen pinguioribus, & obesis magis quàm gracilibus; Quicumquè ad hunc ludum accedunt, hyeme in loco tepidiori hunc ipsum exerceant, hoc est, haud frigori exposito, quoniam meatus corporis cum rarefiant in ludo, miram ab externo frigore læsionem lusores reportant; illud etiam obseruare debebunt, ne ad hunc ludum accedant, qui crudis in ventriculo sunt referti humoribus; quandoquidem vt Celsus docuit, somno hi debent indulgere, aut saltem quiescere, neq; laboribus, aut exercitationibus sese committere; quod sciens Flaccus haud subticuit.

Crudi non ludere debēt

*Lusum it Mœcenas, dormitum ego, Virgiliusq;,*
*Namq; pila lippis damnosum, & ludere crudis:*

Vrbanorum error.

Atq; hinc colligant Vrbani grauiorem errorem, quem sæpe committunt, dum ventriculi laborantes cruditate, ad validiora exercitationum genera accedunt, dicentes, hunc in modum sese digerere, & coctionem iuuare; quum in varias partes cruditates disperdant, & inconcoctas protrudant; expedit itaquè, vt in alijs exercitationum validiorum speciebus, & prima, & secunda coctione absoluta, in gratiam excrementorum, quæ genita sunt in vtraq;, paruæ pilæ ludo sese committere; inter cœtera namq; bona, quæ parit, animum, corpusq; vno, & eodem tempore vniuersum æqualiter exercet, firmat, & ab excrementis omnium generum emundat, per sudorem, per vrinam, per sedem, per excreatum, atquè hoc est, quod apud Nonium à Lucilio scriptum inuenitur. *Cum studio in gymnasio duplici corpus siccasse pila*; quasi dicere voluerit, pilam duplicem paruam, & solidam, & magnam, ventoq; plenam, vim habere corpus exiccandi, ab omnium excrementorum generibus: Quod igitur ad magnam, quam ventosam diximus pilam, hæc vsu venire solet in grandioribus natu, atq; robustioribus, etsi non ignorem, cecinisse Poëtam.

Ludendum coctione absoluta saltem priori.

Vtilitas ludi pilæ.

Ludo pilæ Vis exiccandi.

Magna pila i. ventosa, quæ.

*Folle decet pueros ludere, folle senes,*

At follis nomine non intelligo ego magnam pilam ventosam, pallonem à vulgaribus nuncupatam; sed paruam, & ventosam pariter, quæ miti competit ætati, hoc est non valde robustæ, qualis puerorum, & senum, vnde meritò prædictum ante carmem citatum,

*Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas.*

In vita Augusti.

hanc veritatem colligo apud Suetonium, qui loquens de Augusto scripsit, Folliculi exercitium adamasse, quo mirificè iuuabatur in calculis corporis, à renibus, & vesica extrudendis,

E dendis, quum, & coxas, & crura imbecilliora confirmet, & Celso auctore citatam aluum compescat, & tremorem discutiat; ludus iste non minori faciendus industria, & apparatu, quàm fit ludus paruæ pilæ; meoq; iudicio, qui magna pila ventosa lusuri sunt, corpus debent prius disponere cum ludo paruæ pilæ; à quo ad magnam accedendum; vel paulatim ludere incipiant, à leuioribus corporis motionibus, ad vehementiores per gradus accedant; id autem boni reportabunt vrbani, quòd ludentes hoc pilæ magnæ, atq; ventosæ genere, minus à venereis sollicitabuntur; dissipat enim seminalem materiam, eamquè disperdit, à testibus retrahendo sanguinem ad extima, F & flatus, sine quibus non venus, discutit; quo nomine factum, vt Trallianus vir grauissimus in nostra medicina conscripserit, huiusce pilæ ludum priapismum curare; committendus est hic ludus à polisarcis magis, hoc est carnosis, quàm gracilibus, & verno magis tempore, quàm hyemali, æstiuo, vel autumnali, quandoquidem vires exposcit validiores, quæ in æstate, & autumno præcipuè languent; & hyeme licèt robustæ sint, periculosum est quàm maxime anni tempus, ratione frigoris, quo exercitati mirumimmodum offenduntur; pori enim adaperti cum sint, frigus ad interiora penetrat, atq; G hinc fit, cur hyeme currentes, magis ex philosopho rigeant, quàm stantes; In reliquis haud sese committant huius ludi generi, qui plurimùm dorso, bracchijs, cruribus, manibusquè non valent, nec qui ab eo desistunt, immediatè quiescant, sed remissas facientes deambulationes paulatim sese domum recipiant, præcauendo quemcumq; aëris excessum, ventos, & immediatam repletionem; quâ peracta, neutiquam ad ludum reuertantur, meminisse contenti ex Galeno quòd *Veluti ad sanitatem maximè conducit peracta ante cibum exercitatio, ita quiuis motus à cibo, si validus, perniciosissimus*; addimus si validus, quoniam blandus, ac paulatinus id boni secum H affert, quòd *Accomodat* ex Auicenna *cibum in ventriculo*, ita vt dormituris non supernatet, & fluctuet in ventriculo; verùm ad tertium, ad saltationem; debent Vrbani, quum ab alijs impediuntur exercitationum generibus saltare, quin? quoc? saltationem præ cunctis eligere, cùm quia corpus disponit ad fortitudinem, & bellum, tùm quia saltus Deorum munus a Platone vocitatur, & qui illius est inscius, ineruditus appellatur; per saltationem autem intelligimus non tantùm vniuersam corporis motionem, quæ fit manibus, pedibusquè ordinatim permotis ad repræsentandum aliquid, sed & choreas ducere, quarum

Lib. i. cap. 6.

Ludus magnę pilę quomodo inchoandus.

Vtilitas.

Quibus conueniat & quibus non.

Tempus accommodatũ.

6 sec. prob. 12.

Lib. de boni & mali succi cibis.

Motus blandus à cibo quid præstet

Ex Platone de legibus.

Saltatio anti quo inuēta.

qua um auctor apud Aristophanem Æschilus, de quo in Tragœdia quadam *Choris figuras ipse feci*. A
saltandum igitur, vnde & salij apud Ethnicos Sacerdotes, choreæq; ducendæ, tum ab alijs, tum pueris, & iunioribus, maribus, & fœminis; cæterùm non à cibo, & post coenam, vt meminit Athenæus de Antiocho Rege saltare solito, & de Polypercon te quamuis sene, qui nulli militari scientia, & dignitate secundus, post coenam saltare consueuit, verùm antea; qui mos, & apud Ferrarienses obseruatur; quum tamen alibi minus, præcipuè apud nostros Fabrianenses, qui à coena choreas ducunt; etsi nullo non tempore, vigeat apud Fabrianenses saltatio, per vicos æstate, in aulisq; regalibus, quum frigus vrget, B post solemne conuiuium, aut in nuptijs; id quod veluti pro temporis occasione non damnamus, ita finem, qui nostra tempestate ad libidinem, & luxum est, damnamus; facienda itaq; saltatio veluti alia qualibet exercitatio ante cibum, siq; postea lento penitùs gradu, ita vt deambulationis potiùs, quàm saltationis sapiat naturam; Et quoniam multæ saltationis sunt species, pro pueris, & iunioribus, illas præcipuè laudamus, quas Morescas vocant nostrates, excogitatas ad bellum, minimè bellum ad pugnam, ad fugam, ad militarem omnem comparandam disciplinam; Ab omni tamen specie desistant Vrbani, quibus caput, & pectus est imbecille, nec non Vrbanæ vtero gerentes, has enim facillimè abortire facit, quemadmodum eas C iuuat, quæ menstruis carent purgationibus, aut viros, quibus retentæ sunt hoemorroides; quòd si qui sint, quos podagra sollicitet, uel articulorum omnium dolor, saltatio his inimica; uerum equidem est, quòd in benè ualentibus purgat saltatio uniuersum corpus, excrementa per cutim ducendo, & corporibus humidioribus mirum in modum confert; sed fugienda quæcumq; omnibus uiolenta saltatio, ut quę renibus præcipuè obsi , & interna uiscera habentibus imbecillia. D

Lib. 4. Dipnosophist.

Bonus Ferrariensiū mos in saltatione

Saltationis nostrauis finis

Saltatio vt facienda.

Moreschą saltationis genus.

Quibus vtilis & quibus minus.

Ex Gal. 6. epid. com. 3. tex. 2.

Venatio

*Venatio eiusq; opportunus vsus quibus accommodatus, & quibus minus; quo apparatu faciendus; quid in venatione obseruandum; Et quibuscum iungenda, ex Plinij secundi iunioris obseruatione, deq; cursu pauciora, & saltu.*

*Cap. XXV.*

GENVS exercitationis vrbanis validioribus plurimùm accõmodatum est, quod tractandum in presenti capite suscepimus ipsa nimirum venatio, quæ vt conueniat vrbanis ita Virgilius, dum lucu lenter cecinit, expressit. Lib. 4. Æneid.

*Oceanum interea surgens aurora reliquit.* Venatio Iuuenibus, & Vrbanis conuenit.
*It portans iubare exorto delecta iuuentus*
*Retia rara plagæ, lato venabula ferro,*
*Massyliq; ruunt equites, & odora canum vis.*

Ex quibus Virgilij carminibus constat, non solùm venationem conuenire Vrbanis, sed iunioribus, ijsq; nobilibus, equitibus, & alijs quamuis rusticorum gratiâ cecinerit idem. Lib. 1. Georgicorum.

*Nunc captare feras laqueo, nunc fallere visco,*
*Atq; etiam magnos canibus circumdare saltus,*
*Insidias auibus moliri, incendere vepres.*

utcumq; sit, huiusmodi exercitationis genus, licèt Vrbanis cõueniat, atq; rusticorum præsentia vix fieri potest; Apparatus ergo hic esse debet, Venaturus tum animi, tum corporis roboris augendi gratiâ, militarisq; disciplinæ comparandæ ieiunus ad uenationem accedat, non artificibus, aut ciuilibus implicitus negocijs, sed liber, atq; solutus, non alio consilio, nisi ad animi oblectamentum, bonamq; corporis firmandam, & confirmandam ualetudinem; hunc enim in modum uenationi addictos legimus antiquiores, Mithridatem, Plinium, & alios; igitur uenaturus sollicitus esse debet in primis de opportunis uestibus, breuibus, atq; succinctis, de quibus ille Apparatus ad venationem, & finis. Venatis vestes.

*Conueniunt succincta viris venantibus ipsa* Natalis Comes lib. 1. de Venat.
*Pallia, ne rapiant spina, aut virgulta morentur,*
*Currentes, rapido resonent neu flamine venti.*

ceterùm, ut initio dicebamus, ad uenatum, apti quadrupedum scilicet per canes, per equos per arma (non auium, uel piscium) iuuenes, atq; robusti, quorùm gratiâ dicebat Natalis. Ad venatum qui apti. Vbi supra.

*Preterea iuuenes, quos sua Delia castra*
*Eligit, haud nimium pingues, tenuesue legemus,*
*Nec venatori spargantur tempra canis:*

*Saepe feras; per densa sequi virgulta necesse est,*
*Sublimem vel scandere equum, aut descendere ferro,*
*Tardior in pugnas pinguis, cursusq; laborem,*
*Fert agrè senior, cursumq;, & praelia longa,*
*Neq; audit voces borum Dictymna precantum.*

Sint itaq; oportet venantes iuuenes, robusti, validi manibus, pedibus, & voce; composita namq; uenatio est, ex multiplicis exercitationis genere, cursu, ambulatione, saltu, iaculatione, vociferatione, equitatione, & alijs, quę robur corporis validissimum exposcunt; & propterea illud venantibus obseruandum, ne calēte corpore ascēdant equum, neue ex cursu velociore quieti se dedant, aut ex quiete ad cursum; verùm obseruent modum in corporis motionibus, ne à summo calore ad frigus procedāt; id quod faciendum noscens Martialis Priscum admonuit, ne Veredo vteretur equo, vel parciùs vteretur, dum scripsit.

Venatio genus exercitationis.

Lib. 2.

*Parciùs vtaris, moneo, rapiente Veredo.*
*Prisce, nec in lepores tam violentus eas.*

Venatio vt facienda.

ex hac etenim violentia motus grauiores ingruunt morbi, venarum ruptura, intestinorum ad scrotum prolapsus, capitis laesio, & caloris a leò magnum incrementum, vt corpus vniuersum liquetur, & absumatur; quamobrem, siue pedestris, siue equestris fiat venatio, ab ista motus violentia, magnisq; vociferationibus, & clamoribus abstinendum, insectandusq; Plinius, qui commodè cuncta peragebat, in porticum se conferebat, meditabatur, dictabat, vehiculum ascendebat, redormiebat, ambulabat, orationem graecam, & latinam clarè, & intentè, non tam vocis causâ, quàm stomachi legebat, ambulabat, vngebatur, lauabatur, exercebatur, & si diu iacebat, vel ambulabat, post somnum demum, & lectionem non vehiculo, sed quòd breuiùs, quòd velociùs equo gestebatur, & aliquando venabatur, & in venatu pugillares ferebat, iungebatq; agitationem animi, cum agitatione corporis, litterarum, inquam, studia cū venatione, de quibus loquutus scripsit, *Ridebis, & licèt rideas, ego ille, quem nosti apros tres & quidem pulcherrimos cœpi; ipse inquis, ipse, non tamen vt omnino ab inertia mea, et quietè discederem ad retia sedebam; erat in proximo non venabulum, aut lancea. sed stilus, & pugillare; meditabar aliqua, enotabamq; vt si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. Non est* (addit) quòd contemnas *hoc studendi genus, mirum est, vt animus agitatione, motuq; corporis excitetur; iam vndiq; silua, & solitudo, ipsumq; illud silentium, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt, proinde cum venabere, licebit, auctore me, vt*

Violentia noxa.

Plinius secundus iunior vt venaretur.

Lib. 1. Epist. ad Tacitum.

Venatio quibus coniungenda.

Venaturis quid ferendum.

panarium

E *panarium, & lagunculam, sit etiam pugillare feras, experieris, non Dianam magis montibus, quàm Mineruam inerrare.* Sic itaq; committenda venatio, illud idem silentium, quod feris capiendis aptissimum, litteris capessendis accommodatum; faciendumq; vt modò animus, modò corpus exerceatur. ita enim opportunè facta uenatio auditum, ut Xenophon ait, uisumq; acuit, senectutem retardat, & quod mirum, à peste homines liberat; Scribit namq; Rasis in quadam peste, omnes ferè periisse, at solos venatores, propter assiduam exercitationem, ab umentem humiditatem quæ pestilentiæ mater, incolumes eua sisse, ex quibus colligere licet, corporibus humidioribus aptis-F simam fore venationem, siccioribus minùs,

Lib.3.Côten trac. 13.cap 2.

Venatio quibus apta.

*Adde, quòd & validum longa assuetudine corpus*
*Concipit ingentes vires, fit visus acutus,*
*Auditusq; celer, sic corpora sana parantur.*

Ex Natali Comite lib.3 de Venat.

*Quòd si alicui negocia impedimento sint, vt ante cibum exerceri non possit, pro tuenda valetudine,* scripsit Galenus, *huic non modò probato, & innoxio cibo est opus, sed etiam salubribus medicamentis:* quasi dicere voluerit, hoc vnum est priuilegium eorũ, qui ante cibum exercentur, Possunt alimento minus quoq; probato vti, & abstineri ab usu medicamentorum. Sed an quia valida exercitatio æqu polleat medicamentis? ita sentimus. Ceterũ G quia venatio vix ab q; cursu fieri potest, de hoc pauciora dicemus, & eò magis quò moderatus hęc bona producit, corpus bellè calefacit, naturales actiones corroborat, appetentiã excitat, & multa comedentibus, vt vrbanis utilitatẽ præstat; priuatim uerò catarrhos, et defluxiones curat, aliòq; cõuertit, hic vertiginosis ex Aretaeo cõducit, ex Celso epilepticis, ac tussi, ubi sẽper fit moderatus; spasmo adhuc canino, faucium internarum ulceribus, & ischiadicis; licet enim in principio fluxiones excitare uideatur, has postea cohibet, & refrenat, absumendo nimirũ, & ratione caloris, dissipãdo; hic idẽ cursus stomachũ ualde firmat, uentrem à flatibus, & frigidis passionibus liberat, & cholicis ex Aureliano H medetur; Hydropicis ex Aëtio, splenis tumores deprimit, spleneticisq; conducit; Calculosis quandoq; medetur, ubi scilicet in descensu laborem calculi apportant, quos cursus dimouet; ijs quorum uiscera torquentur, qui fungos esitãrunt, aut à scorpionibus icti fuerint moderatus cursus auxilio est; crura, pedesq; roborat; Hęc cum ita sint, à cursu concitatiori desistendum, hic enim aduersus est ijs õnibus, quibus moderatus cõducit; Inter cursũ species eligẽdus, qui rectus est, in longũq; producitur, currendũ uestito corpore, nõ nudo, atq; hic pituitosis, & asthmaticis cõducit

Cursus vtilitas.

Hip.2.de dieta.

Effectus.

Lib.3.fer. 2. cap.28.

Hip.2.de Dieta.

cum

Quomodo currendum. cum alioquin corpore nudato factus cursus halitus euocet copiosiores, corpusq; deurat; verum quidem est, quòd cursurus leuioribus indutus oportet sit vestibus, laxioribus, non adstrictis, & eò magis, quò cursus hyeme probatur magis, vt venatus, quàm æstate, per loca placida, plana, non montuosa, vel salebrosa, & inæqualia; per hæc enim valdè officit articulis, & vniuersis corporis partibus; currendum ieiuno stomacho, haud cibis referto, pinguioribus ad extenuandum, natura humidioribus ad exiccandum; lienosis, vt dictum, gonorrhea detentis, vbi placidus fiat cursus; nam violentus maximè periculosus est, tum ad alia, tum rupturas venarum, ardorem vrinæ, & morbos omnes capitis, & partium inferiorum, per decliuia præcipuè factus; ceterum quia vrbanis amica est magis deambulatio, quàm cursus, de hoc satis; cumq; saltus nil aliud quàm intercisus cursus existat, qui frequentior accidit in venatione, magna cautione in saltando incedendum, siue in equum, siue ab equo, sursùm, aut deorsùm, dextrorsùm, aut sinistrorsùm, ante, ac retro, propterea quod totum corpus in saltu contenditur, atq; laborat. Saltaturus igitur non ad pompam, sed vtilitatem, ac necessitatem saltare debet, excitandi scilicet caloris gratiâ, & crudos absorbendi humores, calore namq; à saltu producto, hinc prauorum humorum absorptio; verum est, quod saltaturus carere debet vitijs capitis, atq; thoracis, illud enim concutitur, hoc valde comprimitur, vnde venarum imminet ruptura; duoq; saltus facit in mulieribus, prouocat mestrua, & fœtum intempestiuè educit, parit, inquam, abortum. Secundinasq; pellit, renum iuris calculum, in quibus hæmorroidas quoq; prouocat; Obest podagricis, & gonagricis, humores ducens ad inferiora, quo nomine caput expurgat, & crura lædit, vnde habentibus imbecilla, & quouis morbo humorali detenta valdè noxius; Musculis non ineptus, visceribus omnibus inimicus, quippe quæ somno gaudeant, cibo, & quiete. Committendus ieiuno stomacho, nisi vomere à cibo sit institutum; & ni corpus plethorica sit refertum cachochimia, saltandum quandoq; data occasione, non solùm in venatu, sed extra hyemali tempore, in quo tutius, & vires valent, dumodo Vrbanus haud subiaceat vlceribus in renibus, aut ingentem caliditatem, vel imbecillitatē habeat; Saltaturi satius est, vt baculo innitantur, sic enim firmiùs saltant, ac tutiùs; tantiq; faciendus, pro valetudine saltus, vt dixerit Galenus loco purgationis esse posit, & sanguinis missionis, vbi à nullo sit impeditus; ecce quantam vim habeat euacuandi superfluos humores, & excrementa.

Margin notes: Quomodo currendum. — Vbi currendum. — Violenti noxa. — Saltus quid. — Saltus finis & vsus. — Quibus obsit & prosit. — Quomodo et quando faciendus. — 6. epid. com. 3. Aph. 2.

*Voluptuosa*

E *Voluptuosa corporis inaniendi ratio per Balneum, huius nomine, quid intelligendum; rectus administrationis modus, Vires calidi, atq; frigidi, pro pueris iuuenibus, senibus, gracilibus, & obesis, de balneo aqua maris pauciora, quibus vtile. deq; abluendis manibus, pedibus, et capite nonnulla, & ad institutũ.*

## *Cap. XXIV.*

SVSCEPTA scribendi prouincia, per summa capita rerum nonnaturalium, ex quarum vsu bona valetudo seruatur, inuitat nos, vt
F de inanitione, atq; repletione agamus; verùm quum de ista satis ferè hactenus; de illa non in genere, sed in specie peragemus, non vt necessitatem quandam, sed voluptatem, quam attendunt Vrbani, atq; vtilitatem cum voluptate adiunctam habeant. Hæc autem inanitionis species est, quæ ex Balneo proficiscitur; vt quæ ex venere, vbi enim antiquiores balneo vtebantur ad vtilitatem, recentiores penè omnes ad luxum. Esto igitur balnei nomine, intelligendum ex Celso non solùm propriè aquam calidam, qua corpus vniuersum abluimus, in vase aliquo accommodato, sed frigidam, vnde Celsus dicebat, ***Prodest interdum balneo, interdum aquis frigi-***
G *dis* vti (addimus) & tepidis, quæ ratione frigidiorum sunt quoq; calidæ; Balneũ in primis ijs accõmodatum, qui assuevère, quare infantibus præcipuè maximè vtile, quia scilicet familiare; At ijs, qui non assueuère perniciosum, calidum quidem, quoniam ex Hippocrate sanitati aduersatur, voluptates præterea inducens, & illecebras; frigidum verò, quoniam dolores facit, & abhominationes, quemadmodum ex Gal. colligitur, atq; Hippocrate, dum calidi, frigidiq; noxas conscripsère in diuersas corporis partes. Gracilibus ergo magis quàm carnosis, & pueris magis quàm iuuenibus, & senibus magis quàm istis, calidis magis, quàm frigidis, siccis, quàm humidis cum sit valdè accommodatius, vtendi modus hic erit. Balneum, tepidum parandum est, voluptuosum, eiusq; vsus est, vel ante, vel post cibum, non tamẽ immediatè; antea namq; opportunus est ijs, qui corpus volunt extenuare, postea verò ijs, qui uolunt implere: Gracilibus itaq; postea obesis ante balneum conueniet: Hanc ueritatem sciens elegantissimus Celsus, *Balneum* aiebat ***post prandium corpora implet, & calefacit***, attrahendo scilicet ad partes extimas alimentum: Antea uerò, ieiuno uidelicet corpore extenuat, & refrigerat, quoniam euocat natiuum calorem ad exteriora, humidumq;

De inanitione cur agat auctor.

Balnei vsus hac tempestate.

Lib. 2. cap. 1.

Balnei nomine quid.

Quibus accommodatũ

Lib de Humidorũ vsu.

4. Aphor. 17

Vtendi balnei modus.

Balnei vires.

midumq; natiuum absumit. Pro varia igitur occasione, balneo vti licebit ante prandium mane, vel post à prandio, paululùm ante cœnam: frigidi autem balnei usus ante cibum est, ad internum adaugendum calorem, puto per antiparistasim; quemadmodum uentres hyeme, & Vere natura fiunt calidiores; post cibum verò ad refrigerandum, & exiccandum: In quibus itaq; opus est vno, vel altero effectu, ante cibum, & post, balneo ex frigida vtendum: In plenioribus ergo corporibus, quò modicè extenuentur, frigida post cibos lauatio congrua est; In gracilioribus, vt modicè impleantur, ante cibum opportuna; dummodo consuetudo adsit, & tempus idoneum existat; neq; enim media hyeme, aut vere balneum parandum ex frigida, sed media æstate, qua ullo absq; apparatu, in flumina saluberrima possunt sese citra noxam Vrbani, & à meridie, siue ante, siue post cibum immergere: Florentini ad Arnum flumen accedunt, Romani, & Perusini ad Tiber, Fabrianenses suum non prætermittunt Ianum, vtentes aqua Riui boni. Etsi domi tutiùs ex aqua dulci balneum possit administrari, additis refrigerantibus, & humectantibus, Maluis, Violis, Lactucis, &c. Gal. addebat capita papauerum ad conciliandum somnum; Æstate igitur balneum salutare omnibus quidem, sed præcipuè iuuenibus. *In tensione*, inquit, *sine vlcere, iuuene quadrato, æstate media multa aqua frigida perfusio caloris reuocationem efficit, calor verò hac sanat*. Vbi licet balneum probare videatur in constitutione morbosa; nemo est, qui non intelligat, & in bona valetudine id ipsum efficere, calorem scilicet internum adaugere, languentem, ac debilem, ob euocationem ad extra, ratione ambientis calidioris: Quod sanè à Galeno discere debent Vrbani, illud repeto, est, Non vnumquemq; aptum esse ad balneum, sed iuuenem, eumq; fortem, seu quadratum corporis habitu, & media æstate, loquor de balneo frigido, à quo senes arcendi sunt, & pueri, hi quidem ob corporis raritatem, mollitiem, atq; humiditatem (obstructa enim cute, densatis humoribus, & prohibita traspiratione grauiores hinc morbi sequũtur) illi verò nempè senes, ob caloris defectum: Quòd si loqui velimus de balneo calido, hoc senibus accommodatissimum, et de quo Poëta loquutus, Galeno referente conscripsit.

*Vt lauit, sumpsitq; cibum, det membra sopori,*

*Namq; hac vita seni.*

cui si calor mordax a natura existat, & cutis dura, ita quòd humida gignantur hinc excrementa, balneum ex aqua dulci præstantissimum; calefacit enim, & humectat, quod in sene

desideratur.

Frigidi vsus. Tempus balneo vtendi. Quomodo vtendũ. balneo. Balneum, vel Ablutio in fluminibus. Balneum æstiuum quibus coueniat. 5. Aphor. 25. Vires æstiui balnei. Balneum frigidum quibus vtile. Quibus Calidum. Homerus. Vita senum.

A B C D

E desideratur. At in balnei aquæ calentis vsu, dulcis nimirum, obseruandum ex Galeno, quòd si aqua tepida sit, humectat, & refrigerat, si media temperie, calefacit, & humectat, & vtroq; modo siccioribus conducit: Moderatè attamen balneum calidum hæc præstat, immittit madorem vtilem solidis nostri corporis partibus, Fatigationem, & lassitudinem tollit, plenitudinem discutit, dolorem mitigat, duras, tensasq; partes emollit, excrementum, si quod circa cutem est, euocat, flatus diffundit, somnumq; conciliat. Tepidum siccioribus confert, siticulosis, & ardore solis perustis. Itaut benè omnino Galenus *Nihil esse, dixerit, quod valido æstu occupatos præstantiùs re-* F *frigeret, aut magna affectus frigiditate promptiùs calefacere queat, quàm balneum aquæ dulcis moderatè calidum.* Hoc idem balneum pueris est salubre, quippe quod humidum illorum conseruat, & ad incrementum perducit. Ceterùm balneo frigido iuuenes pro consuetudine vti debent, firmis, ut diximus, uiribus inculpatè sanis, Et qui exacta uictus ratione laboribus, cibisquè commodissimè utuntur. His namquè sub his uerbis concessit Galenus, *Assuefactum, firmisq; viribus praditum, vbi in sole feruente fecerit iter, vel diu sub eo versatus fuerit, iam aridum, & squalore obsitum, vel frigidum solium debere descindere, vel in flumen aliquod sese* G *præcipitare. Nam is dicto citiùs omnem, tum æstum, tum ariditatem extinguet.* En ergo quale balneum pueris, iuuenibus, & senibus accommodatum. Vnum tamen omnibus indifferenter obseruandum, ne, qua die uires fuerint imbecilles, ex Venere, uigilia, erapula, inedia, defatigatione, inanitione aliqua ualentiori, sudore, sanguinis hœmorragia, siue ab arte, siue à natura pertentata, & facta balneum ingrediantur. De balneo aquæ Maris illud sciendum, salutare esse ijs, qui propè maria incolunt, qui tamen sunt obesi, & quibus eorum corpus attenuare consilium est; quod ipsum in aquæ Maris absentia, sal in aquam coniectum præstare ua- H let. Mensura, uel tempus commorandi in balneo semihora est, plus, aut minus, pro maiori, aut minori actione, quam ex balneo requirunt Vrbani. Rariùs tamen recentiores, quàm antiquiores balneo uti debent, ut qui bis in die uoluptatis gratiâ, & luxus lauarentur; quare bis in hebdomada, æstate, ac ualde assuetis balneum concedendum, alijs, & quocumq; anni tempore minus. Illud autem in balneorum usu obseruandum, ne flatus, seu uenti spirent, quod bonum ijs, qui domestica ingre-

Gal. 3. de Tuenda cap. 3.

Balnei moderatè calidi vires.

Tepidi. Lib. 5. de Vsu partium.

Gal. 1. de Tuenda cap. 7.

Lib. 3. de Tuenda Valet.

Obseruandũ de balnei tẽpore.

Balneũ aquæ maris.

Quantũ balneo vtendũ.

Obseruatio in vsu balnei

Epist. 87. ingrediuntur balnea, optimum ijs, qui sese in flumina mergunt: A *Veteres*, vt Seneca testatus est, *quotidie bracchia, & crura abluebant, toti nundinis solis lauabantur*. Recentiores morem veterum insequi possunt, abluentes sese quadruplici causa, vel propter corporis mundationem, vel tepefactionem, vel sanitatem, vel voluptatem. Iidem antiquiores, præter balneum corpora oleo inugebant ante, vel postea, prout illis erat consultum; Recentiores pro tuenda eum non vtantur, ne verbum de inunctionibus addam, quę tamen in luxum tempore Lyricorum principis, de Tongillo scribentis, abierant. Verùm de balneo, vel ablutione determinatarum corporis partium, vt agamus, Manuū scilicet, Pedum, & Capitis: Manus frequentiùs lauandæ, frigida magis, quàm calida; ita enim calor internus vegetior asseruatur: Lauandæ autem mane post aliquam vigiliam, non immediatè dum calent à somno, sed vbi ab externo aëre fuerint ab eius natura frigidiori alteratæ; lauandæ quoq; ante cibum, lauandæ & postea, verùm frigida, repeto, non calida, vt quæ coctionem ventriculi debilitet, imminuat, & corrumpat, vnde Auicennas *Manuum*, dixit, *ablutionem cum calida post cibum vermes generare*. Pedes lauandi sunt rariùs, & ante cibū semper, non frigida, gratiâ ventriculi, sed calida, vel tepida pro anni temporis ratione: Qui podagra tentantur, cautiores in pedibus abluendis procedant, nullo siquidem non tempore caret periculo in his ipsis pedum ablutio; etsi in principio principij certò sciam, illorum demersionem in frigidam valde iuuare: Nam Imperator Aggrippa, Medicorum iussu podagra cum laboraret, pedes in acetum acerrimum, & actu frigidum immisit, ac persanatus est: Egoq; cum in articulo dextri digiti maioris pedis laborare cœpissem, id ipsum effeci, atq; conualui: Caput pro consuetudine lauandum, magna tamen cum reuerentia, continet enim cerebrum sensus, ac motus principium: Temperatis ergo temperata conuenit ablutio, ex lixiuio scilicet, temperatis facto simplicibus; Intemperatis, cum intemperatis, calidis, frigidis, humidis, siccis, & omnibus capitatis, vt suo loco prædiximus.

Marginal notes: Balnei necessitas. — Inunctionis vsus. — Manuum ablutio & vsus. (B) — Lib. 3. fen. 16 trac. 5. cap. 1 — Pedum ablutio. (C) — (D)

Rectus

*Rectus animi accidentium vsus, qualis obseruandus vrbanis; Affectus animi vt refrenandi, & quomodo; Vbi, nil aquè magis vrbanos, & alios iuuare, ac bona bonorum vti consuetudine, assuescereq; ijs ipsis vel aduersis ferendis, innotescit.* Cap. XXV.

NE quid Vrbanis, ad bonam tuendam desit valetudinem, de recto accidentium animi vsu quidpiam superest, attingamus. Hic ergo rectus omnino erit, si prudentia duce incedentes ita se gerant, vt nullam ualidiorem in corpore sentiant mutationem, cum re vera in alijs, tum vno animi gaudio, quod moderatè adhibitum maximè confert. Prodest igitur, & præstat Hippocratis exemplo gaudium aduersiuseulis attemperare; Rediens namq; Domum seruum antea misit (fuerat enim conuocatus Athenas) ne familia ob eius reditum incideret in discrimem, præ gaudio, vt moneret, significaretq; illi, se breui rediturum, at in itinere hoc sinistri contigisse, erus illi fractum esse, quamuis aliter obtigisset; idq; præstitit, vt lætitiam tristitia contemperaret. Id ipsum præstare debent vrbani ad præcauendam ex gaudio, vel tristitia permotionem, contrarijs ab ipsis agendum, quibus ni possint, meminisse contenti Poëtici debebunt,

Animi gaudium attemperandum.

Hippocratis prudentia in redeundo Athenis domum.

*O' socij neq; enim ignari sumus ante malorum,*
*O' passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.*

Quid agendum in animi affectibus

Contrarijs ergo agendum animi motibus, vel duce ratione, pugnandum: *Quod enim iucundissimum*, dicebat Euripides, *idem calamitosum, nisi attemperetur*: Et quoniam *Sola virtus* (aiebat Seneca) *præstat gaudium perpetuum, & securum, etiam si quid obstat, quod nubium modo interuenit*: Virtus pro uiribus attendenda, mutuisq; amicorum colloquijs refocillandus est animus; & propterea comprobamus hoc nomine quandoq; conuiuia, & secundas à Plutarcho Studiosorum vocatas mensas; narrationes videlicet, in quibus nil adsit molestiæ, sed voluptatis, qualis ex fabulis nonnumquam desumitur Alexandrinis, haud quaquam, ex Petrarcha, Milesianis; Et vbi sermo, siue narratio in conuiuio communis esse non potest, vt vinum, satius erit de Lyra, vel Tibia aliquid dicere, vel audire, quàm obmutescere. Verùm vt rem prosequamur, Animi rectus accidentium vsus ille debebit esse, vt in singulis, *Ne quid nimis*; contrariaq;

In Hippolit.

Epistola 23.

Animus vt refocillãdus.

Quid agendum in conuiuijs.

Animi accidentia attemperanda.

trariaq; contrarijs attemperatur, gaudium tristitia, dolor uoluptate, timiditas audacia &c. Trinaq; animi potentia, Irascibilis, concupiscibilis, & rationalis ita regenda, ut rationalis vtriusq; attemperet excessum, amoris, lætitiæ, desiderij, quæ ex opinione boni proueniunt, & ad concupiscibilem cordis attinent; vniusquè spei, quæ motus est cordis ex opinione boni euenturi, ex confidentia quadam nata, spectans ad vim motus irascibilis in corde. Adde, quod si quisq; sua erit contentus sorte, hæc erit in causa, ob quam Vrbanus integerrima fruetur valetudine, quod sciens Flaccus haud subticuit. A

Esse contentum sua sorte, vt valetudinem seruet.

*Latiùs regnes auidum domando*
*Spiritum, quàm si Libiam remotis*
*Gadibus iungas, & vterq; penus* B
*Seruiat vni.*

& quod vno de coërcendo animi affectu, vel impetu cecinit Flaccus, de omnibus itelligendus: coërcetur autem animi affectus, vel oratione, *Animo enim malè affecto*, dicebat Plutarchus, *medici sunt sermones* (vnde ille, *Medicus oratio*) cum præsertim opportunè quispiam cor molliat: Cum itaq; urbanus vrgetur ab animi affectu, medicam amici consulat orationem, assuescatq; vrbanè viuere, hoc est prudenter, & cum ratione versari cum viris bonis, ex quibus bonam acquirat consuetudinem, qua duce, quoscumq; animi temperabit affectus, vt illi contigit, de quo Euripides. C

In oratione consolatoria.

Vrbanè viuere quid.

*Si mihi nunc tristis primùm illuxisset dies,*
*Nec tam ærumnoso nauigasem salo,*
*Esset dolendi causa, vt insecto equulei*
*Freno, repente tactu exagitantur nouo,*
*Sed iam subiectus miserijs obtorpui.*

debet itaq; vrbanus assuescere aduersis animi affectibus, vt prosperis vti sciat; ijsq; à pueritia, & iuuentute, cuius gratiâ dicebat Plato *bona iuuentus, bonam efficit senectutem*, id quod sciens Honorij pater, de quo tanta Claudianus, curauit, vt eius filius ad omnia illustri viro digna sese assuesceret; En carmen elegantissimum, nec subticendum. D

Lib. 3. de Honorij Consulatu.

*Mox vbi firmasti recto vestigia gressu,*
*Non tibi desidias molles, non marcida luxu*
*Ocia, nec somnos genitor permisit inertes;*
*Sed noua per duros instruxit membra labores,*
*Et cruda teneras exercuit indole vires.*
*Frigora sæua pati grauibus ne credere nimbis,*
*Æstiuum tolerare iubar, trasnare sonoras*

Torrentum

E *Torrentũ furias, ascensu vincere montes,*
*Planitiem cursu, valles, & concaua saltu,*
*Nec non in clypeo vigiles producere noctes,*
*In galea portare niues, nunc spicula cornu*
*Tendere, nunc glandi baleari spargere funda;*
*Quodq; magis nimium pugnæ inflammaret amorem;*
*Facta tui numerabat aui, quem litus adustæ*
*Horrescit Lybia, ratibusq; imperuia Thule.*

Quodq; de assuefaciendo corpore tot rebus aduersis Honorij voluit pater, id totum de assuefaciendo animo Phauorinus; nam
*Vsque adeo á teneris refert consuescere, & annis.*

F

## EPISTOLA DIOCLIS MEDICI GRAVISSIMI *AD ANTIGONVM REGEM* DE TVENDA VALETVDINE.

***Commentata à Iosepho Phauorino Fabrianensi, in gratiam vulgarium, cuiuscumq; sint generis, qui vt debeant sese gerere, ad bonam tuendam valetudinem quocumq; anni tempore, Hyeme, Vere, Aestate, & Autumno, quàm breuissimé indigatur.***

G NE de nobis, qui Tuendæ valetudinis Methodum in vrbanorum gratiam fuimus aggressi, vulgariores, & alij conquerantur, Dioclis epistolam ad Regem Antigonum scriptam explanare decreuimus, ex qua generis cuiusquè homines, rustici, artifices, milites, & alij valetudinem optimam consequantur. habet igitur Diocles, qui ex Galeno medicus fuit grauissimus, quiq; post Hipp. princeps fuit sectæ rationalis

Diocles Carysticus.

Lib.8.de Decretis Hip. Introduc.c.4

DIOCLES.

*Quoniam tibi omnium Regum litteratissimo esse contingit, &*
I *multùm iã ætate prouecto omnis disciplinæ disciplinarũq; partem, quæ valetudinis tuendæ præcepta tradit callere, baud alienũ à regia tua maiestate ducens ea tibi perscripsi, vnde morbi hominibus oriuntur, & quibus signis præcedentibus, quomodoq; ipsis succurre conueniat; quemadmodũ enim in cœlo numquam tẽpestas ingruit quam nõ indicia quadam præcedant, quibus nautæ, ceteriq; probè periti homines certiores reddantur; ita humanam naturam nullus inuadit morbus, quem non signum aliquod denunciarit: Tu itaq; si ijs, quæ nobis dicentur animum attendes, exactam eorum ognitionem indipisceris.*

Ad ventantium Morborum signa.

Diocles, Hippocrates iunior ab Atheniensibus, ex Theodoro Prisciano vocatus.

O Quis

PHAVORINVS. Quis Diocles fuerit, prædictum, quis Antigonus, dicendum; Is fuit Macedonum Rex, & Miles fortissimus; militumq; gratiâ nô minus, quàm Regis epistolam, quæ tuendam valetudinem respicit scriptam esse putandũ, & propterea epistolã prosequamur

Ex Volaterano, & Plutarcho.

DIOCLES. *Hominis corpus, inquit Diocles, in quatuor partes diducimus; Caput scilicet, Thoracem, ventrem, & vesicam, igitur vbi caput morbo conflictatum est, hæ plurimùm solent notæ præcedere, vertigo, capitis dolor, superciliorum grauitas, aures sonant, tempora saliunt, oculi mane illachrymant, caligantq; nares oppletæ dolorẽ non sentiunt, dentium gingiuæ attollũtur: Quum ergo ex his aliquid accidit, caput purgare oportet nullo quidem medicamento, sed vel hyssopi, vel origani summitatibus tritis, quæ in ollula cum musto, aut sapæ hemina dimidio deferbuerint; atq; hoc absorbens ieiunus os colluat, & gargarizando humores ex alto deducet, eaq; capitis affectionum curatione nulla leuior est alia; optimè facit etiam synapi si mulsa calida diluatur, ieiunus absorbens gargarizet, pituitamq; è capite eliciat; ceterùm caput operimentis priùs calefacere oportet, quò pituita liquefacta promptè effluxioni pareat. Si quis hæc signa neglexerit, huiusmodi ægritudines solet experiri, lippitudinem, glaucomata, aurium vomicas, & eruptiones, in ceruice strumas, cerebri cariem, quam σφακελὸν græci vocant, grauedinem, anginam, nyctalopa, teredines, vuam, capillorum defluxus, capitis dolores, & dentium dolorem.*

Signa morborum futurorum capitis.

Blandis præsidijs.

PHAVORINVS. Hæc orationis particula diuiditur in tres partes, in quarum prima Diocles, qui ex Galeno fuit anatomicus excellentissimus, facta diuisione partium corporis, apponit signa morborum, à quibus caput conflictatur; in secunda apponit remedia ad hos ipsos præcauendos; in tertia insinuat morbos frequentiores, & eorum nomina, quibus caput solet tentari. Omissa igitur prima, & postrema, Diocles proponit in secunda præsidia illa, non præsentibus morbis, vel incohantibus, sed imminentibus; imminent autem quotiescumq; signa proposita sunt præsentia; nam præsentibus morbis, remedia Dioclis non habent locum, quandoquidẽ priùs habenda est ratio totius, quàm partium: Cum igitur ad præcauendos futuros iam dictos morbos habeant, proponimus præter enarrata præsidia vsum oximellitis squillitici, quo satis erit fricare palatum ter, & quater, inde verò os adaperire, pituitamq; affluentem educere; & quoniam Dioclis remedia sunt facillima paratu, ad reliquum epistolæ accedamus.

Dioclis consiliũ pro tuẽda valet-

Remedium caput purgans.

DIOCLES. *Quum autem à thorace morbus nascitur, totum corpus incipit sudare, thoraxq; lingua crasior, sputum salsum, aut amarum, aut biliosum existit, dolor costas, aut scapulas sine occasione inuadit,*

E *uadit, oscitatio frequens, vigiliæ, suffocatio, sitis ex somno, animus tristior, pectus frigidum, brachia, & manus tremiscunt. Succurrendum est prudenter hoc modo, Vomitus quàm optimè fieri potest post coenam, siue repletionem, sineq; medicamento citari debet; vtiles sunt, & vomitiones ante cibum, quas Græci firmaiſmoi appellant: Oportet autem eum, qui sic vomet radiculas tenues præsumere, nasturtium, erucam, sinapi, & portulacam, mox aqua tepida interbibita vomet; At si huiusmodi indicia contemnantur, hi morbi solent obuenire, Pleuritis, Peripneumonia, Melancholia, febres acutæ, Phrenitis, lethargus, febris ardens cum singultu.* Signa futurorum morborum thoracis. Vomitorium facile.

F Eodem ordine procedens Diocles signa morborum Thoracis imminentium narrat; proponit remedia præseruantia; & morborum frequentiorum nomina assignat. Circa præsidia illud notandum, Graciles, qui effugere concupiscunt iam dictos Thoracis morbos, vomant ab assumpto cibo, eoq; copiosiore, siue matutino, siue vespertino, à quo tamen vomitus est accõmodatior, quoniam superuenit somnus, qui lassitudinem à vomitu factam restaurat; neq; medicamentum ad vomendum graciles debent assumere, quoniam copiosior cibus satis est; ad vomitum prouocandum, quo nomine Auicennas laudauit post vespertinam ebrietatem, nouam iterum matutinam. Obesi verò ieiuni vomant, præ G assumantq; medicamentum à Diocle propositum, vel quod satis aquam temperatam, in qua raphani succus ad vncias duas iniectus fit, cum vnciis duabus, vel tribus oximellitis; atq; hìc adnotandum, Dioclem proponere vomitum in gratiam humorum stabulantium in ventriculo, quorum vapores ascendentes ad caput, degenerant in humores, pro natura mineræ, à qua eleuãtur, decidunt ad Thoracem, & morbos inducunt. Alterumq; hìc obseruandum, antiquiores studiosissimos fuisse, de prouocando vomitu, in omnibus ferè imminentibus corporis morbis, vnde ἐμετικὴν idest vomitoriam appellabant eam medicinæ partem, quæ in rebus, & modis vomitum parantibus collocata est; & de H qua Cic. ad Att. loquutus de Cæsare ita scripsit, *Ille tertijs saturnalibus apud Philippum ad horam septimam, nec quemquam admisit, rationes opinor cum Balbo, inde ambulauit in littore, post horam octauam in balneum, tum audiuit de Mamurra non mutauit, vnctus est, accubuit, ἐμετικὴν agebat, itaq; & edit, & bibit ἀδεῶς, idest iucundè.* En voluptuosus, vt ita dicam vomendi modus, principibus accommodatus, edere, ac bibere sine timore vberiùs, de omni genere alimentorum, & potuum, quod cõsilium est medicorum ad faciliorem vomitum, deinde vomere, PHAVORINUS. Quando vomendum. Cur Ebrietas laudata, & quando. Vomitoria fuit pars medicinæ. Lib. 13. epist. vltima. Vomitus qualis principibus accommodatus.

ac post vomitum obdormire. Atq; hæc est illa præcipuè medicinæ pars, quam excolebant Ægyptij, quippè qui vomitibus tantùm, & elysteribus vterentur; Vomitusq; necessitatem videns Hippoc à vomitibus suam aphoristicam inchoauit doctrinam. A

Medicina Ægyptiorū Vomitus.

DIOCLES.

*Quòd si à ventre morbus oriatur, hæc erunt signa, venter priùs cruciatur, turbaturq; cibus & potio amara videntur, genua grauantur lumbi nequeunt flecti, totumq; corpus etiam sine occasione laborat crura torpent, febriculæ exigua affligunt. His itaq; cognitis, ventres priùs emollire oportet non medicamentis, sed victu; tutius enim est vti ijs, quibus nullus error committi potest, vt potè betis mulsa incoctis, allijs elixis, maluis, làpatho Mercuriali herba, & ex melle confectionibus; omnia siquidem aluo subducenda sunt; quòd si è signis intendatur, enici succum omnibus decocti admiscere oportet, vt quæ suauiora, & sine periculo sint; Iam & leuis brassica in aqua largiore cocta, eiusq; succus ad eminas quatuor potus cum melle, & sale vtilis est, vel ciceris, aut erui decocti aquam, eodem modo ieiunus vtiliter bibet. Qui nullam eiusmodi signorū rationem habuerint his morbis tentari solent, alui profluuio, intestinorum torminibus, eorumq; lauitate, ileo, coxendice, febre tertiana, podagra, apoplexia, hæmorroidibus, morbo articulari.* B

PHAVORINVS.

Non recedens Diocles ab eodem scribendi ordine proponit optimo consilio, quæ aluum subducere valeant, non medicamenta, sed alimenta, de quibus Celsus loquutus auream illam tulit sententiam à nobis aliàs citatam. *Optimum scilicet medicamentum est opportunè cibus datus, in qualitate addimus, & quantitate*: probat igitur ad subducendam aluum alimenta medicamentosa, quæ uim habeant subductiuam magis, quàm nutritiuam, cuiusmodi olera prædicta: Neq; mirum, Dioclem sollicitum admodum fuisse ad præcauendos iam dictos morbos ventris inferioris, de aluo subducenda, quandoquidem vt Auenzoar magnus medicus asseuerabat, *Magna pars sanitatis collocata est in alui mollitie*; & quemadmodum ventriculus belle per vomitum expurgatur, ita venter inferior per aluum, aut vrinam; vnde fit, vt proponat non tantùm olera subductiua, sed etiam diuretica; nam, & erui, & ciceris decoctum sanguinis massam purgant per vrinam, vehementerquè eruum in primis incidit, extergit, atquè obstructiones expedit, à quibus omnes ferè omnium morbi scaturiunt; Sic itaq; occurrendum erit plebeis, rusticis, vulgaribus, atq; militibus, quorum gratiâ puto ego, Dioclem ad Regem Antigonum, militem strenuissimum scripsisse: C D

Vomitus quibus prouocādus.

Sanitatis pars maior vbi sita.

Ex Dioscoride, & Galeno.

E se: neq; enim hæc medicamenta, licèt optima sint, regia existunt, sed quæ facillimo negocio parantur in exercitu, vel ruri, & in locis, in quibus medicorum adest earentia. Diocles scrīpsit in gratiā vulgarium.

*A vesica qui nascuntur morbi, hæc dabunt signa, pleni ex cibo modico esse videntur, inflationes ventris vrgent, ructus, pallor totius corporis, somni graues, vrina illiuida & vix erumpens. Naturalia tument; Cumq; ita huiusmodi notæ apparuerint, odoratis vrinam cientibus tutissimè occurrere malo oportet; Itaq; fœniculi, appij q; radices vino albo odorato madefacito, atq; huius diluti cyathos duos mane ieiuno singulis diebus propinabis cum aqua dauci, smirnij elenij, quodcumq; horum* DIOCLES.
F *habueris; nam omnia proficiunt. Ad hæc aqua ciceris macerati cum vino idem efficit; qui hæc signa negligunt, hos morbos expectent, Aquam inter cutem, lienem magnum, iecoris dolores, calculos, renum cruciatus, vrinæ stillicidium, & ventris tumorem; in omnibus huiusmodi initijs infantes sanè leuiore. adultos acriore curatione tractabimus. Ceterùm anni solstitia, in quibus hæc solent ingruere, silentio prætermittenda non sunt, sed quæ in singulis alimenta coueniant, paucis exequemur hauspicati ab hyemali.*

Prosequutus Diocles medicinam suam in gratiam quorumcumq;, vbi signa mostrauit, remedia proposuit, hoc tamen discrimine, quòd ratione ętatis pueri tractentur blandioribus, grādiores autem validioribus; & quoniam vesicæ morbi, quos nominat magna ex parte oriuntur ab ichoribus totius massæ sanguineæ, hos per vrinæ vias euacuandos mandauit; nequè ab re, cum vrina sit colamentum sanguinis, qui commodè per vrinam expurgatur; Quando itaq; natura non tentat, neq; perficit hāc euacuationem tentare, ac perficere illam debet Medicus, & nō cohibere, quemadmodū ausus fuit medicus quidā Fulginas apud Tudertes; cum enim laboraret huiusmodi copia ichorum prudentissimus Iurisconsultus Paulus Laurentius, quod à natura criticè mouebatur, symptomaticè existimabat, & quod caput negocij est, cum laboraret intensissima siti, quæ proficiscebatur à nimia ichorum, per vrinæ viam excretione, sitim agnoscebat à caliditate iecoris, liquante massam sanguinis, & efficiente spuriam diabeticam passionem; cuius nomen, si apud græcos intellexisset; vtiq; sitim non in iecoris caliditatem, sed affectus diabetici naturam retulisset. Nam *quoniam* inquit, *Trallianus immoderatè sitiunt agri, cū humidum omne excernatur, affectum etiam* διψακὸν, *dipsacum nuncuparunt*, siticulosum ego interpretor, sitis enim δίψη nuncupatur à græcis; cuius
PHAVORINVS. G H Vrina quid. Lib. 8. cap. 8.

rationem affectus, Trincauellius, *Et ficcitas oris diu loquitur, & sitis*, inquit, *vtraq; ortum ducit in affectu, quia elabentibus ichoribus, & potu, à ventriculo isto; à toto illis, sanguis humore, vt par est, non diluitur, vnde venæ exiccatæ continenter sugunt à ventriculo, illumq; ficcantes sitim inducunt*. Id itaq; sitis extitit in causa, & in casu, in quo iecoris facti frigidioris ex diuturno potu frigidiori aqua, niue, & glacie refrigerato (vnde ichorum copia) sexcenta apparuerunt inditia, omnia litteris prodita, & exarata; Hoc malo imminente, diabetico scilicet affectu, dicit Auic. *Exiccatur os, & labia*; iam verò in ventriculo frigidiori, & humidiori, vt bonus vir existimabat, non exiccantur os, & labia; Galenus scribit, *Diabeten Dipsacon vocari, quia hoc morbo affecti inexplebili siti vexantur*; *Diabetes*, inquit *Vallesius*, *infert sitim, quam potus copiosus non sedat, sed auget. Aëtius Diabetem statuit renum affectum, nõ iecoris multum potum inducentem, & proinde sitim*. Sed ad rem, de ichorum natura plura in casu repetenda, causa scilicet materiali, efficiente, temperie loco generationis, & ichorum nomine non benè à bono viro intellectis; verùm quoniam libro integro quinto nostrarum Disceptationum medicarum cum Petro Siluestro Medico Fulginati cuncta examinantur, cum instituta vermium cognoscendorum, & curandorũ ratione vnà cum ipsamet obstructione febre, & alijs plerisq; ad rem medicam attinentibus, reuertemur ad institutũ: Quoniam igitur ex Diocle diureticorum materia, & vtendi modus clarissimus est, vnum tantùm adnotare hic volo, hos nimirum ipsos ichores expurgari posse per cutim, per sudorem, vna enim, & eadem cum sit materia sudoris, & vrinæ, si hæc tendat ad vesicam, per vrinam, si ad cutim per sudorem purganda est; & propterea non solùm diuretica, sed diaphoretica sunt accommodata; vnusq; labor in assuetis erit satis ad prouocandum sudorem; quem etiam prouocant ipsamet diuretica à Diocle narrata, etsi Diaphoretica sint accommodatiora, qualia hordei, milijq; decoctum, & inunctio ex oleo camomillino, anethino, cum aqua camomillæ, & nitri modico. At Dioclis prosequamur consilium ratione quatuor anni temporum, in ipsamet victus ratione locatum.

In enchiridio Medico.

Lib. 6. de loc. affec. cap. 3.

In scholijs 6 de loc affectis.

Massa sanguinis vt expurgetur.

Sudorẽ prouocantia.

DIOCLES.

*Solstitium hyemale, vsq; ad vernum æquinoctium auget in hominibus destillationes, humiditatesq;, ac propterea calidioribus vti cibis, parciore potu, sed meraciore, atq; ex origano bibere oportet. nec non veneri indulgere, numerantur dies ad æquinoctium nonaginta.*

PHAVORINVS.

Morbi pene omnes, qui à natura fiunt (dicebat Hippoc.) non

non aliqua violentia fiunt, cum à sanguine bile, pituita, & melancholico humore fiant; Sollicitus Diocles de praeauendis morbis, qui à quolibet humore, in determinata anni parte fieri solent, exorditur à morbis, quos hyems, & pituita, ex qua destillationes fiunt, inducit, pugnatq; cum tota victus ratione calidiori, atq; frigidiori, velut opposita huic quartae parti totius anni, videlicet hyemi, quae clauditur his tribus mensibus, Decembri, licèt non integro, Ianuario, & Februario, cum diebus quindecim Martij, qui demendi sunt à mense Decembris. Fit autem solstitium hac nostra tēpestate Idibus Decembris, à quibus ad aequinoctium intercedentibus diebus nonaginta fit aequinoctium vernum Idibus Martij, vel VIII. Kal. Aprilis; hoc igitur tempore cum vigeat pituita, à qua destillationes fiunt, consuluit cibum calidiorem, potum parciorem, atq; meraciorem, & venerem copiosiorem; hanc quidem, quoniam non solùm exiccat, & pituitam expurgat, sed quoniam hanc ipsam à capite cum semine ducit, vnde venus prodest morbis pituitosis, & quoniam philosopho laboranti destillatione nocturna pollutio praesto fuit; Adde, cum Hippoc. Venerem exercendam magis vt alibi diximus in Aquarum accessibus, hi autem fieri solent in hyeme, reliquam vero victus rationem proposuit vinum meracius, ne dilutius degeneret in pituitam, parcius, ne in hanc ipsam transeat, cibum verò calidiorem, quoniam hoc anni tempus cum ferax pituitae fit, haec suscipit incrementum à victu frigidiore; qualis autem victus existat calidior, petatur ex dictis.

Victus ratio hyemi opposita.

Pituita quando vigeat.

Venus quibus prosit.

Ex Hipp. 6. de Morb. Vulg. com. 5 tex. 23.

Meracius quando bibendum.

DIOCLES.

*Aequinoctium vernum, hoc tempore in hominibus pituita crescit, & dulcis sanguinis sanies, vsq; ad Vergiliarum ortum; eoq; tunc maximè succosa, acriaq; debent assumi, corpus exerceri, & venus; sunt autem vsq; ad Vergiliarum exortum dies sex, & quadraginta.*

PHAVORINVS.

Aequinoctium vernum, vt dictum, cum fiat die ferè XV. Martij, perueniatq; virgiliarum exortus ad mensem totum Aprilis, optimo iure instituit Diocles succosa, & aeria alimenta, tum quia pituita etiam peccat, quae attenuanda, & incidenda, tum quia sanguis ichorosior educendus; educitur autem per acria, per quae ipsa prohibetur saniei, seu ichoris in sanguine generatio; *Plurima* (dicit Galenus) *acria vrinas, & sudores graueolentes promouent &c. incidentem habent qualitatem, & humores extenuant, acriumq; vsu corpora iuuantur, in quibus humores frigidi, crassi, & lenti abundant;* educunt enim per vrinam, per quam sanies illa sanguinis expurgatur; sunt enim calida, pituitaeq: aduersa: sunt verò huius generis Piper, sinapi, pyrethrum

Lib. d'atten. vic. cap. 1.

Gal. 5. de simplicibus

trum, allia, cœpæ, vinum vetustissimum, &c. quæ admisceri poterunt cum alimentis, quæ huiuscemodi anni tempestate vsu veniunt; non etenim probo simpliciter aeria, hoc est solitaria, sine aliorum miscela; sint itaq; oportet veluti corrigentia excessũ oppositorum, quæ paulisper ad aerium inclinent naturam: Ceterùm Venus etiam accomodata ratione tum pituitę, quę adhuc viget in corporibus, tum sanguinis, qui vere suscipit incrementum, quo nomine Celsus, vere mandauit, tutiorem venerem esse quàm hyeme, etsi aliter nos sentiamus, atq; scripserimus. A

Venus vt vere quoq; accommodata

Lib 1. Epist. exotericarũ de re medica.

DIOCLES.

*Virgiliarum exortus, hoc tempore bilis amara augetur, amaraq; sanies vsq; ad æstiuum solstitium, dulcia omnia tunc, quæ aluum mouent, conueniunt, venus quàm parcissimè exercenda, hinc ad solstitium æstiuum dies quinquè, & quadraginta existunt.* B

PHAVORINVS.

Dioclem sic ego interpretarer, Ab ortu Virgiliarum, quæ durantiam dicto spatio, Maioquè, vt plurimùm absoluitur; Iunio autem, & Iulio, cum vigeat bilis, quæ amara est, & inepta nutritioni, dulcibus pugnandum non solùm bilis huiusce subductionis, sed nutrientibus; ita vt proponat dulcia, non vt alimenta, quæ bilescere alioquin solent in ęstate, in ætate iuuenili, & calidiore temperamento, sed vt medicamentum; Si quis enim in corpore humor est noxius, bilis est; laudo ego hac tempestate, non quæ à prædominio dulcia, vt saccharacea, vel mellea, sed fructus aliquos, qui bilem compescant, et ducunt, veluti pruna verdacchia nuncupata, & damascena, fragas, & cerasa dulciora, quæ aluum subducunt, emolliunt, bilemq; detrahunt; & hæc vt medicamenta magis, quàm alimenta probo; quæ tamen optimi sint succi, ad frigiditatemq; declinent; qualia suo loco mandauimus; Venus autem parcior esse debet, ratione seminis deficientis, ob defectum sanguinis, & ratione diffluij spirituum, qui tunc temporis euanescunt, & ratione caloris, qui ex venere prosternitur, & suscipit detrimentum; Neq; mirum, quòd Diocles memoriam faciat de Veneris vsu in quolibet anni tempore, quandoquidem in re nulla magis delinquant homines. C D

Bilis maximè noxia inter humores

Fructus bilẽ educentes.

Venus quãdo parcior.

DIOCLES.

*Solstitium æstiuum, hoc anni tempus atram bilem vsquè ad æquinoctium autumnale promouet, qua propter aqua frigida, atq; odoratis omnibus vtendum est, venus perniciosa, vel innocentiùs saltem, quæ de ea perscripsimus adhibeto; Porrò sunt ad æquinoctium dies tres, & nonaginta.*

PHAVORINVS.

Quoniam humores, qui causæ morborum censentur, suum habeant incrementum ab anni tempore, vt ex Galeno colligere licet libro de humoribus, nec non Hippocrate, quarto scilicet

E licet Aphorismorum, propterea totus in hoc positus est Diocles, vt prohibeat humorum incrementum, fugiatq; noxas coitus, à quo bonam valetudinem homines amittunt: Quod itaq; ad primum laudat totam victus rationem refrigerantem nomine aquæ frigidæ, quam solam proposuit loco medicamenti; quum enim atra bilis, quæ humor calidus est, & siccus originem ducat ab hepate calidiori, & sicciori adurente massam sanguinis, iure perscribit aquæ frigidæ potum, vt obtundat iecoris caliditatem, & siccitatem; verùm quia satis potus non est, ad reprimendum iecoris feruorem, ob id reliquam victus rationem, quò ad cibum refrigerantem, pariter, & humectantem F administrandam intelligit, quæ autē sit, ex dictis à nobis colligitur. Ceterùm odoratis omnibus vtendum, sed à medio temporis à Diocle determinati, quo de mox, quoniam cum vigeat humor melancholicus naturalis, odoratis cibis, ac potibus delectatur, seu potiùs mitigatur, odorata enim sunt calida, & melancholicus humor frigidus; præterquamquòd ventriculus sub ea anni tempestate, cum sit maximè læsus, ab odoratis reficitur; quatenus igitur autumnus inæqualis est, inæqualis videtur competere victus ratio; Ipsa autem venus perniciosa, quoniam Autumnus frigidus, & siccus cum sit, venus ipsa refrigerandi, & exiccandi vim habet, vnde melancholicis per se noG xia, per accidens, vt alibi dictum, non inutilis; Fit verò innocentior venus per autumnum, si adhibeantur, quæ sanguinem copiosiorem gignendi vim habent, qualia autem sint, prædiximus, caro in primis, & oua, vinumq; suaue, & quæ semen adaugent, de quibus dictum. Quod hic subticendum non est, illud videtur, Dies tres, & nonaginta, qui ad æquinoctium perueniunt in hac anni tēpestate, pertinent ad portionem aliquam Iulij, totius Augusti, Septembris, & ad partem aliquam Octobris hunc exempli gratia in modum A solstitio æstiuo, quod fit XIII. Iulij ad æquinoctium autumnale intercedunt hi menses, Iulius diebus decem, & nouem, Augustus integer, September quoquè inH teger, & October diebus terdecim; à decima tertia igitur Iulij ad diem XIII. Octobris victus ratio seruanda, quæ à Diocle proponitur.

Bona valetudo amittitur ex coitu.

Aquæ potus quid agat.

Humor melancholicus iuuatur ab odoribus.

Venus autumno perniciosa.

Vt fiat innocentior.

*Aequinoctium autumnale, hæc anni pars pituitæ copiam generat, tenuesq; desfluxiones, donec Virgiliæ occidant; conuenit igitur tunc humores ex capite elicere, atq; acerrima, maximèq; succosa accipere, vomitum rarissimè citare, exercere, atq; concubitum vitare numerantur autem, ad Virgiliarum occasum dies sex, & quadraginta.* DIOCLES.

A decima

PHAVORINVS.

A decima tertia igitur Octobris die, ad decimam octauam Decembris, quo tempore incipit pituita vigere, ex qua defluxiones, destillationes, vel catarrhi fiunt à capite, instituenda est victus ratio acerrima, quæ maximam habeat vim attenuandi, & incidendi pituitam, quæq; sit maximè succosa, hoc est maximè corpus nutriat; corpus enim ob recursum caloris ad intima, & noctes cum sint longiores, copiosiori homines ex Hippoc. indigent alimento, huiusmodi autem erit plurimùm succosum, quod vim habeat gignendi succos, nempe humores optimos, & nutritioni idoneos. Concubitus autem vitandus duplici nomine, tum quia neq; in summo frigore, neq; in summo calore Venus conducit, alias dictas ob causas, tum quia sanguis non suppetit, vnde semen; etsi Autumni respectu, venus ex Hippoc. tutior existat in aquarum accessibus, qui fieri solent, hoc anni tempore, designato à Diocle. Quid autem per victus rationem acerrimam intelligere debeamus, iam diximus, incidentem repetimus, attenuantem, calefacientem: Præcipit autem vomitum rarissimè citandum, quoniam ex Hippocratis doctrina, æstate per superiora, hyeme per inferiora purgare oportet; hyeme namq; pituita redundat, quæ inferiùs, æstate bilis, quæ superiùs, ob naturam humoris euacuatur; exercendum autem corpus, ad absumendos frigidos humores, qui redundant in toto, ac præcipuè in capite, cui exercitatio prodest, ad eliciendam pituitam, quæ in capite peccat, facitq; destillationes, quarum opportunum remedium est opportuna corporis exercitatio, scribente Medico celeberrimo Antyllo. *Multam deambulationem iuuare capite malè affectos*; Deambulationis loco vulgariores poterunt fodere terram, secare, ludere, vel quomodocunq; corpus aliter exercere.

Victus ratio acris, & nutriens quando cõueniat.

Venus quando præcipue noceat.

Vomitus hyeme suspectus.

Exercitatio hyeme accõmodata.

A

B

C

DIOCLES.

*Virgiliarum occasus, Hoc tempore pituita ad vsq; solstitium hyemale in hominibus redundat, quamobrem acerbissima quaq; vinum suauissimum assumere oportet, pinguibusquè vti, & exercitari, sunt autem ad solstitium hyemale dies quinq;, & quadraginta.*

D

PHAVORINVS.

In Virgiliarum occasu, qui absoluitur diebus quadraginta quinquè, terminantibus ad decimam tertiam Decembris, & sic amplexantibus totum mensem Octobris, & vnam diem Nouembris expedit victus ratio penès ea, quæ comeduntur acerbissima, hoc est exiccans, corpus enim cum sit ea tempestate humidissimum, cibus acerbus ex Gal. quarto Aphoris. decimo tertio exiccat; cuiusmodi granatum pomum, cytonium, mespillum, & huius generis, quæ loco medicamenti potiùs, quàm

Victus ratio exicans hyeme conuenit

E quàm alimenti sunt exhibenda; iam enim diximus de Cytonij
vsu, quando pluuiæ fiunt frequentiores: Ceterùm vinum sua-
uissimum præcipit bibendum, hoc est, vt ego interpretor dul- Vinum dulce quādo bibendum.
ce, ad attemperandam scilicet acerbitatem alimentorum, atq;
vt hæc ipsa nutriant, dicente Galeno, acerba nutrire si simul dul-
cia sint; & licèt de vna, & eadem re acerba loquatur, quæ dul-
cis etiam sit; vinum dulce non alio nomine potest conferre, est Lib. 4. de Simp medic. facult.
enim pituitosum; qua eadem ratione puto, Diοclem pinguia
commendare, ad corrigendam acerbitatem, quam in cibis ve- Vinum dulce pituitosū.
hementissimam desiderat, ad expugnandam humiditatem, quæ
tunc temporis viget; cum alioquin pinguia pituitosa sint; licèt
F dicere minus ab re sit, vinum dulce proponere, & pinguia, quæ
dulcia sunt; quoniam hæc calida sunt miti caliditate ex Gal., Lib. 4. de simplic. cap. 9
quæ non supra modum nostram exuperet caliditatem; vt anima-
lium carnes, quæ hyeme aptissimæ, olera penè omnia, exceptis Olera hyme inepta.
paucis, & fructus cum sint inepti; quamuis addere placet, Dio-
clem pinguia hoc est alimenta proposuisse, ad compescendam
famem, quæ tunc viget; nam pinguia ex Gal. si offerantur ante 2. Aphor. 21.
reliqua edulia famem tollunt caninam, & multò magis natura-
lem, quæ vehemens sit; ne igitur homines proritentur ad nimiā Exercitatio hyeme cōuenit magis & cur.
famem, ex anni constitutione, pinguia mandat; exercitationem
verò præcipit, assuetam videlicet vnicuiq; ad absumendam pi-
G tuitam, quam exercitatio minuit; exercentes etenim sese dice-
bat Gal. non læduntur à crassis, & glutinosis humoribus, qua-
les pituitosi, qui hyeme redundant; quid? quod? exercentes sese Lib. de boni & mali succi cibis.
proprijs laboribus non læduntur à prauis cibis, atq; hoc est,
vulgarium priuilegium; possunt vulgares quocumq; ciborum Exercitationis priuilegium.
genere vti; vel prauo, si consueti, nec vllam exercitationis gra-
tiā recipiunt noxam. Sed quid dicendum de venere? licet Dio-
cles nil dixerit in fine huius epistolæ, gratiā huiusce anni tempo-
ris, hoc est virgiliarum occasus, perdurantis diebus quinquè
& quadraginta; attamen hæc moderata, vulgaribus, ratione
anni temporis licet non valde accommodata; sapit enim natu- Venus cur. vulgarib. et quando concessa
H ram autumni maiori ex parte, quia tamen vulgares praui, vt
plurimum scatent humoribus, ob prauam rationem victus, ex
Galeni sententia venere vti possunt, vt quæ moderata conue- Lib. 6. de Tuē da cap. 6.
niat prauos habentibus succos. Atq; hæc in vulgarium gratiam
sint nobis dicta. Tullius, qui omnia nouit Tironi scribens,
quinq; proposuit πέψιν, ἀλυπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, Lib. 16. familiar.
εὐλυσίαν κοιλίας, hoc est, *ciborum coctionem, tristitiæ caren-
tiam, ambulationem moderatam, oblectationem, & alui faci-
lem solutionem*, de qua in sequēti sectione vberrimè differemus.

DE

# DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE METHODVS

A

## *NOVA, PARVA, ET ACCOMMODATA,*

## SECTIO QVARTA.

*De recto, & opportuno inaniendi corporis vsu ex multiplici pilularum formula, & alijs in re medica facilioribus, à quacùmq; plectorica cacochimia, siue prauorum humorum præsentia, ex qua vniuersales, & particulares ferè omnes scaturiunt morbi.* B

IOSEPHO PHAVORINO FABRIANENSI AVCTORE.

### *ARGVMENTVM.*

*MORBORVM potiora genera, quibus afficiuntur Vrbani, cumij ferè omnes sint, qui à prauorum humorum copia in corpore proficiscuntur, proindeq; à bile, pituita, & melancholia, vno accedente quoq; sanguine in quanto peccante; Quomodo valeant ab omnibus sese tueri, neq; in omnes labantur, propositum est nobis in posterum indagare: Vt enim, Plutarcho auctore libro de Tuenda valetudine in vrbanorũ fortasse gratiã.* Florum odoramenta parùm per se efficacia sunt, si verò admisceantur oleo valentiora; ita morbi, si humorum abundantia non adsit, facilè curantur, si adsit fiunt difficiliores, & corpora humore vacua, suberis in morem ob leuitatem sursum emergunt, & nauis instar, quam grauis mercimoniorum sarcina non premit, in sublime feruntur, ac tempestatem effugiunt. *Quod cum ita sit in corporibus malè affectis; in his, quæ in sanitatis latitudine reperiuntur, id ipsum euenire, pro comperto habendum:* Enitemur igitur *corpus immune seruare, à quacumq; cacochimia, seu prauorum humorum præsentia, & excessu, quo sublato, nemo est, qui non videat, vt quam facillimo negocio valeant Vrbani, ac reliqui in optimo valetudinis gradu se asseruare, & ab omni morborum genere, quod à plenitudine fiat, munire. Id autem cum assequuturi sint ex quotidiana, blanda, tuta, iucundaq; inanitione, molienda pilularum nostrarum formula, & alijs paucioribus, de singulis peragemus, de pilulis nimirum quibusdam exhibendis ante cœnam vna, vel altera pro vice absq; vlla custodia, & præparatione; de vomitorijs nonnullis, eorumq; recto vsu; de ijs, quæ inferiùs induntur, glandibus,* C D

*atque*

E *atq; elysteribus, de vino, acete, & condito multiplici iucundissimè corpus euacuante, nec non de Vsu syruppi acetosi scilicet cuius vires ex Auicenna, in ipso argumenti genere patescunt, atq; de eauterijs. Et quoniam præcautio à morbis omnibus uniuersalibus, & particularibus cognitionem præsupponit, Affectionum, vel Morborum, eausarum, & symptomatum assignato quid nominis, omnium, de quibus scribere consilium est, rectum assingabimus vsum.*

*Continuatio quarta huiusee sectionis cum alijs, vel si pertractetur in ea de re, ad tertiam pertinente, multiplici scilicet inaniendi corporis ab omni prauorum humorum copia vsu & ratione: Aloës vsus, & Pilularum Alephanginarum, quarum basis* F *est Aloës, hic insinuatur, & vtriusq; præstantia, cum administrationis modo attenditur.*

DE tuenda Vrbanorũ valetudine Methodũ, ex cognitione sui ipsius, & eorum, quæ prosunt, & obsunt cũ recto eorum vsu, quæ specificè prosunt aggrediẽtes, eousq; deuenimus, quò lector potuit animaduertere; ad rectum scilicet Rerũ Nõnaturalium vsum; ita vt, vna se posita inanitione, de singulis adamussim (ni G φιλαυτία nos decipit) tractauerimus. Reliquum modò est, vt quomodo inanitio, vel euacuatio molienda sit inquirentes, hanc quàm iucundissimam attendamus: Seiunximus autem hunc rectum inanitionis faciendæ modum ab aliis; tum quia tuendę bonę valetudinis pars maior ad hoc vnum pertinet caput; tum quia *Practica Medicina cum nil aliud sit, quã adiectio, vel detractio, adiectio eorum, quæ desunt, & detractio eorum, quæ redundant*; absoluta eorum tractatione, quæ ad repletionem attinent, vt detractio faciẽda sit, euacuatio, vel inanitio, prosequemur. Hunc igitur attendentes nunc primùm, eo nomine de inanitione agemus, quo Vrbani facillimo vel negocio va- H leant absq; Medicorum opera, & diligentia se ipsos tueri; & propterea non de sanguinis missione, aut illa pharmaciæ parte, quæ lenientibus, præparantibus, purgantibus, & corroborantibus perficitur, quæq; absolutissimũ requirunt medicũ, peragemus; verùm de illa, quę corpus quàm iucundissimè nostrarũ pilularum vsu, à quocũq; prauorũ humorũ excessu euacuat, & seruat immune: Sũt autẽ huiusmodi Pilulæ Alephanginæ, quas nostras vocamus, non quia Mesues, & alij componendi modũ nos minus docuerint, vel alij his ipsis non vtantur, aut non fuerint vsi; Sed quia diuerso

Anctoris cõsilium in hac sectione.

Hippoc. lib. de flatibus.

Inanitio molienda in Vrbanis.

Pilulæ Alephanginæ cur auctoris

modo

modo nos vtimur, diuerso modo paramus, & cum simplicibus plerisq; accommodamus; & quia longiori experientia comprobauimus, bonæ tuendæ valetudinis rationem, in recto huiuscemodi pilularum vsu collocatam, à paucioribus animaduersam, & exercitatam: Quam tamen si aliquot abhorreăt vrbani, alias proponimus, inter quas, vix fieri potest, ne vna, vel altera contenti, valetudinem vel integram non consequantur: Assignamus enim, & ponimus opportunam euacuandi formulam per vomitum, tamquam ab hoc ipso Aphoristicā medicinam suam fuerit auspicatus Hippocrates, & vomitu morbos ferè omnes præcauerent Ægyptij: & quoniam vomendi ratio singulis non placet, aliam euacuandi corporis apportamus, per vinum diuerso modo paratum, per acetum, per suauia nonnulla, placida, & iucunda electuaria, siue condita, quibus institutum absoluant; Neq; interim, vt per ea, quæ inferiùs induntur, quæq; subducendi vim habent euacuatio facienda sit, in albo relinquimus: Vnius syruppi Acetosi simplicis, de cuius viribus librum Auicennas conscripsit, non omittimus vsum; & cauteriorum, quæ determinatas corporis partes euacuant, rectam insinuamus administrationem: De his itaq; omnibus ex ordine peragamus, Nunc ad pilularum nostrarum vsum vt reuertamur, illud notamus, in præcauendis morbis totius, nempe febribus omnibus, tertianis, quotidianis, & quartanis, seu biliosis, pituitosis, melancholicis, & sanguineis; nec non morbis partium, Capitis, Thoracis, Ventris inferioris, & extremorum principem has nostras pilulas, arte diuersa paratas habere locum: Tanta namq; Aloës, quæ basis est illarum, nempè Alephanginarum extat præstantia, vt Mesues inter Arabas, ab Auicenna supremus de Aloë loquutus scripserit. *Aloëm medicamentorum purgantium præstantissimam esse, & ob suam quamdam prærogatiuam excellentissimam; cum enim cetera purgantia partes nostras principes, & ex his ceu fontibus profectas facultates, nostrum corpus dispensantes, vel actionis vehementia lædant, vel nihilum iuuent, sola Aloës partes illas imbecillas roborat, & ad functiones suas reducit, nulla omnino actione noxia, præterquamquòd venarum tantùm ora aperit, vt per hæc sanguis effluat, ad quas eius dotes accidit, quod ceteris purgantibus, & his præsertim, quæ vacuando corpora dissoluunt, Aloës mixta hæc ipsa corrigit, & noxis eorum prohibitis meliora reddit; nam sua crassiori substantia tenuem illorum, acremq; naturam frangit, & noxam partium ab his promptam, celeremq; proprietate quadam substantiæ inhibet, & sua deniq; purgandi tarditate horum celeritatem attemperat.*

Multiplex euacuădi corporis ratio pro Vrbanis

Per vomitū.

Per vinum, & Acetum.

Per condita.

Per clysteres

Per acetosū simplicem.

Per cauteria.

Pilularum Alephāgin. vsus in omnibus morbis.

Aloës præstā ia.

Vires.

A B C D

Hæc

E Hæc Mesues. Neq; est, vt dicat ignarus, Aloëm iecori obesse, propterea quod castigatam proponimus; & nō, nisi magna quantitate calidiori noeet, media æstate, ac veluti medici loquuntur absq; vlla rectificatione, quamuis, & sine hac vsu possit venire, scribente Celso, *Qui eijcere volet, primùm cibis, vinisq; vtatur his, quæ hoc præstant, deinde, si illa parùm proficiant, Aloëm sumant, hæc ad scrupulum vnum, & mane paulò ante prandium, & vespere paulò post cœnam, atq; ita deinceps, quoad satietas euanescat, accipitur*. Neq; est, vt addat, Aloëm hœmorroidas aperire, sanguinemq; per has ipsas educere, quandoquidem oppositum scripsit Dioscorides, oppositum Plinius, atq; recentiores; dicendumq; cum Galeno, ex Manardo, *Venarum hœmorroidalium venas aperiri, atq; exacerbari ex motu aliorum humorum acrium, qui mouentur ab alijs medicamentis nō Aloë*; cumq; calidæ sit temperaturæ in secundo gradu remisso, siccæ in tertio, hepar nisi calidissimum sit, non lædit, præterquamquòd in huiusce modi casu Aloës corrigitur cum refrigerantibus, vt suo loco dicemus. Sed Aloës vndiq; vt patefcat encomium, adeo illi tribuit Galenus, quod *In iuuando ventriculo nulli cedit, si præcipuè lota; tenuiores namq; humores, qui penetrare solent ad extrema corporis, & ad articolos purgat; Ad hæc sine morsu est, excrementa consumit, à putredine vendicat, bilem, & pituitam educit, caput, & stomachum ab vtraq; mundificat, prodest mirumimmodum vtriusq; doloribus, confert inflationi stomachi, & siti, & dolori à bile mananti, & qui assiduat acceptionem eius diebus continuis non videt in corpore suo, neq; in instrumentis sensuum suorum ægritudinem, quæ non sit habilis curari*: Neq; ad huc est, vt obijciat aliquis, Pilulas Alephanginas, quarum basis est Aloës, non conuenire modo, quo intendimus, nunc ante cibum, nunc post, quoniam alimenta miscentur cum medicamentis, quod minimè faciendum; quandoquidem, Aloës descendit, nulla praua qualitate inficit, si admisceretur, & odorata est; Vnde Paulus Ægyneta, probauit, Plinius, rerum omnium plenitudine plenus confirmauit, & Macrobius auctoritate Plinij pilulas Aloëticas sero immediatè post cœnam offerri mandauit: *Et quidam, inquit, in medio cibi granum Aloës accipiunt, & statim accepto superponunt cibum, & operatio bona, & laudabilis consequitur*; Et sanè haud mirum, quoniam medicinæ, quæ non sunt violentæ, & sunt operationis tardæ, ac modicæ effusionis, vigorantur (vt cum Arabibus loquamur) & meliorantur cum cibo; hinc & manna Calabra ad vnciam vnam in principio cibi emollit aluum, & Rhabarbarum ad scrupulum vnum,

Respōsio ad obiectionem.

Lib. 1. cap. 3.

Inanitio, vt facienda per Aloëm.

Respōsio ad alterā obiectionem.

Com. 4. Aph. 47.

In Adnot. Simplic. Mesues.

Aloës præstātia ex Galeno.

Respōsio ad tertiā obiectionem.

Lib. 22. Hist. Naturalis.

Aloës rectus vsus.

hoc

Responsio ad quartam obiectionē.

hoc idem feliciter præstat: Ad illud verò, quod Plinius dixit, *Coqui scilicet difficiliùs cibos, si Aloës modico interuallo assumatur à cœna*, dicimus de simplici Aloë Plinium intelligendum, at mixta Aloës cum alijs simplicibus, ex quibus Pilulæ conficiuntur Alephanginæ, coctionem iuuat, vnde stomaticas alij, de aromatibus alij dixère; num verò aromata coctionem retardent, iudicent ipsi; Coctio enim cum perficiatur in fundo ventriculi, huiusmodi pilulæ subsident, & ratione aromatū coctionem iuuāt, & humores, quos in eiusdem fundo compererint, expurgant; Nequè suspicandum, huiusmodi pilulas facere cibum inconcoctum descendere, ratione solutionis ipsarum, quoniam soluendi hęc vis debilis est, ac tardior, nec impedit coquētem ventriculum à proprio munere, antequam assumptum alimentum sit concoctum, verùm iuuat, vt diximus; quod sciens Mesues *Quando*, inquit, *assumuntur de eo mane, & sero pilula permixta cum rectificantibus, seu corrigentibus* (loquitur de pilulis Alephanginis) *soluunt ventrem, & non corrumpunt cibum*. Tempus itaq; exibendi has nostras pilulas modò ante cibum est, modò post; ante quidem, cum ventriculum, partesq; subiectas magis volumus emundare, post verò, vbi caput; Atq; hae in re Ioannem Damascenum fuimus insectati, quippe qui hæc scribat. *Cum quis vult caput purgare, aut cerebrum, aut instrumenta sensuum, pilulis maioribus, idest grossioribus, & post cœnam eunti dormitum datis faciendū est*. Quod & Rasis nos docuit, quando scripsit *Medicinas accipere, quæ caput purgant, post cœnam, cum dormiendi est tempus, magis est conueniens*. Quasi dicere voluerit, ante purgare vētriculū; Quod Auicen. deniq; dixit, in descriptione pilularum, fœtidarū quum notat, *Exhibēdas ante cibum hora sua*. Patet igitur ex his, Aloēm exhibendam; Quomodo exhibenda cast gata scilicet cum simplicibus, ex quibus pilulæ fiunt Alephāginæ; & Quando exhibenda, parùm scilicet ante cœnā, & postea; Quantū videndum est modò. Ad hæc Pantaleon medicus grauissimus, qui tercentum quiuquaginta floruit ab annis, mandat exhiberi ad scrupulum vnum, singula, vel tertia quaq; die, cumq; in eis nil sit malitiæ ratione ingredientium, de quibus mox, nullo non tempore, ætate, sexu, & cœli statu exhibet; cumq; longiori experientia comprobauerimus, Vrbanos à grauissimis morbis, harum vsu præseruatos, & pilularum conficiendi modum, & vires in sequenti cum recto earumdem vsu monstrabimus.

Responsio ad quintam obiectionē.

Pilulæ Alephāginæ cur dictæ stomaticæ.

Pilulæ Alephanginæ Quando sumendæ.

Capur quomodo, & quando purgandum.

Lib. 5. tract. 9.

Alephanginæ qua dosi exibendæ.

*Pilularum*

E *Pilularum Alephanginarum compositio, reformatio pro duplici anni tempore, hyeme, & æstate; Vires, seu facultates in præcauendis morbis totius, ac partium; Rectusq; in gratiam partium, quæ à morbis sunt præcauenda vtendi modus. Cap. II.*

PILVLARVM Alephanginarum vires, licèt proficiscantur maiori ex parte ab Aloë, quia tamen, ex alijs quibusdam simplicibus incrementum suscipiunt, hinc est, quòd ante quam admirabiles illarum vires prosequamur, conficiendi modum insinuabimus; In
F hoc autem cum plures existant discordes, omni nos deposita contentione, Rondoletium, Trincauelliumq; sectantes, ex Mesue formulam apponemus: Habet igitur Mesues. Compositio pilularũ Alephanginarũ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ℞. *Cinamomi* | *Macis* | *Asari* | *ana vnciam I.* |
| *Cubebe* | *Nucis muscat.* | *Masticis* | |
| *Ligni Aloës* | *Carpobalsami* | *Schenanti* | |
| *Calami arom.* | *Gariophillorũ* | *Spica Nardi.* | |

*Absinthij sicci, Rosarum rubearum ana dragmas V. Terantur contritione crassa, & fundãtur super ea optima aqua libra XII.*
G *& coquantur vsq; ad consumptionem duarum partium, deinde fricentur manibus, & colentur, & exprimatur aquositas eius; Postea accipe Aloës succotrini boni libram vnam. lauetur in scutella lapidea vitreata cum aqua pluuiali lauationibus pluribus, deinde exiccetur, & fundatur super ipsum, expressionis prædictæ circa libras duas, & teneantur in sole, deinde admisceatur cum Aloë, Mirrha, & Masticis ana dragmas V. Croci dragmas III. Tere contritione bona, deinde expressionis prædictæ residuũ super ea fundatur, & conteratur vsq; dum siccentur, & fiant ex eis pilulæ in modum ciceris &c.* Hæc est compositio Alephanginarum, quam tangens Rondoletius, qui diligentissimus fuit
H in tota Pharmaceutica medecinæ parte. *Terantur*, inquit, *Aromata contritione grossa, & infundantur in libris sex aquæ bullientis, post infusionem sex horarum, fricentur manibus & exprimantur, & colētur; In colatura librarum IV. inijce Aloës exquisitissimè tritæ in aqua pluuia diligenter lotæ in vase terreo vitreato libram I. qua exiccata probè, adde infusionis aromatum libras II. in sole æstiuo, vel hypocausto sensim affundendo residuũ aquæ ex infusione aromatũ, & ex massa formentur pilulæ vel si absumpta sit tota aqua, ex aqua absinthij, vel vino odorato formabũtur.* Adnotatio Rondoletij.

Hæc vir doctissimus: Nos, qui longiori temporis spatio practicam fecimus medicinam, vel præcipuo harum pilularum vsu, nõ nulla mandauimus, & addidimus; Primum est, has pilulas fieri debere paululum ante canem, æstate, quamuis, & in hypocausto ab alijs fiant: Secundum, quod facta massa pilularum Alephanginarum, præcipimus in calidioribus vrbanis, & anni tempore calidiori, dissolui eum vncijs quatuor succi endiuiæ, exiccariq; ad solem, reformari denuò massam, & ad vsum seruari; Tertium est, quòd in reformandis pilulis admisceo iterum, ad retundendam caliditatem thamarindos, aut mirabulanos, & alia minus calida, quæ satisfaciant instituto: Præterea, mãdo lauari Aloëm cũ succo rosarum pluribus vicibus, & cũ succo endiuiæ, aut rosarum iterum, atq; iterum reformo; paratasq; sic pilulas, vt æstate perscribo, illas, ita ex Mesue hyeme propono: Vires autem sunt ex Mesue, huiusq; commentatoribus, Ioanne Costa, Siluio, Manardo, Christophero, & alijs, vnoq; Trincauellio auctore, Quod vim habent leniendi ventrem à colluie omnium prauorum humorum, ventriculumq; cerebrum, & sensoria ab humoribus crassis, putridis, & pituitosis expurgant; dolorem hinc natum dissipant, ventriculum roborant, & coctionem illius adiuuant: Christopherus de Honestis. *Pilulæ*, inquit, *Alephanginæ sunt multæ securitatis, & habent iuuamenta multa; nam principaliter confortant virtutem digestiuam stomachi, desiccando materias putridas, & corruptas in eo, & illas euacuando, incitant etiam appetitum, sed principaliter mundificãt cerebrum, & instrumenta sensuum ab humoribus frigidis, viscosis, & crassis, vnde summè conueniunt ad præseruanda corpora laxa, ne in ægritudinem incidant, possunt tales pilulæ continuari absquè læsione ab his, quibus conueniunt, sicut communes, & meliùs, quæ componuntur ex Aloë sola, & croco. nam in eis non ingreditur aliud solutiuum, quàm Aloës, quæ per ablutionem in sua potentia remittitur; & illis pilulis Magister Marsilius vtebatur, quasi in omnibus passionibus materialibus cerebri, & stomachi frigidis cum æquali admixtione cholera, & sunt tardæ solutionis, & maximè purificant neruos, & nucham.* Quibus minus contentus Christopherus addit. *Istæ pilulæ apud Medicos sunt nobiles, & ipsi multùm vtuntur sub nomine pilularum Alephanginarum, & de aromatibus, quod idem est:* Rondoletius loquens de viribus Alephãginarum, *Pilulæ*, inquit, *quæ abluuntur in decoctione multorum aromatum, nomen aromaticarum acceperunt, conueniunt cum pilulis de Hiera, & Aloë lota, in corroborando, & minus laxando*: illud autem commune

Auctoris ad notatio ad pilulas Alephanginas.

Alephanginæ pro æstate, & hyeme.

Lib. 1 sec. 2. cap. 14.

Vires Alephanginarũ.

Ex Christopharo de honestis.

Ex Macrobio.

Rondoletio.

A

B

C

D

E ne non habent cum alijs pilulis, sensui gustus minùs displicent, quàm aliæ; magis trahunt à partibus remotis, maiorem faciunt moram in ventriculo, quem propterea mundificant; in morbis valent diuturnioribus, adsportantur ab vnoquoq; facillimo vel negotio, & quod alijs non conceessum, ratione scammonij, col locintidis, & similium ante cibum, & post cibum exhiberi possunt; His accedit, quòd cum Vrbanis ventriculus imbecillis existat, assiduamq; gignant ijdem excrementorum copiam, hanc euacuare cum scammoneatis valde perniciosum; plus enim detrimenti, quàm vtilitatis apportant, & licèt appareat, leuamen inde sectari, longior noxa, ex longiori vsu, ac temporis F tractu consequitur; ventriculus namq; in dies magis fit imbecillior, & quodamodo laceratur; vnde naturalibus quoquè facultatibus aliorum viscerum detritis, nouorum fit semper nexiorum prouentus humorum, qui noua etiam cum valentiori purgatione indigeant, ventriculus assiduè magis labefactatur, vnde morbi quotidiè maiores, querelæ maiores, & vitæ discrimen; Ad hæc igitur euitanda, longissima ducti annorum multorum experientia hunc pilularum nostrarum repræsentamus vsum, nostrarum repetimus, non quia Alephanginæ sunt, sed quia omni tempore has exhibendas accommodauimus, omni ætate, complexioni & sexui, laborantibus omnibus corporis partibus, G morbis omnibus præcauendis totius, & partium; vsumq; varium assignauimus vbi vbi precticam fecimus medicinam Præneste, Camerini, Tuderti, in Patrio Fabrianensi solo, & in publicis Gymnasijs Perusino, atq; Ferrariensi, in quibus legendi, atquè docendi munus non sine laude (absit iactantia) viginti annos absoluimus: Quarè cum probatissimas inuenerimus, à nulloq; redargutas, utendi modus hic est, ad omnes, vt diximus ęgritudines, materiales præcauendas, ad quotidianam excrementorum minuendam copiam, ad cruditates extirpandas, morborum omnium causas, ad inhibendam nouam earumdem generationem, ad curandos quoscumquè morbos post vniuersalem H adhibitam purgationem, tam ad curandum, quàm præseruandum, viribus existentibus imbecillis; ita vt quando alia remedia purgantia locum non habeant, pilulæ habent; præterea ad moliendam vernam quamcumquè, vel autumnalem purgationem absquè vlla præparatione; & proprerea expedit vti prio ri vice dragma vna nostrarum pilularum, suis locis describendarum, tribus ante cibum horis, inde verò vna pro vice singulis diebus, modò ante cœnam, modò post, quatenus institutum concedit; Illud autem obseruandum in exhibendis his pilulis,

*Alephanginarū prerogatiua.*

*Aliorum medicamētorū noxa.*

*Pilulæ Alephāginę cur auctoris.*

*Alephāginarum vsus.*

*Exhibendi quantitas, & tempus.*

vel ratione totius, vel partium; quòd basis in maiori sit semper quantitate, vt pilulę Alephanginæ; quæ basin adiuuant, in minori, vt Rhabarbarum, Agaricum, Sena, &c. quæ corrigunt, in minima, vt succus rosarum, endiuia &c. In gratiam verò partium admisceantur semper particularia, vt capitata, stomaticha, hepatica, splenetica, & sic de alijs; exempli gratia bettonica, psansucus, rosaquè respectu capitis; cythonium, absinthium, mentha pro ventriculo, galanga item, spica nardi, zinziber, cinamomum, gariophillum, nux muscata &c. quemadmodum in morbis præcauendis hepatis, gramen, endiuia, cicerbita, plantago, lupulus, oxalis, eupatorium, & in morbis lienis, scolopendrium, radix appij, fumaria, tamarix, cortex capparis, Agnus castus impropriè dictus, chamedrium, achorum, scilla, lapathum, aristolochia, &c. Velut in morbis renum ad miscendum est Appium, Petrosellinum, fœniculum, daucum, phu, seseli, melonum semina &c. Neq; tantùm simplicia, sed & composita addenda, quæ partes determinatas respiciant, cuiusmodi syruppi, vel electuaria ad reformandas pilulas; quinimmo, & ea, quæ à tota substantia partes respiciunt admiscere licebit: In mulieribus autem, præcauendis à morbis, quæ vterum petant intermiscenda, vt aqua, succus, vel syruppus de matricaria, & ad intercipiendas pilulas denuo reformatas, & emolliendas iterum, & fabricandas è propria massa æstiua, vel hyemali vti dicemus: In præseruandis autem vrbanis à podagra, & artritide, quæ articulos respiciunt, in reformatione superaddenda, vt suo loco mostrabimus.

Notandum.

Simplicia re spicientia partes.

Alephanginæ quib' reformandæ.

A

B

C

D

*Vrbanorum omnium corpus quomodo præseruandum à morbis totius, nempe febribus quæ fieri solent ab humornm omnium excessu æquali, vel inæquali sanguine, Bile, Pituita, & melancholia, ex recto, & opportuno, pilularum nostrarũ vsu.* Cap. III.

HVMANVM corpus cum ea ratione morbis, vt plurimùm subijciatur, qua humores redundant in toto, vel partibus sanguis nimirùm, Bilis, Pituita, & Melancholia; institutum de bona Vrbanorum tuenda valetudine insequentes, quomodo totum præseruandum in primis, ratio dictat, vt inquiramus. Quando igitur peccat sanguis, cuius inditia suo loco tradidimus, pilulæ sequentes, uel massula erit accommodatissima, ubi tamen ratio habeatur anni temporis,

E poris, atq; praeauendi hominis temperamenti; Æstate igitur, & natura calidioribus, ita perscribere oportet.

| | | |
|---|---|---|
| ℞. Pilularum Alephanginarum cum succo endiuiæ dragmas III. Pulpæ Thamarindorũ dragmam I. Mannæ granatæ dragmam mediam Succi endiuiæ quantum satis. | Misce reformẽtur pilulæ quinque pro dragma, sumatur vna pro vice singulis diebus ante cœnam persæpius. | Pilulę ad pręcauedos morbos à sanguine. |

Defœcant hæ pilulæ sanguinem, ita vt malitiam non acquirat, pars nimirum tenuior vertatur in bilem, & crassior in melancholiam: Quòd si bilis redundet,

| | | |
|---|---|---|
| F ℞. Pilularum Alephanginarum cum succo endiuiæ dragmas III. Rhabarbari electi dragmam mediã Pulpæ Thamarindorum scrup. IV. Spicæ grana IV. | Misce cum succo endiuiæ aut syruppo de cicorea cum Rhabar. reformẽtur pilulæ V. sumatur vna pro vice, vt dictũ. | A bile. |

Huiusmodi pilulæ possunt exhiberi etiam ad dragmam mediam & etiam vnam, sed quatuor ante cibum hors; Peccante autem pituita, sic massula perscribenda.

| | | |
|---|---|---|
| ℞. Pilularũ Alephãginarum drag. III Agarici trocifcati scrupulos II. Mastiicis scrupulum I. | Misce cum melle rosacco q. s. reformẽtur pilulæ V. pro dragma. | A pituita. |

G Harum pilularum vsus est dragma, vel semidragma prima vice, matutino tempore, quatuor horis ante cibum, inde verò vna pro vice vespertino ante cœnam; neq; in perscribendis his pilulis, perscribere oportet pilulas Alephanginas cum succo endiuiæ, sed simpliciter Alephanginas; Pituita enim peccat in natura frigidioribus. At vbi melancholicus vigeat humor, ita præcipiendæ. Obseruatio.

| | | |
|---|---|---|
| ℞. Pilularũ Alephãginarum drag. III Polipodij quercini / Folliculorũ senæ } an. scrup. mediũ | Misce cum syruppo de fumaria fiat massa, de qua fiant pilulæ. | Ab humore melancholico. |

Regula obseruanda in recto vsu præsentium pilularum est, vt semper fiant pilulæ quinq; pro dragma vna totius massæ, capiaturq; vna pro vice, vel quinq;, vt dictum de pilulis pituitæ dominium
H respicientibus. Quòd si humores omnes equaliter peccent, ex quadruplici massa perscripta sumenda est dragma vna pilularum, reformadaq; pro ratione anni temporis, ac temperamenti Vrbanorum, eodemq; pilulæ assumendæ modo, prima vice quinquè, deinde una tantùm, hæc paululum ante cœnam, illæ quatuor horis ante prandium; At si humores duo tantùm excedant in corpore, perscribenda massula illarum pilularum, quę duplicẽ respiciunt humorem, reformandaq; cum syruppo, vel succo ali- Ab omnibus humoribus æqualiter peccantibus.

quo determinato, qui vnum, & alterum excedentem respiciat humorem; illudq; obseruandum in reformatione harum pilularum, vt massa, quæ seruãda est, mollior semper existat, quò ex arbitrio pilula, vel pilulæ fieri possint, Vrbanorum manibus, absq; opera etiam Pharmacopolæ; seruari autem debet massa in vasculo vitreo, aut vitreato, benè cooperto; cumq; massa durior videatur, denuò reformanda, pro instituto, anni temporis, atq; temperamenti, vt sexcenties dictum. totum igitur sic erit à morbis, qui ab humoribus proficiscuntur, præseruandum; vt partes, caput sequens determinabit. A

Obseruatio in conseruãdis pilulis.

Pilulæ vt reformandæ.

*Pilularum formula in præseruandis Vrbanis à dolore capitis, per essentiam, & per consensum, à ventriculo, & alijs partibus ab vnoquoq; humore. Cap. IV.* B

INTER partes corporis caput cum sit præcipua, grauissimisq; corripiatur affectibus, vnoq; in primis dolore, & per essentiam, & per consensum à bile, pituita, & humore melancholico; quomodo Vrbani præseruãdi, ex ordinis ratione congruum est inquiramus. Ergo dolor capitis vbi fuerit per essentiam, hoc est annuus, & antiquatus à bile, cuius inditium suo loco prędictum, ita pilulæ præcipiendæ. C

In dolore capitis à bile p essentiam.

| | |
|---|---|
| ℞. *Pilurarũ de Hiera drag. II.* | *Misce cum syrup. rosaceo solutiuo reformentur pilulæ quinq; pro dragma, sumantur more solito, & pluribus, & vna vice,* |
| *Mirabolanorum citrinorum* | |
| *Masticis ana drag. I.* | |
| *Aloës optima vnciã mediam.* | |

Notandum tamen ex Auicennę placitis, pilulas dictas maiores conuenire, si vna capiatur pro vice duabus horis post cœnam eunti dormitum: Verùm si dolor sit per consensum à ventriculo, (erit autem interpollatus, & querelæ fuerint ipsius ventriculi) sic ordinare oportet. D

Pilulæ maiores.

Per consensum à ventriculo pro diuubus.

| | |
|---|---|
| ℞. *Pilularum de Hiera simplici* | *Misce cum syrup. de Rhab. quantum satis reformetur massa ad vsum ante cœnam, vna pro vice pluribus diebus.* |
| *Alephãgin. drag. vnã & me.* | |
| *Pulpa Thamarindor. drag. I.* | |
| *Rhabarbari electi drag. med.* | |
| *Mãna granata scrupulos II.* | |

Quòd si Vrbanus sit pauper, rhabarbari loco aliud substituendum, veluti Mirabolani citrini, hunc scilicet in modum.

℞. Pi-

E ℞. *Pilularum Alephan. drag. II* | *De Hiera simplici drag. I.* | *Pulpa Tham. drag. I. & med.* | *Mirabolan. citrinor. scrup. I.* | *Misce cum succo rosarum. q. s. fiat massa, è qua fiant pilulæ quinq; pro dragma, exhibeatur vna pro vice ante cœnã* Pro pauperibus.

Notandum hic, pilulas nos admiscuisse de Hiera simplici cum Alephanginis, quarum loco solas de Hiera perscripsimus in massa pro dolore capitis à bile per essentiam, ad euitandam in cholericis maiorem Alephanginarum caliditatem. Verùm si dolor capitis fiat à pituita per essentiam in capite, ita mandandæ. Obseruatio auctoris. Per essentiã à pituita in capite.

F ℞. *Pilularũ Alephãg. drag. III.* | *Agarici trocis. dragmam. I.* | *Stecados* | *Mirabol. Chebul.* an. *scru. II* | *Masticis scrupulum vnum.* | *Misce cum syrup. de Bettonica q. s. reformentur è massa pilulæ quinq; pro dragma sumaturq; vna pro vice duabus post cœnam horis.*

Vbi verò dolor capitis fiat per consensum à ventriculo, & pituita.

℞. *Pilular. Masticin. drg. III.* | *Mirabulanor. Chebulor. drag. I* | *Mellis rosati q. s. reformentur et sumantur pilulæ more solito.* Per consensum à pituita à ventriculo.

Cæterùm si dolor fiat ab humore melancholico peccante in ventriculo, nam rarò in capite, accommodatum est sequens Magdaleõ, cuius vsus esse potest in plerisq; morbis factis ab humore melancholico, trasfuso ad ventriculum. Ergo. Pilulas pro dolore capitis ab humore melãcholico, vide infra.

G ℞. *Pilular. Alephang. drag. III.* | *Polipody electi* | *Folliculor. senæ* ana *scrup. I.* | *Masticis scrupulum medium* | *Misce cum syruppo violaceo, vel de fumaria, fac pilulas consuetas, et sume vnam pro vice semper ante cœnam.* Per consensum ab humore melancholico.

Notandum hic, hanc ipsam pilularum formulam aptissimam quoq; esse, vbi dolor capitis fiat per consensum à splene: Quòd si dolor fiat per consensum à iecore, vel vtero, addere oportet, hepatica, & vterina; quamuis hoc in casu laudo, Medicum consulendum, qui habita ratione consensus, vniuersalem instituat purgationem, à qua nostrates pilulæ habent locum; reformentur itaq; pro iecore cum succo endiuiæ, & semiscrupulo sandalorum alborum, pro vtero verò cum syruppo de matricaria; expeditq; prima vice sumere dragmam dictarum pilularum, quarum vsus aptissimus in mulieribus, quoniam Alephanginæ vterum purgant, & menses cient. A splene. A iecore. Ab vtero. H Alephaginę prouocant menses.

*Vrbanus vt preseruandus à Lethargo, Somnolentia, Phrenitide, Melancholia, Mania, & Memoria deminuta, ex recto nostrarum pilularum vsu.* *Cap. V.* A

MORBI, & symptomata, quibus detineri solent Vrbani, quoniam vnius generis non sunt, vnius etiam nostrates pilulæ esse nō possunt; quare in his ipsis præcauendis, hac lege incedendum; in lethargo accommodatissimæ sunt pilulæ, ad præcauendum dolorem capitis à pituita; in Phrenitide conuenientes, quę in dolore capitis à bile, post cœnam vbi affectus præcauendus est per essentiam, ante cœnam, vbi per consensum, B eodem tempore igitur, & eadem quantitate; Ceterùm ad pręcauendam somnolentiam illam, qua molestantur Vrbani in audiendis concionatoribus, philosophis, vel medicis cathedram ascendentibus, expedit hac uti formula.

Pilulę in lethargo, & Phrenitide. Pilulæ ad pcauendam somnolentiā in audiendo

| | |
|---|---|
| ℞. *Pilul. rũ de Hiera simplic. drag. III* | *Misce reformetur massa, vt dictũ sumaturq; pilula vna pro vice ante cœnam.* |
| *Agarici trocisсati & albi drag. I.* | |
| *Salis gemmæ scrupulum I.* | |
| *Oximellitis simplicis quantum satis.* | |

Somnolentia etenim hæc cum foueatur à ventriculo, addere quoq; licet mediam dragmam mastiicis, ad eius videlicet corroborationem. In præcauenda verò Melancholia, quæ Vrbanos C detinet, si humor sit melancholicus naturalis, peccetq; in capite, non recedendum à sequenti pilularum formula, quæ habet.

Pilulæ ad præcauendā Melanchol. per essentiā in capite.

| | |
|---|---|
| ℞. *Pilularum masticinarum drag. III.* | *Cũ syr. de fumaria, vel de pomis, vel succo de boragine reformetur pilulæ V. pro dragma sumaturq; vna pro vice post cœnam.* |
| *Polipodij quercini optimi drag. I.* | |
| *Agarici trocisсati drag. mediam* | |
| *Folliculorum senæ* ) | |
| *Tartari loti* ) *ana scrup. I.* | |
| *Masticis* ) | |

Per consensum à stomacho.

Quòd si melancholia fiat per consensum à stomacho, vel à liene, pilulæ præassumendæ ante cœnam, atq; hæ locum habent etiam D in dolore capitis ab humore melancholico naturali; verùm si præternaturam sit, à quo mania excitatur, saluberrimę sunt, quę à nobis pilulæ proponuntur.

Ad pręcauēdam maniam

| | |
|---|---|
| ℞. *Pilularum Alephanginarum cum succo endiuiæ dragmas III.* | *Cum sy. de fumaria q. s. reformentur pilulæ V. pro dragma, sumatur vna pro vice post cœnam; caput enim expurgandum est.* |
| *Thimi, Epithimi* ) | |
| *Follic. senæ Masticis* ) *an. scrup. I* | |
| *Rhabarbari electi scrupulos II.* | |
| *Spicæ, Anisorum ana grana IV.* | |

Mesues

Mesues addit vniuersæ dosi grana XII. & XV. lapidis lazuli benè loti, quem summoperè laudamus, & approbamus; sed pilulæ erunt exhibendæ ante cœnam, ne coctio perturbetur; id quod dicendum de aliis omnibus pilulis, in quibus scammoneum, & colocinthis ingreditur. In gratiam verò memoriæ diminutæ sequentes pilulæ accommodatissimæ sunt. Pilulæ in memoria diminuta.

℞. *Pilularum Alephāginarū drag. III.*
*Assaiaret dragmas II.*
*Pulueris ligni Aloës)*
*Stecados )) ana drag. I.*
*Agarici trocifcati )*
*Syruppi de Stecade quantum satis*

*Misce reformentur pilulæ more solito, exhibeãturq; pituita in capite peccante, dormitum eūti, in vētriculo ante cœnam vna pro vice.*

Contulerit quandoq;, vbi magna pituitæ copia vigeat in ventriculo, sumere dragmam vnam dictarum pilularum ieiuno stomacho, quatuor ante cibum horis, & semel in mense. Pituita vigente in ventriculo.

## *Variæ pilularum formulæ ad præcauendum Incubum, Vertiginē, & epilepsiam à quacumq; fiat causa, per consensum, & per essentiam. Cap. VI.*

G HABITA cognitione affectuum, quibus Vrbani soliti sunt detineri; nam aliàs fuerint dicenti, & si nil aliud, nomē fuerint assequuti, facillimo vel negocio præseruabuntur ex nostro pilularum usu; Quamobrem in præcauenda uertigine, quæ pendet à materia pituitosa in uentriculo peccante, à qua uapores eleuantur, perturbantq; spiritū animalē in anteriori cerebri parte, sequentes pilulæ probatissimæ sunt. In vertigine pituitosa.

℞. *Pilularum Alephanginarū dra III.*
*De Hiera simplici dragmas II.*
*Agarici trocifcati )*
*Mirabulanorū Chebul.) an. drag. I.*
H *Masticis)*
*Thuris ) ana dragma mediam*
*Syruppi de Stecade quantum satis.*

*Mis. reformetur massa, secundū perscriptū ordinē sumātur prima vice tres, vel quinq; quatuor horis ante prandiū, deinde vna pro vice ante cœnam per horam.*

Persistēdumq; in vsu pilularum hebdomada vna, vel altera in vnaquaq; anni tēpestate, Vere tamen & Autumno sunt huiuscemodi pilulæ præstantissimæ; nam si vertigo fit per essentiam in capite, vna pro vice ante cœnam assumenda; Quòd si vertigo fiat ab humoribus biliosis, & calidis, quorum tradidimus inditia, & à quibus vapores identidem eleuentur ad caput, sequenti via incedere oportet.

℞. Pilularum

In Vertigine Biliosa.

℞. *Pilularum Alephanginarum cum succo endiuia drag. II.*
*Rbabarbari electi.*
*Mirabulan. citrin. an. drag. I.*
*Thamarind. drag. vnã. et med*
*Masticis scrupulos duos*
*Syruppi violati quãtum satis.*

*Reformetur magdaleon pro vsu dicto, ante, vel post cœnam, prout bilis peccauerit infra caput, vel in capite, id quod perpetuò obseruandum.*

A

In melancholica.

At si vertigo proficiscatur ab humore melancholico naturali, cõueniunt eædem pilulæ, quæ a nobis fuerunt perscriptę, in præcauenda melancholia. In præcauendo Incubo conueniunt propositæ, quæ nuper in præcauenda vertigine à pituita, vel melancholia, qui humores, si persistant in ventriculo, pilulæ assumendæ ante cœnam. Verum in epiplepsia, & morbo caduco, à vulgaribus nuncupato expediunt pilulæ, si affectio proficiscatur ex vaporibus eleuatis à materia pituitosa, & crassa vagante in cerebro, hac sequenti formula.

In Incubo.

In pilepsia, vel morbo caduco.

B

℞. *Pilularũ de Hiera simplici*
*Alephãginarũ ana drag. III.*
*Agarici trocis. drag. I. et med.*
*Mirabulã. Chebulor. drag. I.*
*Seminis, & Peonia*
*Radicis*
*Masticis ana. scrupulum I.*
*Syrup. de stecade quãtũ satis*

*Reformetur massa, è qua fiant pilulæ quinque pro dragma, sumantur more solito, vna pro vice ante cœnam, si morbus foueatur inferiùs, eunti dormitum, vbi superiùs.*

C

In epilepsia à bile crassa.

Si Epilepsia fiant à bile crassiori, à qua fieri potest (quidquid alij dicant) admixta præcipuè cum pituita, sic pilulas oportebit mandare

℞. *Pilularũ Alephãginarũ) an. drag. II*
*De Hiera simplici )*
*Rbabarbari electi )*
*Mirabolan. Citrin.) (ana. drag. med.*
*Agarici trocisati )*
*Thamarindorum drag. vnã, & med.*
*Seminis peonia)*
*Visci quercini ) ana scrupulum I.*
*Masticis scrupulum medium*
*Syruppi violati, aut rosati q. s.*

*Misce fiat magdaleon, de quo formentur pilulæ more solito, eaq; frequentiùs, cum præcipuè vniuersalis præcesserit euacuatio, assumãtur ante cœnã vna pro vice, vbi subsistat causa morbifica infra caput, alioquin postea.*

D

A materia melancholica.

Quod si epilepsia fiat ab humoribus melancholicis, horum priùs expurganda minera, inde verò ad nostrarum pilularum vsum accedendum; sufficit igitur addere polipodium, & senam in æquali quantitate, cum pilulis Alephanginis, & de Hiera: Sed quoniam vt plurimum emanare solet epilepsia à ventriculo, liene,

vtero,

E vtero, & alijs partibus infernis, pro earum diuersitate, atq; humoris peccantis pilulæ perscribendæ; Quamobrem vbi pituitosi humores fuerint in ventriculo, magdaleon ita formandum.

*℞. Pilularum Alephãginarũ drag. III.*
*Agarici trociscati*
*Mirabulanorũ Chebul. ana. scrup. I.*
*Mellis rosati quantũ satis ad refor.*
*Fiat magdaleon, è quo pilulæ quinq; pro dragma sumatur vna pro vice.*

In epilep. A materia pituitosa in stomacho.

Et quoniam hæc affectio diuturna est, pilulæ assumendæ quotidie per annum ante cœnam, per horam; locumque habent loco preseruationis pilulæ stomaticę descriptione Mesues, vel Alephanginę solæ, aut Mastieinæ Conciliatoris, quarum composi-F tio, quoniam admirabilis, & nos frequentiùs vsurpamus, hæc est.

Pilulæ stomaticæ.

*℞. Aloës optimæ drag. X.*
*Agarici trociscati vnciam mediam*
*Masticis dragmas tres,*
*Cum succo antillæ, aut melle rosaceo reformetur massa pro vsu quotidiano vt dictum.*

Pilulæ masticinæ Conciliatoris.

Si verò materia sit eholerica, quam Vrbanus didicerit, ex bilis inditijs, & à medico, loco agarici apponendum Rhabarbarum, ac Thamarindi ad dragmam vnam, pro qualibet. Si verò epilepsia fiat vitio splenis, vel alterius partis demandantis, addendum polipodium, thus, epithimum, senæ follieuli, ad scrupulũ vnum, efformandęq; pilulæ more solito, quinq, semper pro dra-G gma, sumendaq; vna pro vice, & quandoq; dragma vna ante prandium, si verò vna, priusquam cœna istet; reformando pilulas cum syruppo de Fumaria, vel epithimo: Vbi autem fiat epilepsia, vitio alterius partis demandantis, vel ab ea eleuentur vapores ad caput, illa superaddenda pilulis Alephanginis, vel Mastieinis, quæ vterum, vel alias partes respiciant; Artemisiam ratione vteri, à quo prouocandi sunt menses debitis præsidijs medicorum, inde verò pilulæ nostrates feliciter vsurpandæ: At si Epilepsia fiat ab aura maligna, aut vaporibus eleuatis à propria minora, hęc pro viribus eradicãda, interimq; agendũ fri-H ctionibus, ligaturis, & eucurbitulis, tum ad reuellẽdos ascẽdentes vapores, tũ eos discutiendos, atq; de Epiplesia satis.

In epilep. à bile.
Vitio splenis

Vitio matricis.

Notandum in epilepsia ab aura maligna.

Quibus

 A

*Quibus pilularum formulis præcauenda sit Apoplexia, Catalepsis, Stupor, Tremor, Paralysis, & Spasmus. Cap. VII.*

APOPLEXIAM soluere nostris pilulis, quum facta fuerit, impoſsibile, antequam fiat, præcauere omnino facile: Quoniam igitur pendere solet non solùm à sanguine, bile, pituita, & humore melancholico, cerebri meatus obstruente, verùm etiam apostemate, ictu, vel à mala qualitate, Pilulæ, quibus præcauere poſsunt vrbani Apoplexiam ab iam dictis humoribus sunt, quæ à nobis genericè propositæ sunt in principio huiusce sectionis, gratiâ vniuscuiusq; excedentis humoris; in alijs causis locum non habent. Præseruabuntur etiam Vrbani à Catalepsi, vel Catocho, seu congelatione, in qua facultas animalis ablata est, pilulis, quæ humorem expurgant melancholicum, vel pituitosum, pro vt ab vno, atq; ab altero produci solet; quòd si humor vterq; mixtus fuerit, pilulæ fabricandæ ex massa pilularum, vtrumq; respicientium humorem; exhibendi tempus, & quantitas eadem est, cum alijs, de quibus hactenus. In præcauendo Stupore, atq; Tremore, eadem incedendum est via, nam pilulæ vsurpandæ, quæ pituitosum, educunt humorem: A paralysi tutiores euadunt, quicumq; sequentibus vtuntur.

[Margin: Pilulæ in Apoplexia à pluribus causis. — B]
[Margin: In Catalepsi.]
[Margin: In stupore, ac tremore. — C]
[Margin: In Paralysi.]

℞. *Pilularum Alephanginarũ drag. II.*
*De Hiera simplici dragmam I.*
*Syrup. de Stecade quantum satis.*
*Mis. reformetur massula è qua fiāt pilulæ V. pro drag. exhibeantur, vt moris*; notādum tamen, has pilulas exhibendas esse à cœna, quoniam à capite cum fluat materia per dorsi spinam, ad partes determinatas, caput expurgandum; Si laborantes paralysi validiores existant, firmis scilicet viribus, valentiores hunc in modum perscribere oportet. D

[Margin: In paralysi sed validiores.]

℞. *Pilularum Alephāginarũ drag. III.*
*Agarici trociscati dragmam I.*
*Turbit electi, fricati cũ oleo amig. dul*
*Masticis ana scrupulum vnum*
*Mirabulanorum Chebulorũ scru. II.*
*Zinziberis grana VII.*
*Oximellitis simp. vel sy. de Stecad. q. s.*
*Misce reformetur massa ad vsum Pilularum, de quibus hactenus, capiendo scilicet vnā pro vice ante cœnam.*

Spasmus autem præcauebitur sequentiũ pilularum vsu, à nimia repletione, humoreq; pituitoso, frigido, & humido sic.

R. *Ligni*

E

℞. Ligni Aloës
Stecados ana scruplum I.
Masticis scrupulos II.
Mirabulanorũ Chebul. drag. med.
Agarici trocisca. drag I.
Pilul. de Hiera simp.
Alephăgin. an. dra. II.

Cum syruppo de stecade, quantum satis, reformentur pilulæ, seu massa more solito, quarum usus quotidianus sit, ante cœnã, ubi spasmus foueatur à partibus infernis, plerumq; tamen post eunti dormitum, vicibus tamen interpollatis, hoc est semel ante cœnam, bis postea. Huiuscemodi pilularum formula com modissima etiam est, ad præcauendam artritidem, siue dolorem F articulorum, uel podagram (in qua præstiterit uti dragma una summo mane) ad torturam quoquè oris, & ad uitia omnia partium extremarum, in quibus uitiatur sensus, uel motus.

In spasmõ vel côuulsione.

In artritide vel dolore articulorum

In tortura oris.

## *De præcauendis oculorum affectibus, Aurium, Narium, Oris, Catarrho, Dolore dentium, & ptielismo, seu frequenti expuitione. Cap. VIII.*

OCVLORVM morbi, quibus frequentiùs conflictantur homines, tres nobis potissimum uidentur, Diminuta uisio, Lachrymæ oculorum, & palpebrarum ulcera: Diminuta uisio, si fiat a causa fri- G gida, & humida, uel pituita, sic præcauenda.

℞. Corticum omniũ mirabulan.
Agarici trocisc.) an. scrup. I.
Masticis )
Pulueris Eufragia drag. med.
Pilularũ Alephăg. drag. III.
cum succo fœniculi q. s.

Pilulæ in diminuta visione.

fiat solita massa, è qua solitæ pilulę, quę solitis etiam sumantur horis, ante cibum, si ex uitio uentriculi, cuius erunt querelæ, eunti dormitum, si uitium fuerit diuturnum, ut dictum de alijs, quarum loco pilulæ lucis ex descriptione Mesues comprobãtur; quę, et Alephanginæ quoq; accommodatæ sunt in pręcauendis ulce- H ribus palpebrarum ab iam dicta causa: A lachrymis oculorum, post uniuersalem purgationem, ubi lachrymę non fuerint mordaces, & erodentes, ita præseruabuntur.

Pilulæ lucis ex Mesue.

In vlcere palpebrarum.

℞. Agarici trociscati scrup. II.
Mirabulã. Emblic. ) an. drag. med.
Chebulorum )
Pilularum Alephang dragmas III.
Mellis ros. vel syrup. de stecade q. s.
Misce reformentur pilulæ quinquè pro dragma ex massa conseruanda, sumãtur vt aliæ pluribus vicibus.

In oculorum lachrymatione.

Verùm si lachrymæ sint mordaces, & oculi rubentes, hęc pilularum formula erit, qua medicinam practicam auspicaui.

℞. Masticis

In oculis rubentibus.

℞. *Masticis scrupulum* I.
*Rhabarb. electi drag. mediã*
*Corticũ mirabulan. citrinor: dragmam vnam.*
*Thamarindorum scrupulos* IV.
*Pilularum Alephãg. drag.* III.
*Sy. rosati solut. q. s. refo r. pilula more solito, & capiantur.*

A

Hac lege semper intendimus, materia peccante in capite, pilulę sumantur duabus horis a cœna; in hepate, aut uentriculo semihora, uel hora ante cœnam: In oculorum uerò ulceribus accommodatissimę sunt, quę sequuntur.

In Vlceribus oculorum.

℞. *Polipodij electi dragmam* I.
*Thamarindorũ drag. vnã, & med.*
*Pilularum Alephanginar. drag.* III.
*Folliculorum sena*
*Masticis ana scrupulum* I.
*Mirabulanor. citrinorũ drag. med.*
*Misce cum syruppo de fumaria, quantum satis, reformetur massa, e qua fiant pilulæ solita, deaurētur, uorenturq; more solito.*

B

In aurium tinnitu, uel sibilo, ac surditate, si pręcipuè recens sit, eadem pilularum massa conueniens est, dummodo flatus addantur discutientia cinamomum, anisum, ciminum, anisorumq; oleo, reformentur, sumanturq; ante cœnã, ubi affectus a consensu partium infernarum scaturiat, eunti dormitum, quum a capite per essentiam. Ceterùm in fœtore narium, & oris principem obtinent locum sequentes, caput, & uentriculum emundantes à computrescentibus humoribus & excrementis.

In aurium tinnitu.

Et surditate.

In fœtore narium, & oris.

℞. *Gariophillorum*
*Masticis ana. scrup.* I.
*Nucis Muscatæ*
*Ligni Aloës electi drag. mediam*
*Agarici trocisc. dragmam* I.
*Stiracis calamitæ scrup.* I.
*Pilular. Alephãg. drag.* III.
*Syrup. de corticibus citri q. s.*

C

reformetur massa, e qua fiant pilulę, capianturq; numero, ac tempore solito, ut plurimum tamen in casu ante cœnam. Hęc eadem massa in dolore dentium accommodatissima est, pręseruat enim si pilula una pręassumatur ante cœnam ab hoc graui dolore. Sed in frequenti expuitione, a qua innumeros hoc pilularum usu curaui, & pręseruaui, sic perscribendę, affectio quum pendeat a uentriculo.

In dolore dẽtium.

In frequentĩ expuitione.

℞ *Pilularum Alephang. drag.* III.
*De Hiera simplici dragmas* II.
*Mirabulanor citrin*
*Chebulorum an. drag. med.*
*Agarici trocisati*
*Masticis scrupulum* I.
*Cum melle rosaceo vel syruppo de stecade q. s. reformetur massa, conseruetur ad vsum, pilulã exhibendo ante cœnam per horam.*

D

At frequens expuitio si fiat a capite, pilula exhibeatur post cœnam eunti dormitum: Sed quia ex frequenti expuitione homines in catharrhum labuntur in catarrho crasso ita mandandum.

℞. *Pilularum*

℞. *Pilularum de Hiera simp.*
*Alephanginarum ana drag. II.*
*Agarici trocifcati drag. I. & med.*
*Mastichis dragmam mediam*
*Oximellitis squillitici q. s.*

*Fiat Magdaleon pro solitis pilulis, deuorandis eunti dormitum, nam subtiliant, & catharrhum attenuant.*

In catarrho grosso.

Verùm si catharrhus fuerit subtilis incrassandus hac forma.

℞. *Pilularum Alephãginar. drag. III*
*Mirabulanorum citrinorũ drag. I.*
*Boli armeni loti drag. I. & mediã*
*Seminis portulacæ scrupulum I.*

*Cum muccilagine Dragacantæ, factã cũ aqua rosacea pilulæ fiãt solitæ; vna sumatur pro vice.*

In catarrho subtili.

At si catarrhus acris existat, & ruat ad pectus, accommodatiores erunt, quæ sequuntur, à cœna duobus horis vorandæ.

Acri, & descendente ad pectus.

℞. *Polipodij electi*
*Agarici trocifcati ana drag. med.*
*Succi glycirizzæ scrupulos II.*
*Boli armeni fini dragmam I.*
*Mirabolan. citrin. drag. II. et me*
*Pilularũ Alephanginarũ dra. III*

*Misce cũ muccilagine dragacãthæ extracta cum aqua violacea q. s. reformetur pilularum massa, quæ vt aliæ vsurpandæ.*

Quòd si catarrhus sit crasfior, ita vt vix propter viscidicatem possit educi, allatam præter formulam sequens hæc præstat.

In catarrho magis crasso

℞. *Stecados dragmam mediam*
*Polipodij*
*Cartami ana dragmam I.*
*Agarici trocifc. drag I. & mediam*
*Pilularum Alephangin. drag. III.*

*Cum oximellite squilliti co q. s. reformentur pilulæ ad vsum vespertinũ à cœna quinquè pro dragma.*

Interni ergo capitis morbi fere omnes, vt præcauẽdi, costat, inter nos dicimus, quoniam pauciores aliquot externi, vt capillorum defluium, porrigo, phtiriasis, achores, & id genus, curationem potiùs, quàm præseruationem requirunt, quòd si præseruationẽ, Phthiriasis, vel pediculatio præcauetur pilulis perscriptis ad pituitosos; achores pilulis, ad biliosos; Porrigo massa vtriusq; generis pilularum; quamobrem thoracis morbi vt præcauendi spectemus.

In defluuio capillorum. Phitiriasi. Acoribus. Porrigine.

*Thoracis morbi quomodo præcauendi, Raucedo scilicet vocis; Tussis, Asthma; Empiema; Phtisis; & pectoris dolor à materia frigida, atq; plurimùm pituitosa.* Cap. IX.

THORACIS morbi licèt plures, leuioribus depositis, grauiores præcauendos aggredientes, monemus iterum, has nostras pilulas habere locum post consuetam, & ex arte factam à diligenti medico curationem; Quamobrem, ne vrbani, & alij

relabantur

relabantur in illos, ita debent se gerere, in raucedine igitur pilulæ accommodatæ sunt, quæ habent.

In raucedine.

℞. *Salis gemmæ*
*Zinziberis an. scrup. medium*
*Succi glycirizæ drag. mediã*
*Agarici trocifcati dragmam I.*
*Pilularũ Aleph ang. drag. III*

cum muccilagine tragacanthæ, extracta cum aqua violarum, vel syruppo de glyciriza quantum satis, reformetur massa pro pilulis solitis quinquè pro dragma, quarum vna sumatur quandoq; ante cœnam, & sępiùs à cœna: Tussis autem morbosa, ex præsentia humorum labentium à capite ad pectus, atq; laplorũ hunc in modum ex pilulis præcauenda.

In Tussi morbosa.

℞. *Seminis portulacæ (medium*
*Papaueris albi, & nigri an. scrup.*
*Agarici trocifcati scrupulos II.*
*Succi glycirizæ dragmam mediã*
*Pulpæ Thamarindorũ dragmã I.*
*Pilularũ Alephãginarũ drag III.*
*Cum muccilagine psilij, extracta cũ aqua violacea q. s. reformetur massa, & pilulæ quinquè vt moris.*

Huiusmodi autem pilulæ capiuntur dormitum eunti, vna scilicet pro vice; quòd si tussis fuerit plurimùm infesta, ex medicorum præcepto addere licet vnicuiq; dragmæ huiusce massæ grana duo, vel tria oppij. Ceterùm in Asthmate, aptissimæ sunt ædẽ pilulæ, sine oppio tamen; respiciunt enim causam antecedentẽ, hoc est labentem destillationem à capite, ad pulmonem, & pectus, quam & auertit, & insensibiliter euacuat; quo ipso nomine accommodatissimæ sunt etiam ad præcauendam phtisim, hoc est pulmonis vlcus cum sanie; nam faciunt ad faciliorem eductionem eorum, quæ sunt in thorace; vnde fit, quòd in empiemate, seu collectione puris in eodem locũ habeant; Hoc tantum interest, quòd refo. mãdæ pilulæ cum syruppo aliquo pectorali, de Hyssopo, de Marrubio, vel eximellite: In præcauenda Peripneumonia, quæ plerumq; fieri solet à materia pituitosa, delabente à capite, huiusecemodi quoq; pilulæ aptissimæ sunt: At quãdo peripneumonia iam facta est, non conueniunt; quamobrẽ paucis vt multa dicamus ad prohibẽdam acrium humorum defluxionem à capite ad pectus, à qua morbi penè omnes concitantur in eo, nostræ pilulę valentissimæ sunt; In dolore autem pectoris à causa frigida, & præcipuè latulẽta, formula sic perscribẽda.

In Asthmate.

In Phtysi.

In empiemate.

In Peripneumonia.

In fluxione acri.

In dolore pectoris à materia flatulenta.

℞. *Croci scrup. mediũ)*
*Cartami )) ana scrup. I.*
*Masticis )*
*Polipodij quercini*
*Agarici trocifcati ana drag. mediã*
*Pilularũ Alephãginarũ drag. III.*
*Cũ syrup. de Hysopo aut glyciriza fiãt pilulæ V. è massa, capianturq; more solito ante cœnam. qua omnino leuior esse debet.*

In

E In palpitatione, quæ fit à materia frigida, & flatulenta, expediunt pilulæ sequentes, capiendæ numero, mensura, & tempore cum alijs consuetis. — *In Palpitatione.*

| | |
|---|---|
| *℞. Musci odorati* | *Contundantur contūdēda,* |
| *Ambræ* | *misce, & cū sy. de corticibus* |
| *Gallia Muscata ana grna V.* | *citri reformetur massa, è* |
| *Cinamomi* | *qua fiat pilula ad magnitu* |
| *Ligni Aloës* | *dinem fabæ, deuoretur, vel* |
| *Serici crudi ana scrupulos II.* | *dessoluatur in modico iure* |
| *Calaminta montana drag. mediam* | *parua pilula, vel sumatur* |

*pilula, & superbibatur modicum vini odorati.* — *In pleuritide.*

F Pleuritis præcauetur; vsu pilularum, quæ respiciunt fluxionem acrem, & mordacem delabentem ad pectus; de morbis igitur præcauendis Thoracis hæc satis.

*De præcauendis morbis ventris inferioris, Ventriculi s. frigiditatis cum materia pituitosa, & flatibus, eiusdem q; à causa quacumq; fiat, dolore.* Cap. X.

G INTER omnes affectus, quibus detinentur Vrbani, Ventriculi sunt, qui primas ad sese trahunt, & licèt plures existant, frequentiores, & sibimet familiares magis attingemus: Ergo in frigida præcauenda, partimq; curanda ventriculi intemperie cum pituitę præsentia satis per se sunt pilulæ Alephanginæ, de Hiera simplici cum agarico, vel sine, Mastieinæ, Conciliatoris, stomaticæ Mesues, more solito desumendæ, vna scilicet pro vice ante cœnam, & per horam, & quandoquè dragma vna, quatuor ante prandium horis; Quòd si hæc ventriculi intemperies frigida sit validior, ita præscribere oportebit, — *Pilulæ In intemperie frigida ventriculi.* *Validiores In intemperie frigida ventriculi.*

| | |
|---|---|
| H *℞. Pilularum Alephang. drag. III.* | *Misce reformetur massa* |
| *Mirabulanorū Chebulorū scrup. II* | *pro pilulis solitis vna pro* |
| *Mastiois scrupulum vnum* | *vice ante cœnam, per ho-* |
| *Sy. de corticibus citri quantum satis.* | *ram quotidie.* |

Adnotandum hic, quòd vbi quis hepatis obstructione tenetur, expedit mirabulanos chebulos dimittere, vel in minori quantitate his vti. Quòd si cum frigiditate adnexa sit summa ventriculi humiditas, sic erit perscribendum. — *In frigida & humida.*

Q ℞. Pi-

*℞. Pilularũ Alephangin. drag. tres*
*Agarici trocifcati dragmas duas*
*Mastiicis ſcrupulum vnum*
*Cinamomi ſcrupulum medium*
*Cum ſyruppo de abſinthio q. ſ. fac pilulas more ſolito, cape vnam pro vice ante cœnam quotidie.* A

Cæterùm ſi vtraq; intemperies frigida, & humida ſit validior, pilulæ perſcribendæ validiores, hunc ſcilicet in modum.

Pilulæ Valentiores.

*℞. Pilularum de Hiera ſimplici*
*Alephanginarum ana dragmas duas*
*Turbit electi fricati cum oleo amigd. dulcium ſcrupulum vnum*
*Agarici trociſ. drag. med.*
*Zinziberis*
*Maſticis ana ſcupul. med.*

*Cum ſyruppo de corticibus citri quantum ſatis, reformetur paſta diligentiùs, cuius vſus eſto qualis hactenus, vna pro vice ante cœnam, ſingula hebdomada cuiuſq; menſis, vel etiam quotidie.* B

In intemperie cum flatibus.

At ſi cum vtraq; intemperie frigida, & humida iuncti ſint flatus, pilulę ſequentes præſtantiores erunt.

*℞. Maſticis ſcrupulum medium*
*Cinamomi torrefacti ſcrup. vnum*
*Cartami dragmam mediam*
*Agarici trociſcati ſcrupulos duos*
*Pilular. Alephãgin. drag. I & med.*
*Cũ elec. roſ. Meſ. q. ſ. reformetur magdaleon, è qua fiant pilulæ V. pro dragma ſumatur vna pro vice ante cœnam.*

Validiores prædictis.

Valentioribus his ipſis vti oportet, vbi affectus extitat validior, neq; cedat prædictis, erunt autem ſequentes.

*℞. Bdelij*
*Maſticis ana ſcrupulum medium*
*Colocinthidis optimè tuſæ ſcru. vnum*
*Cartami*
*Agarici trociſcati ana drag. mediã*
*Pilularum Alephang. drag.* III.
*Cum ſyruppo de Abſinthio, aut vino veteri fiat maſſa ſolita pro exibẽdis pilulis vna pro vice ante cœnam.* C

In ventriculi imbecillitate.

Omnes præfatæ pilulæ, quæ pro ventriculo fuère perſcriptæ, accommodatiſsimæ ſunt in ventriculi imbecillitate à materia frigida, in eiuſdem anxietate, ſingultu, frequenti eructatione, dolore, vomitu, nauſea, & reliquis ventriculi affectibus, à cauſa frigida materiali; quòd ſi cauſa calida ſit, valentiores pilulæ ſunt, quæ ſequuntur.

In ſingultu.

In dolore vẽtriculi à cauſa calida.

*℞. Maſticis ſcrupulum medium*
*Mirabolanorum citrinorũ drag. med.*
*Rhabarbari electi ſcrupulos* II.
*Pulpæ Thamarindorum dragmam* I.
*Pilularum Alephangin. dragmas tres*
*Spicæ grana V.*
*Cum ſucco roſarum quãtũ ſatis, reformetur maſſa, de qua fiant pilulæ V. pro dragma, ſumatur vna pro vice ante cœnam.*

Quòd ſi pilulas aſſumpturus ſit delicatior, ſequentibus vtatur.

℞. Maſticis

E ℞.*Mastici sgrana V.*
*Spica grana VI.*
*Rhabarbari electi scrup.*II.
*Manna granata*
*Thamarindorum ana drag. vnam*
*Pil. Alephãg. cũ succo endiuia drag.*III.
*Cum syruppo rof. simplici. q. s. reformentur pilula quinque pro dragma, sumatur vna pro vice ante cœnam quotidie.* Pilulæ placidiores.

Verùm si dolor proficiscatur à materia melancholica formula isthęc erit accomodatior. In dolore ab humore Melanchol.

℞.*Masticis*
*Anisorum ana scrupulum medium*
*Folliculorum sena*
F *Agarici trocisćati ana scrup. vnum.*
*Polipodÿ quercini drag.*I.
*Pilular. Alephanginarum drag.*II. *& mediam.*
*fiant pilula more solito.*

Si dolor non cedat, post vniuersalem purgationem, sequens pilularum formula erit præstantior, habet autem hæc omnia. Pilulæ valentiores.

℞.*Masticis*
*Anisorum ana scrupulum mediũ*
*Tartari loti*
*Agarici trocisc. ana scrupulũ I.*
*Follicul. sena*
*Thimi, Epithomi ana scrupul.*II.
*Pilularum Alephang. dragmas III.*
*Cum syruppo de epithimo fiat magdaleon, è quo fiant pilula V. pro dragma, sumatur vna pro vice per horam ante cœnam.* Valentissimę

Et ni dolor cedat, accedendum ad pilulas valentissimas, quas per
G scribimus.

℞.*Pilularum Alephang. drag.* III.
*Masticis dragmam mediam*
*Polipodÿ quercini*
*Folliculorum sena ana scrupul.*I.
*Agarici trocisćati*
*Lapidis lazuli praparati grana XV.*
*Cum vino optimo, vel syruppo de corticibus citri fiat massa ad vsum solitũ, capiatur scilicet vna pro vice an te cœnam.* Materia fluẽte à capite.

Quòd si dolor ventriculi fiat a materia phlegmatica, fluente à capite, pilulæ, quas proponimus, præstantissimæ sunt.

℞.*Masticis scrupulum vnum*
*Mirabulanorum citrinorum*
H *Agarici trocisć. ana drag. mediam*
*Mirabulan. Chebul. drag.* I.
*Pilu. de Hiera simp. drag.* II
*Pilul. Alephang. drag.* III.
*Cum melle rosaceo quantum satis, reformetur massa, & pilula more solito, sumatur vna pro vice post cœnam eunti dormitum.*

Atq; de præcauendis morbis ventriculi hæc satis.

*Vrbani vt defendendi à vitijs hepatis, obstructione præcipuè à causa calida, & frigida, ab Hydrope, fluxu nuncupato hepatico, eiusq; tumore.* *Cap. XI.* A

SI qui sunt, qui labantur in hepatis morbos; quoniam Vrbani præcipuè sunt, vt qui ex vberiori victus ratione, & otio magnarum eruditarum prouentum faciant, in eorũ gratiam præcautionẽ à nonnullis tractabimus, primus autẽ cum sit iecoris obstructio à causa frigida, pilulæ ad hanc præcauendam sunt, quæ sequuntur. B

In hepatis obstructione.

℞. *Masticis scrupulum medium*
*Trocisc. Diarodonnis scrupul. II*
*Agarici trocisati dragmam vnam*
*Pilularum Alephangin. drag. III.*
*Cum syruppo de Eupatorio q. s.*
*Misce fiant Pilulæ more solito, sed agaricũ trocisce-tur cũ vino infusionis zinziberis, sumaturq; pilula vna pro vice ante cœnam.*

Ceterùm gratiâ curationis dragma vna integra exhibenda cibum ante quatuor horis; et quoniam iecur in imbecillitatem cadit, vnde mala sanguificatio, à qua morbi ferè omnes partiũ naturaliũ, pilulæ ad corroborandum sunt, quas modò perscribimus.

In imbecillitate.

Pro corroborando iecore. C

℞. *Trociscorũ de rosis )*
*De Eupatorio ))ana drag. med.*
*Rhabar. electi )*
*Agarici trocis. )*
*Spodij )ana scrupul. I.*
*Masticis scrupulum medium*
*Pilularum Alephangin. drag. III.*
*Cum syruppo de Eupatorio. vel succo, aut vino maluatico q. s. fiant pilulæ more solito, de quibus sumatur vna pro vice ante cœnam.*

Notandum in his pilulis, quòd vbi aliquis timor sit, de iecoris caliditate ob attractam materiam frigidam, & crassam à mesaraicis, pilulæ sic erunt attemperandæ.

In hepatis calidioris obstructione.

℞. *Spicæ )*
*Spodij ))ana scupul. medium*
*Cuscutæ )*
*Trociscorum Diarodonnis scrup. II.*
*Rhabarbari electi )*
*Pulpæ Thamarindorũ )ana drag. I*
*Pilularum Alephang. drag. III.*
*Cum syruppo de Endiuia, vel succo reformentur pilulæ more solito, capiẽda vna pro vice ante cœnam, Quarum loco sunt Imperiales, quæ pro hepatis affectibus debellandis præstãtissimæ.* D

Et ni hepatis obstructio his cedat, pilulæ descriptæ ab Arnaldo sunt aptiores, vbi præcipuè magna iecoris timeatur caliditas, descriptio autem hęc ipsa est.

℞. Tro-

E ℞. *Trociscorũ de Rosis*) *de Eupatorio* ) *ãn. drag. med.* *De Rhabarbaro dragmam vnam* *Pulpæ Thamarindorum scru pul. IV.* *Pil. Alephãg cũ succo endiuiæ drag. III* | *Cũ syrup. de Eupatorio reformetur massa pro re formandis, & capiendis pilulis ante cœnã solito more, vna v3, vt dictũ* — Pilulæ Validiores.

Ex obstructione quoniam vt plurimum sequitur hydrops, hęc ita nostrarum pilularum vsu præcauenda, & primùm ascitis. — In Hydrope aquosa.

℞. *Agarici trociscati dragmam vnam* *T. Diarodonnis scrupul II.* *Pilularũ Alephanginarum drag. III* | *Cũ succo iridis q. s. refor metur pasta pro pilulis solitis ante cœnam.*

F Et quoniam non ita facilè facilioribus hydrops præcauetur, ad validiora properandum, hunc nimirum in modum.

℞. *Mastichis*) *Soldanellæ*) *ana. scrupul.* I. *Agarici trociscati drag. mediam* *Pilular. Alephanginarum drag. III.* | *Cũ succo Eupatorij q. s. refor metur magdaleon, è quo fiant pilulæ solitæ ante cœnam.* — Validiores.

Notandumq; has pilulas maximoperè valere in hydrope quoq; inchoata, & propterea possunt etiam exhiberi ad dragmam vnã pro vice, sed ante cibum, quatuor horis, & semel, & bis in hebdomada, & vbi corpus sit validum, ad validiores quoq; volandum, quales hæ sunt. — In hydrope inchoante aquosa. — Validissimę

G ℞. *Mastichis scrupulum I.* *Succi Ireos dragmam mediam* *Specierum Dialaccæ scrup. II.* *Agarici trocisc. drag. vnam, & mediã* *Piluldrum Alephanginarũ drag. III* | *Cũ sy. de Eupatorio q. s. fiat massa, cõseruetur ad vsum, ad pilulã vnã pro vice, nõ solũ pro eauẽda, sed curãda etiã hydrope.*

Hæc pilularum formula vtilis quoq; est ad præcauendam hyposarcam; Quò ad timpanitim, seu ventosã ita perscribere oportet. — Pro Hiposarca.

℞. *Trociscorũ de Cãphora scrupul. II.* *Rhabarbari electi dragmam I.* *Thamarindorũ drag. vnã, & mediã* *Pilularũ Alephãginarum drag. III.* | *Cum succo endiuiæ q. s. reformentur pilulæ numero solito, capiẽdæ vna pro vice ante cœnam.* — In

H Huic ipsi negocio flatuosæ hydropis faciunt satis pilulę de Eupatorio maiores, & minores Mesues, quarum descriptio ab eodem petenda. Pro Vrbanis, qui ad hydropem propensi sunt cum aliquo corporis calore, ita mandamus. — In hydrope cũ aliquo corporis calore.

℞. *Pilularũ Imperialiũ*) *Alephanginarum* ) *ãn. drag. II.* *Thamarindorum*) *Mannæ* ) *ana drag.* I. *Rhabarbari electi drag. I. & mediam* | *Seminis ẽdiuiæ*) *Lactucæ* ) *ãn. scr. I.* *Spodij, Spicæ ana scrupulum medium*

Cum mucilagine psilij q. satis fiat massa, pro determinato vsu

pilularum quarum vna capiatur pro vice ante cœnam: In fluxu hepatico, qui sequitur facultatem sanguificatricem debiliorem, pilulæ aptissimæ sunt, quę habent hæc omnia. A

In fluxu hepatico.

℞. *Spodij*
*Portulaca*
*Seminis endiuia* ) ana dragmã. I.
*Dialacca*
*Rhabarbari electi*
*Mirabulanor. citrinor.* ) ãn. scru. II
*Pilularũ Imperialiũ*
*Alephanginarum* ) ana drag. II

*Cum vino albo odorifero q. s. reformetur massa, è qua, factis pilulis V sumatur vna pro vice ãte cœnã pluribꝰ diebꝰ; educit. n. vtrumq; excrementũ biliosũ, & pituitosũ, iecurq; corroborat.*

In tumoribus hepatis.

In hepatis tumoribus, excitatis ab humoribus frigidis, mixtis cum calidis, & flatibus mirificè sequentes prosunt. B

℞. *Ligni Aloës* — *Florum cuscuta*
*Macis* — *Spodij* ) ana scrupulum medium
*Cinamomi* — *Mastiicis*
*Spica nardi scrupulum vnum*
*Polipodij, Cartami, Agarici trocifcati ana scrupulos duos,*
*Trociscorum de rosis, de Eupatorio ana dragmam mediam*
*Rhabarbari electi dragmas duas.*

Obseruatio auctoris.

*Cum syruppo de Eupatorio, vel endiuia q. s. reformetur massa pro vsu pilularum ante cœnam, vna pro vice, priùs tamen per vnicã vicem sumãtur pilula quinque; Non ingreditur autem huiuscemodi pilulas Aloës, vt omnis auferatur timor, qui ab ea posset venire, quamquam, vbi Aloës castigetur, venire non posiit, ita ut castigata quoq; conueniat.* C

*Lienis morbi, & affectiones, vt pracauenda, obstructiones videlicet, atq; tumores, scirrhi, durities, & huius generis, Melancholia Hyponcondriaca, Icteritia &c. ex nostrarum scilicet pilularum vsu.* Cap. XII.

NISI mirabiles animaduertissemus effectus ab vsu nostrarum pilularum, de quibus hactenus, & imposterum conscribemus, nostras nuncupare minimè ausi essemus; quare institutum sectantes, in morbis lienis, qui proficiscuntur ab humore melancholico, inibi crasso, & viscido infarcto, pilulas non tantùm præseruatiuas, sed curatiuas in obstructione, has proponemus. D

In obstructione lienis.

℞. *Anisorum Mastiicis ana scrup. I.*
*Radicum Capparorum*
*Thamarisci, Folliculorum sena* (ana drag. med.

*Cum vino aromatico, q. s. reformetur massa pro solitis pilulis, vnaq; sumatur*

E *Agarici trociscati dragmam vnam* | *Pilularum Alephang.drag.III.* — *tur pro vice ante cœnam, per mensem, & alios.*

Si obstructio non cedat, sed perseueret, accedendum ad has, quę sunt valentiores. Valentiores

| | |
|---|---|
| *℞. Anisorum)* <br> *Cimini ))ana scrupulum mediū* <br> *Masticis)* <br> *Specierū Hiera sine Aloë scrup. II.* <br> *Polipodij )* <br> *Tartari ))ana drag. med.* <br> *Folliculorū.sena)* <br> F *Pilularum Alephanginarum dragmas tres* | *Cum syruppo de epithimo, vel oximellite reformetur massa ad vsum vnius pilula pro vice ante cœnam quotidie per mensē, quo interposito, iterum reassumatur, vt prius.* |

Et quoniam lienis morbi sunt rebelles ad valentissimas, quas modò perscribimus, accedendum. Valentissimę

| | |
|---|---|
| *℞. Agarici optimi scrupulos II.* <br> *Salis gemma scrupulum medium* <br> *Trociscorum de capparibus drag. I.* <br> *Pilular. Alephāg. drag. II. & med.* <br> *Oximellitis compositi quātum satis.* | *Misce, reformētur pilula quinquè pro dragma, è solita priùs facta massa, quarum vsus esto vna pro vice ante cœnam.* |

Pro pauperibus.

℞. *Masticis scrupulum unum.*
*Hermodactilorum dragmam med.*
*Tartari loti*
*Mirabulanorum citrinorum ana dragmam vnam*
*Pilularum Alephangin. drag. III. pro vice.*

*Cum succo iuae arteticae q. s. fiat massa, è qua reformētur pilulae quinquè pro dragma, quae sumatur prima vice diluculo ante prandium, deinde una.*

In dolore articulorum annua præseruatio.

Notandumq; huiusecmodi pilulas, quæ respiciunt dolorem articulorum à quacumq; causa sumi posse magna cum felicitate quater in anno Vere, æstatis principio, autumni, & hyemis, sunt enim ad præcauendum aptissimæ; nosq; cum sexcenties periculum fecerimus, Vrbanos innumeros à podagra, chiragra, gonagra, & alio consimili artetico dolore præseruauimus; deq; inanitione facienda per nostras pilulas hæc satis. D

Insinuan-

E

*Insinuantur duo alij modi saluberrimæ faciendæ inanitionis prauorum omnium humorum in corpore scatentium per vomitum scilicet, atq; clysteres; Qui ad vomendum apti, & qui inepti; quomodo vomitui assuefaciendi, Quando, Quantumq; & Quomodo vomendum, cum vomitus multiplici vtilitate, & noxa.*
*Cap. XVII.*

INANITIO, tuendæ valetudinis gratiâ, vt molienda per accommodatissimas pilulas demonstrauimus; verùm quoniam inter vrbanos aliqui sunt, qui pilulas deuorare non
F possunt, his vomitum præcipimus, aut clysteria. hæc quidem ad minuendos prauos humores, stabulantes in crassioribus intestinis, illum verò ad eosdem superius expurgandos; nã sic Ægyptij, quibus magna semper cura fuit propriæ salutis, conseruabantur. Verba Herodoti hæc sunt. *Aegyptij hoc vita genere vtebantur singulis mensibus per tres dies cõtinuos potione corpus expurgabant, clysteribusq;, ac vomitibus sanitatem conseruant, putantes nimirùm, quoscumq; morbos, à nutrientibus cibis hominibus euenire* hęc ille. Cumq; in rei veritate hinc pręcipuè morbi eueniant in Vrbanis, & vomitus, & clysteres accommodatissimi erunt. At de vomitibus, & vomitorijs modò. Ad hæc Hippoc. suam docturus nos medicinam à vomitibus incohauit. *In perturbationibus, dicens, ventris, & vomitibus sponte factis, si quidem qualia decet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt, si verò non, contra*; In qua orationis particula cum admoneat, in vomitu attendendam esse purgationem humoris peccantis, ad hunc euacuandum nos inuitat, quotiescumquè peccabit; *Vomitus enim, Auicenna testimonio conseruat sanitatem*. Quamobrem vomere, pro tuenda conducit; Illud autem in prouocando vomitu obseruandum, ne vi fiat, sed spontè accedat, vnde facilitas, & consuetudo quoquè spectanda; nequè in vrbanis præcipuè parui facienda est vomitio, quandoquidem non solùm ventriculus bellè purgatur, quo de querelæ in dies percipiuntur, sed consequutione quadam viscera, venæquè maiores, & corporis habitus, ab omni cacochimia biliosa, & pituitosa depurantur; melancholica namquè per inferiùs purganda. Cæterùm non omnes vomere debent, sed graciles, dummodo astmatici non sint, tabidi,

G

H

Clysteriũ & vomitoriũ vsus.

Vrbanorum morbi à cibis.

Libro primo Aphor.

Lib. 1. fin. 4. cap. 13.

Cautio in faciendo vomitu.

Auicennas vbi supra cap. 11.

Ad vomẽdũ apti, & inepti.

tabidi, aut quos præcordiorum dolor, & inflammatio detinere A solet, linguæ paralysis, aut primarij, & per se cerebri affectus; metus enim est, ne hic ipse adaugeatur, vel suffocationi, cruentæq; expuitioni, aut rupturæ venarum ansa subministretur, neque adhuc vomere debent, qui pectus habent angustum, & pressum, ceruicemq; gracilem, & oblongam, sed qui crassam, & breuem, frequentiusq; vomere sunt assueti. Quicumq; autem vomere voluerint, studium quàm maximum adhibere debent circa vomendi tempus; qui ergo facilè vomunt ventriculo ieiuno vomant, qui difficilè ab assumpto cibo; hinc Græci à cœna vomebant. *Quòd si quempiam nausea, vomendiq; desiderium* (inquit Bertinus) *quum exinanitus ventriculus noxiorum humorum copia infestatur, premat, ieiunus hic vomat; Pasto enim benignitate, suauitateq; cibi humor subsidens demulcetur, leniturq; nausea.* Syncerus ergo humor in ventriculo supernatans, ieiuno stomacho vomendus, inhærens verò eiusdem tunicis, post breuioris cibi incidentis præmissionem: Obesi etiam ieiuni magis, graciles à cibo vomant; ita namq; obesitati, & gracilitati quoquo pacto consulimus. Ceterùm vbicumq; detur occasio, quæ spontina fit, numquàm cohibendus est vomitus, & quoniã ad tempus attinet, continuus vel interpollatus, Ægyptij vomebant decima quaq; die; Celsus noster bis in mense vomendum præcipit, continuè tamen, hoc est duobus diebus, ita ut prior sit dispositiuus alterius; Biliosi æstate voment (iuxta Hippoc. placita, *Aestate per superiora hyeme per inferiora purgate oportet.*) Pituitosi verò hyeme, nam pituita redundat, dummodò vomitus sit leuis, ex Auicenna. Prouocandus autem vomitus post motũ, & iusculum assumptum in biliosis, quòd sic bilis obtunditur, in ventriculoq; innatet; in pituitosis post oxicrati, vel oximellis exhibitionem; Corpus autem prono collocandum est situ, firmato capite, ventriculoq; manu comprehenso, adiuuandus autem, faucibus penna, digito, vel loro vomitorio irritatis, priùs autem inuitandus ventriculus per crebriores ructus voluntarios, & coactos; Ad hæc turbandum est antea corpus exercitatione D aliqua, & motu, quo pronior ad vomendum efficiatur ventriculus; & quoniam isthæc non videntur quandoq; satis, ad vomitorium accedendum, in biliosis ergo sic.

Quando vomendum.

Georgius Bertinus Campanus lib. 19 cap. 7.

Quando non vomendum.

Quando vomendum.

Auic. lib. 1. fen. 4. cap. 13

Vbi supra.

Quando vomendum.

Auic. 4ª primi cap. 13.

℞. *syrup. acetosi simplicis uncias III.*
*Aqua hordei libras III.*
*Misce, tepidèq; affatim bibatur.*

*A vomitu abluendum est os aqua, & aceto ad emundandos dentes.*

In pituitosis autem sic.

℞. Oxi-

E ℞.*Oximellitis vncias III.* *Decocti raphani lib.III.* | *Misce fiat vomitorium tepens, bibatur affatim, & os abluatur poscha.*

Ni ventriculus ad vomendum irritetur ab istis, addenda vncia vna, vel altera olei dulcis priori vomitorio, sic vncia vna, vel altera succi raphani posteriori; Et quibus hæc satis non sunt, propinetur dragma vna seminis vrticæ, aqua mellis, aut iusculis incocta; Si valentior subsequatur vomitio, vertigoq; superueniat, aut ventriculi compunctio, vel sanguinis expuitio, ramenta, vel quid nigrum, & fœtidum reijciatur, à vomitu desistendum, & in quiete, qui vomuit collocandus, ciq; fouendus ventriculus, spongia imbuta in aceto tepente, absinthioq; vberiori, & calente fouendus; Si verò à vomitu hypocondriorum dolor accedat, pannis lineis mollioribus calidis hypocondria circumfouenda; & vbi mordicatio in stomacho persentiatur, iusculum calidum, ex Auicenna bibendum cinamomi modico, & sacchari; neq; ab re fuerit, ventriculum inungere oleo violaceo cum portione absinthij: Et si à vomitu superueniat singultus, sternutamentum est prouocādum, penna oleo amigdalarum dulcium intincta, naribusq; interioribus admota; Et vbi vocis intersectio, & conuulsio subsequatur, adliganda extrema, illudq; à vomitu præcauendum, ne vberiori cibo, ac potu quispiam vtatur, solet enim quandoq; insatiabilitatem parere; neq; similiter venus amplexenda, vel exercitatio committenda. Signa verò, & inditia optimæ vomitionis sunt, non solùm si talia purgentur, qualia oportet, verùm etiam si pulsus à vomitu sit plenus, & validus, somnus perfacilis, ac benignus, libera sit respiratio, bona scaturiat appetentia, totumq; corpus factum sit leuius; Quiq; à vomitu ita sese habent, præseruantur à quacumq; specie artritidis, vel morbi articularis, podagra, chiragra, &c. ab arenulis, calculis, infernis omnibus defluxionibus, & ad vterum, vnde mulieres præseruantur ab albis earum purgationibus, & vteri affectibus, hypocondriacis, vniuersarumq; partium infernarum morbis, lienis item, iecoris, pancreatis, atq; præcordiorum; hine ad præcauendam hydropem vomitus accommodatus est, frequentior tamen ventriculum, præcondia, & ea, quę subsunt viscera debilitat, caput lædit, & oculos, quorum gratiâ caput circumligandum, frons autem poscha, aceto scilicet, & aqua per petiam delinienda, omittendumquè non est, vomitum opportunè factum, Vrbanos, & alios præseruare à febre quotidiana, tertiana notha, quartana, & venenis, si fiat nimirum ab assumpto veneno immediatè. Habet autem cum Plu-

Vomitoria validiora.

Cautio in vomitu obseruanda.

F

Sympto mata post vomitū vt corrigenda.

Cautio in assumēdis cibis post vomitū.

G

Optimi vomitus inditia

Morbi qui præcauentur ex vomitu.

H

Quomodo vomendum

Lib. de Tuen da Valetud.

tarcho vomitus peculiare malum, insatiabilitatem, *facitq;*, vt **A**
ita dicam, *tot Vitellios, edaces, atq; voraces; Nascunturq; velut intercisi fluctus, esuritiones acres, & turbulenta, & ad cibum ui attrahunt, semper relinquentes non similem his, qui cibis opus habent, sed inflammationibus, quae pharmacis, & cataplasmatis indigent*; neq; interim veritas omittenda ex hoc ipso Philosopho, *Nam si quando necessum erit corporis nouare statum, tum citra pharmaca, citraq; curiositatem vomitus prouocandus, ita vt nihil turbemus, sed ad cruditatem euitandam permittamus, vt enim lintea si cinere, nitroq; lauentur, magis atteruntur lotione, quàm si proluantur vndis, ita vomitus pharmacis extorti magis offendunt, vitiantq; corpus*. Præcauenda **B**
igitur vomitoria validiora, quæ fiunt elleboro, genistæ seminibus, ebuli, & quod pessimum, antimonio, Sed vomitui assuefaciendum vnctuosis, & dulcibus post alia præassumpta eibaria, vt vino dulciore, tepido, iusculis pinguioribus in fine mensæ, butiro, atquè similibus; Huncq; in modum spontimus quasi vomitus effectus, præter enarrata bona, quæ parit, liberat ab epilepsia per consensum à partibus infernis, lepra, & melancholia, grauitatem capitis remouet, factam ab eisdem partibus, visum clarificat, auditum, & ventriculum à bile corrumpente cibum emundat, remouet abominationem vini, & ponticorum, vel acetosorum, cachexiam, quæ disponit ad hydropem emen **C**
dat; vlceribus, quæ sunt in renibus, & vesica prodest, & lepræ forte medicamentum est, malitiæ quoq; coloris, epilepsiæ stomaticæ, icteritiæ, astmatis, tremoris, paralypsis, Auicennæq; testimonio dictorum omnium, *Ex curationibus est, quæ conferant habentibus vlcera nigra, & magna*; neq; mirũ, quandoquidem ex vomitu corpus vniuersum, & genus omne excrementorum purgatur; & quemadmodum lenis vomitus, atq; spontinus bona hæc omnia parit, sic violentus, ventriculum, **D**
replet prauis humoribus, pectori, visui, dentibus, & capitis omnibus morbis, per essentiam confirmatis, plurimũ obest.

Plutarchus vbi supra.

Vomitoria validiora ommittēda.

Vomitoria idonea.

Vomitus opportuni bona.

Vomitus totum purgat. Auic. vbi supra.

Rectus.

E

*Rectus insinuatur clysterium vsus, penès tempus, modum, qualitatem, & quantitatem, vbi data occasione, plurimùm approbantur.* *Cap. XVIII.*

MAGNA *pars sanitatis*, vt dicebat Auenzoar magnus Medicus, *cum locata sit in alui mollitie*, ad quam respiciens Auicennas, *pessimam*, dixit, *corporis esse constitutionem, in qua nulla supra, vel infra fit deiectio*, quasi dicere voluerit, vnam, vel alteram necessariam esse; absoluta tractatiuncula deiectionis faciendæ superiùs, vt inferiùs moliendæ, spectabimus. Quum igitur Vrbani vomere non possunt; vel si possunt, excrementa in intestinis subsistunt, optimus Clysteriorum est vsus, de quo ita Plutarchus: *Porrò quum dura sumus aluo, non aliud remedium melius, quàm, vt his vtamur cibis, qui leniter cient aluum, & placidè soluunt, quorum cum familiaris est experientia tum vsus molestia vacat, quòd si minus his rebus commoueatur, tum oportebit per plures dies aquam potare, aut abstinere cibis; denique clyster sumendus potiùs, quàm pharmaca ista corpus perturbantia simul, & vitiantia, quæ vulgus cupidè, facileq; solet appetere; non aliter, quàm mulieres veneficiis vtentes, quibus abortum faciant, foetumq; perdant, vt rursùs impleantur, ac voluptuentur*: Hucusq; vir doctissimus, è cuius doctrina colligimus, clysteriũ vsũ pharmacis anteponendum, Tempus autem ex recentioribus matutinum est, quũ horæ diei fuerint frigidiores; ex Hippocrate vespertinum, dicente, *Iniectus est clyster, dormiuit, & sanatus est*; quasi dicere voluerit, vespere clysteres inijciendos; illudq; obseruandum, siue mane, siue sero clysteres fiant, vt facta ventriculi satiem, & iecoris coctione, fiant; Modus ex Auicenna hic est, *Clysterizandus iacere debet supinus, deinde ad latus sese reuoluere; quod si aliquis dolor adsit in ventre, atque hic sit decliuis ad partem dorsi, clyster administrandus, corpore resupino, si verò decliuis ad anteriora, corpore super ventre; sic enim faciliùs penetrat intestinorum giros; factoque clystere, super dorso decumbendum*: Ad modum quoq; attinet clysterium vsus magis, vel minus calidus; vbi namq; fuerit institutum corpus mollire, clyster non esse debet plurimùm calidus; sic enim diutiùs retinetur; vbi verò, discutere, calidior sit oportet. Quoniam verò non vno solo nomine clysteres induntur, sed multiplici,

ad

F

Libello de Tuenda.

Aluus dura vt mollienda.

Quando administrandi clysteres.

Lib. 1. fen. 4. cap. 17.

Quomodo clysteres faciendi.

Clysterium vsus multiplex.

ad molliendum scilicet, laxandumq; excrementa ducenda, ea lefaciendum, refrigerandum, siccandum, adstringendum, relaxandum, arrodendum, consolidandum, ad sedandos dolores, ad inflammationes, ad nutriendum, diuertendum, detergendũ, consolidandumq; ad vermes educendos, intestinorum, & sedis curandos affectus, ad ventriculi item, splenis, renum, vesicæ, vteri, mesenterij, aliarumq; vicinarum partium, ad corporis affectus, ad materiam quoq; capitis reuellendam, & ad omnes ferè superioris corporis affectus; eorum proponemus formulas, quæ Vrbanos præseruare, non curare sint aptæ. Quantitas ergo in primis ea esse debet, quæ à libra vna ad duas procedat, à semilibra in pueris, ad libram in grandiusculis; ad vnam, & alteram in grandioribus: Quandocũq; igitur fœces emollire, ac ducere opus erit, ad hanc duplicem clysteriorum formulam properandum, ad prioremq; pro diuitibus, & sic.

Quantitas clysterium.

Clyster emolliens pro diuitibus.

℞. *Radicum maluæ)*
*Bismaluæ* ))*ana vncias* III
*Liliorum alborum)*
*Foliorum Maluarũ)*
*Violariæ* ))*ana manip.* I.
*Bismaluæ* )
*Seminis lini vnciam* I.
*Ficuum aridarum, vel caricarum paria* XX.
*Melliloti*
*Camomillæ ana scrupulum medium*

*Misce, decoquantur omnia in iure pingui, & valida facta expressione, accipe libram illius vnam, & mediam. & adde Butiri, vel olei amigdal. dulciũ vncias tres, fiatquè clyster.*

Ad maiorem emollitionem, & pro diuitibus, ita mandandum.

Emolliens validior.

℞. *Cassiæ tractæ vnciam* I.
*Mellis violati vncias* III.
*Olei violati vncias* IV.
*Decocti prædicti libram vnam*

*Misce, fiat clyster, in cuius decoto præcauenda graueolentia, à quibus Vrbani solent offendi, ad daturq; semper modicum salis.*

Quòd si facultas fuerit sopita, deueniendum ad acriora, sic.

In virtute sopita.

℞. *Mercurialis)*
*Ciclæ* ))*ãn. manip.* I.
*Parietariæ* )
*Anisi, Fœniculi ana drag.* II.
*Aquæ tetutianæ libram vnam, & mediam*

*Misce, fiat clyster, cui ad maiorem vim addi potest vncia Benedictæ laxatiuæ. Illudq; obseruandum, quod si vrbani tententur capitis dolore, abstinendum ab ijs, quæ caput grauant, cuiusmodi fœnum græcum, lini semen, nitrum, & alia odorata.*

Obseruatio.

Facilior tamen, & pro maximè delicatis erit clyster laxans, & molliens parandus hunc in modum. ℞. *Olei*

Discutiens pro delicatioribus.

| | |
|---|---|
| ℞. *Olei amig. dulciũ)* *Liliorum )) ana uncias* III *Irini )* *Vini albi dulcis uncias* IV. | *Misce fiat clyster, in quo, vini loco sapa imponi potest, aut iusculum prapingue cum sale.* |

*Pro pauperibus adeps, vel assungia felis, qua maximè mollit addi potest, Anseris item, & Anguillarum; pro diuitibus, Therebentina, opoponax item, & stirax Calamin: si multo dissoluantur oleo.* Et quoniam vrbani, ex fœcum retentione innappetentia laborant, ob pituitę præſentiam in ventriculo, aut bilis, quæ cum pituita, vel hæc sola coxenditum facit dolorem, ita perſcribere oportebit. Pro pauperibus.

| | |
|---|---|
| ℞. *Mercurialis) Cicla )) ana manipulũ* I. *Agarici ligati in petia drag.* I. *Florum camomilla pugillum I: Aqua Hordei, vel vrina puerorũ q.s.* | *Misce, bulliāt õnia simul,* ℞. *dicta decoctionis lib.* I. *Benedicta unciam mediã. Muria unc. unã f. clyster. in maiori etiam quãtitate.* |

Ad appetentiam reuocã dum.

Sed quoniam bilis peccat quandoq; in inteſtinis, ex cuius præſentia inappetentia, & ſitis emanat, ita clyſter mandandus. Ad bilem in inteſtinis.

| | |
|---|---|
| ℞. *Malua. bismaua, Cicla, Mercurialis ana manipul.* I. *Seminum quatuor frigidorum maiorum ana unc. mediam Seminis lini unciam vnam Florum camomilla, Violarum ana pugillum vnum* | *Misce, fiat decoctio in aqua Hordei, & in librã vnam dissolue Diaprunis solut. drag.* III. *Olei violati uncias.* III. |

Clyſter autem coxendicum reſpiciens dolorem à pituita ſequens eſt.

| | |
|---|---|
| ℞. *Enula campana Iridis recentis ana uncias* II. *Asari unciam* I. *Fœniculi carui, psansuci ) ana Ruta, pulegij, mercurialis) scrup.* I. *Seminis appij, petroſellini ana dra.* II *Florum lauendula, Gentiana ana manipulum vnum* | *Fiat decoctio in vino albo, vel vrina pueri biliosi accipe dicta decoc. lib.* I. *benedicta unciam vnam,, olei anethini uncias duas, fiatq; clyster, ieiuno semper ventriculo.* |

Ad coxendicum dolorẽ à pituita.

Si Vrbani ſint diuites, fiat ex libra media olei de Thimo, de Roſmarino, de Mentha, de Camomilla, Liliorum alborum, de Ruta, Irino, vel ſpica cum libra vna vrinę puerorum. Quòd ſi Vrbani præcauendi ſint à morbo, ſeu dolore iliaco, clyſteres accommodatiſsimi erunt duorum generum, emollientes, ac leniter detegentes, ſiue inteſtina mundantes ab excrementis, prioris generis, erit ſequens. Pro ditioribus.

℞. Ra-

Ad dolorem iliacum.

*℞. Radicum altea libram mediam*
*Malua cum radicibus manipul. II.*
*Violaria Manipulum I.*
*Florū violarū camomilla ana pug. I*

*Fiat decoctio in aqua hordei, & facta colatura, sume libram I. cassia tracta vnc. I. Olei viol vncias III*

Fiat clyster, qui si minùs bellè ducat, adaugenda cassiæ dosis, addendusq; betę, & cielæ succus ad vncias duas, factaq; fœcum eductione, alter administrandus, cuius hęc erit forma.

Clyster leniens dolorem.

*℞. Lactis vaccini recenter mulsi lib. vnam, & mediam, Olei violati vncias tres, Misce, fiat clyster.* At vbi subiaceant Vrbani cholico, accōmodatissimus est, qui habet intestina crassiora detergens à pituita.

Clyster curatiuus doloris iliaci.

*℞ Seminum anisorum, fœniculi vnciam I.*
*Sem. Appÿ, Petrosellini, Anethi ana vnc. med.*
*Florū camomilla, Anethi, Sābuci ana pugil I*
*Vini albi q. s. pro decoctione ad quartam partem, vel Aqua tetutiana, vel cōmunis salita,*

*Misce, accipe dicta decoction. vncias VII. Olei camomellini, & Rutacei ana vnc. III*

fiat clyster, cuius loco ex improuiso plurimùm valet sequēs

Clyster curās cholicū.

*℞. Vini albi, Olei nucum ana libram mediam, fiat clyster,* qui ad curandum quoq; cholicum aptissimus est; Et quoniam ex retentis foecibus complura gigni solent symptomata, vnaq; vaporum eleuatio ad partes superiores, vnde ipsarum oblæsio, pro causa retentionis occurrendum; Si itaq; siccitas fuerit, quæ innotescit ex deiectione fœcum siccioru, caprarum instar, clysteres emollientes præcipiendi; si verò frigiditas externa, calefacientes, siq; caliditas interna, humiditates absumens, refrigerantes; Horum materia erit aqua hordei, alterata cum seminibus quatuor frigidis maioribus ad libram vnam, & mediam, illorum vinum, vel vrina, decoctumq; paratum in officinis, quod carminatiuum dicitur, ex cumini semine, fœniculi, camomilla, anetho, & similibus; Priori generi clysterium refrigerantiū accommodatur etiam serum caprinum, vaccinum, & oleum violaceum. Illudq; attendant Vrbani, quibus amicus est cum Auicenna clysteriorum vsus, quòd in maiori quantitate mandandi, quum superiora intestina fuerint euacuanda, In minori, quando inferna, quum verò media, medіocri, vt ad libras duas, vnam, & mediam, & ad vnam. Sed quoniam nonnulli clysteres abhorrent, his glandes inijciendæ, formula, eaq; præstantissima pro diuitibus hæc esse potest.

Ad fœcum retentionem.

Multiplex forma clysterium.

Clyster refrigerans.

Obseruatio circa quantitatem.

Glandium vsus, & formula.

*℞. Coriandrorum semicopertorum cum saccharo libram. I.*
*Sacchari rubei libram alteram, dissolue sic.*

*Misce bulliāt omnia. s. a. ad consumptionē media par-*

*℞. Polipodÿ*

E ℞. Polipodij quercini vncias II.
*Esulæ vnciam mediam.*
*Aquæ stillatitiæ ebulorum lib.* I.
*tis, & facta colatura,*

Pro diuitib. tantùm.

*Adde senæ orientalis vnciam vnam, & mediam Ellebori præparati vnciam mediam, facta infusione per horas XXIV. dissolue iterum saccharum mediocris consistentiæ, superinfundeq; more solito, quo fiunt coriandri, ad magnitudinem ciceris pro pueris, auellanarum, pro grandioribus, in fine autem sequentes inspergito pulueres.*

℞. *Agarici electi.*
*Pulpæ colocinthidis) ana vnc. I.*
B *Specierum Hieræ*
*Pulueris anisorum,*
*Cimini ana drag. vnam, & mediam.*
*Esulæ vnciam vnam & mediam*

*Reformentur in fine coriandri quorum vsus esse debet trium, vel quatuor pro vice; vt dictum, inferiùs ante cibum, mane, vel sero, vt libet.*

Pauperes vti poterunt suppositorijs de speciebus Hieræ, & melle, Sapone, Murino stercore, penna, larido, & similibus.

*Multiplex insinuatur inaniendi corporis formula, vrbanis accommodata iucunda, & blanda per vinum, & acetum, Diacytonium, & alia huius generis condita pro Biliosis, Pituitosis & Melancholicis.* Cap XIX.

MEDICI, & vrbanorum præcipuè munus, cum sit iucundè mederi, abhorrentibus vrbanis propositas hactenùs inaniendi corporis formulas, nonnullas excogitauimus, quibus cum iucunditate vtantur. Prior autem est vinum, quod nulli non placet, mollitq; aluum, & potui accommodatum; habet igitur hunc in modum.

Vinum emolliens aluum.

℞. *Vini albi optimi lib.* I.
*Senæ orientalis vnciam* I.
*Anisorum præparatorum drag. II.*
*Cinamomi*
*Zinziberis) ana drag.* I.

H Misce infundantur secundùm artem, & facta infusione, sumatur vncia vna, vel altera, quæ satis est pro vice ante cibum sero, vel mane; cuius loco & in acetarijs vti licebit aceto, hunc in modum parato.

℞. *Aceti acerrimi lib. I.*
*Senæ orientalis vnciam I.*
*Anisorum præparatorum drag.* II.
*Zinziberis, Cinamomi ana drag. I.*

*Misce fiat infusio secundùm artem, seruetur ad vsum in acetarijs, præcipuè de coctis, boragine, cicorea, endiuia, lactuca, &c.*

Acetum soluens ventrē.

Præter

Præter hæc duo sunt Diacytonium solutiuum, & saccharum rosaceum, quod solutiuum paratur in officinis, cuius dosis est, ab vncia vna, & media ad duas. Diacytonium verò, quoniam paratum non habetur, & si habetur, haud pro vrbanis est, hunc in modum parari debet. A

Diacytoniũ solutiuũ pro vrbanis.

*℞. Senæ orientalis ) Polipodiỹ quercini ) ana vnc. I.*
*Agariei albissimi ) Rhabarbari electi ) Medullæ semi. cartami ) ana vnc. mediam.*
*Thimi ) Epithimi ) ana dragmas III.*
*Turbit ) Macis ) Cinamomi ) ana drag. II. ſ.*
*Hermodactil oriũ ) Zinziberis ) ana drag. mediam*
*Infundantur omnia per horas XXIV. in lib. septem aquæ fontis, deinde coquantur, & in colatura coquantur lib. VII. carnis cytoniorum, & adde huic pulpæ decocta, sacchari, vel mellis quantum satis, coque iterum ad consistentiam, & cum fuerit refrigerata, adde iterum Diagridiỹ subtiliter puluerizati dragmam vnam pro libra; incorporentur simul optimè, conditumq; seruetur ad vsum, cuius dosis esto ab vncia media, ad dragmas sex*; Neq; verendum de Diagridio, quandoquidem cytonium, quod amicum ventriculo, illud corrigit, & castigat; Soluit enim sine molestia, podagricis confert, dolori capitis à qualibet causa, morbisq; materialibus penè vniuersis: Et quoniam satis non est pro vrbanis vna, vel altera formula, quantum vis iucunda inaniendi corporis, alias apponemus, quarum prima est Alexandri Petronij, Medici non vulgaris electuarium, habet autem. B C

Quibus vtile morbis.

Elec. de Zibibo soluens ventrem.

*℞. Polipodiỹ quercini vncias IIII.*
*Foliorum senæ orientalis ) Radicũ alteæ absq; meditullio ) ana vnc. II*
*Anisorum dragmas II.*
*Misce coquantur omnia in vase terreo vitreato in suffic: quantitate aquæ, deinde adde Zibibi loti, & enucleati per setaceum trasmissi lib. I. & med. Sacchari optimi lib. I.* coquantur iterum ad formam consistentiæ, cuius dosis est ad vnciam vnam, cum dimidia ante cibum: Formula secunda est, quæ habet. D

Syruppus soluens. & leuiens.

*℞. Foliorũ Mercurialis manip. IV.*
*Cinamomi dragmam I.*
*Anisorum dragmas III.*
*Aquæ communis quantum satis.*
*Bulliant omnia simul, & facta colatura.*
*℞. huius colat. vnc. VIII. sacchari albi vnc. VI.*
Misce fiat syruppus, vtendi modus, & quantitas eadem est cum electuario prædicto: Tertia formula est, quæ habet.

*℞. Polipodiỹ quercini mũdi vnc. IV.*
*Zinziberis dragmam mediam*
*Misce, bulliant, & facta expressione.*

*Semi-*

E *Seminum fœniculi dulcis drag.I.* | ℞.*Expressionis lib.I.*
*Anisorum dragmas II.* | *Sacchari albi vnc. IV.*
*Aqua communis quantum satis.* | *Margarit preparat scrupulos quatuor, Corallorum rubeorum dragmam vnam, & med.* misce, ceterum fiat elect. ad ignem secundum artem, cuius dosis est ad vnciam vnam pro vice: Formula quarta est, si Electuarium, quod nuncupatur Diaphenicon, vel de Dactalis redigatur in tabellas, quarum vsus esse potest ad vnciam mediam ante cibum. Quinta formula est, si hunc in modum rotulæ perscribantur.

Electuarium leniens aluum pro diuitibus.

Electuarium in tabellis.

℞.*Specierum electuarij Elescoph. dragmam vnam*

F *Sacchari finissimi vncias tres. misce fiant rotula XV. sumatur tres, vel quatuor pro vice, aut quinque tribus horis ante cibum;* vim enim habent purgandi quamcumq; cacochimiam, præseruantq; gallicos, & arteticos, à consuetis doloribus: Sexta formula est pro cholericis, in quibus redundat bilis, si accipiant saccharum rosaceum ad unciam unam, & Rhabarbari puluerem ad dragmam unam per horas duas ante cibum. Septima est pro pituitosis, si dragmam alteram capiant radicis mechioacā cum uncijs tribus, uel quatuor optimi iusculi. Octaua pro melancholicis est, si capiant infusionem senæ in iure cum modico cinamomi, & anisorum, sic faciendam.

Rotulæ soluentes ventrem.

Sacharū rosaceum solutiuum pro biliosis.

Pro pituitosis.

G ℞.*Vnciam vnam sena orientalis, Cinamomi dragmam mediā, Anisorum dragmas duas*, omnia per noctem hæc infundantur in iure paruæ pullæ, vitulino, aut veruicino, paruaq; facta, vel nulla ebullitione, sed colatura, sumatur calida tribus, vel quatuor horis ante cibum; Quibus ni contenti sint vrbani, sed abhorreāt singula, quæ per os capiuntur, quæq; inferiùs induntur, defricent palatum singulo mane cum modico ox mellis squilliticì, cuius vires sunt elicere per os magnam pituitæ copiam, quę soboles in vrbanis est morborum penè omnium, capitis thoracis, uentriculi, & extremorum.

Pro melancholicis.

Infusio senæ vt facienda.

Selectum medicamen purgans sine assumpt.

H *Periucundus alter, & quotidianus inaniendi corporis vsus, byeme per oximellite, syruppumq; acetosum æstate, cum vtriusq; viribus, & compositione, ab Auicenna depromptis.*
Cap. XX.

QVEMADMODVM *corpora sana*, Hippocrate uel auctore, *non medicanda*; ita eorum, quibus aliqua imminet ægritudo, præseruandi gratiā, medicamentis tractanda; In eorum autem censu quoniam corpora Vrbanorum sunt;

Qui

Qui propositam inaniendi corporis formulã, per tot blanda præ A
sidia re uunt, sequentem per oximellite & syruppũ acetosum sim
plicem quàm iucundissimam poterunt amplexari. De vno enim,

Oximel quibus couenıat

& altero edisserens vniuersa medicorum schola, veterum, atq; recentiorum, oximellite corporibus pituitosis, & frigidis, syruppum acetosum simplicem biliosis, & calidis aptissimum con

Quibus syrup. acetosus simp.

firmauit, illud ratione mellis, quod calidius, alterum sacchari, quod minus calidum; Vtq; vnius, & alterius vsum consequantur vrbani, Vires apponemus in primis, ab Auicenna his ipsissimis verbis insinuatas. *Dicamus*, inquit, *quòd iuuamenta*

Vires, & facultates syruppi acetosi simp.

*syruppi acetosi magna excellentia, quæ in alijs syruppis non existimatur reperiri, sunt incisio, subtiliatio, & apertio, absq; calefactione, & huiusmodi via quidem est magni iuuamenti, multa vtilitatis, & sufficientiæ in arte medicinæ. Nam principalis via conseruationis sanitatis est probibere oppillationem, si accidit in corpore, vel probibere oppillationem, ne accidat in cor-* B

Cibaria sana quæ.

*pore, ita vt Medici medicinas, & cibaria aperitiua appellent sana, idest conseruantia sanitatem, & hoc est necessarium, in his, in quibus conueniunt sermones ipsorum super hoc: Syruppus autem acetosus operatur hanc operationem in sanitate absq;*

Sy. acetosi simp. vsus quotidianus esse potest.

*calefactione corporum, quare est possibile propter hoc, vt ipse administretur semper. Et si administrarent ad hanc intentionem, aliam à syruppo acetoso, quæ res esset ex eis quæ extinguunt, &* C
*non infrigidant, tunc calefieret hepar ipsorum, & acciderent eis ægritudines calidæ. &c. Ceterum vim habet inaniendi syruppus iste, quoniam excrementa, quæ compererit in primis vijs, stomacho, mesenterio, et partibus vicinis expellit per secessum, per*

Syruppi acetosi simplic. vires.

*vrinam, & si fuerint materiæ in dispositione leuigantium, seu natantium, per vomitum: hic idem syruppus acetosus quando occurrit humori præparato, vt conuertatur in choleram rubeam, prohibet ipsum conuerti ad eam, & si permisceatur cum cholera citrina, resoluit eam, si fuerit paucæ quantitatis, & frangit superfluam eius caliditatem, & eius acuitatem vel nocumentum;*

Pro iecore.

*Si verò cholera fuerit multa expellit eam per vomitum, vel per* D
*secessum, & per vrinam. Et ex iuuamento syruppi acetosi est, quòd ipse aperit oppilationes hepatis cum infrigidatione eius tem-*

Pro liene.

*perata, ita vt prohibeat ipsum, ne inflammetur, aut accidat in eo apostema calidum. Amplius ipse syruppus acetosus subtiliat cum hoc grossitiem splenis, & extenuat eum, & attenuat fæculentiam sanguinis quæ in eo, ita vt faciat effundere plurimum fæculentiæ eius ab ipso splene ad intestina, & pauci faciat effusionem eius ad os stomachi, quare in hoc est magni iuuamenti,*

*& ex*

E *& ex iuuamentis etiam syruppi acetosi est, quod sit causa paucæ generationis cholera nigra in corpore, propterea quod expellit materiam eius ad intestina de die, in diem, & ex eis est imprimere appetentiam cibi, propterea quod ad os stomachi pro appetitu excitando peruenit de hoc humore melancholico, cuius vicissitudo est in aceto, vel cuius locum tenet acetum, & ex eis est, quòd ipsemet syrupus acetosus est fundamentum sanitatis conseruationis, conseruando incolumia hæc duo membra, scilicet hepar, & splenem, Etiam syruppus acetosus aggregat conseruationem amborum duorum membrorum secundum dispositionem suam naturalem; quoniam plurimum incolumitatis hepatis non est, nisi* Fundamentum conseruationis sanitatis.
F *apertio concauitatis venarum paruarum, peruenientium à concauo hepatis, ad gibbositatem ipsius, & prohibitio ne accidat in eo inflammatio, aut apostema calidum, & plurimum quidem apostematum splenis non accidit, nisi per multam adhærentiam fœculentiæ sanguinis in eo; Syruppus acetosus etiam mundificat, & incidit, quod pulmone de humoribus grossis opertet expelli, quare per hoc confert astmati grosso, vel astmati causato, a materia grossa, non ex hoc, quod prohibeat tussim, imo quia excitat tussim, & abscindit illos humores, quare sit illud causa expulsionis eius, quod in canna pulmonis reperitur, & mundificationis eius & propterea Hippocrates, & alij antiqui administrauerunt sy*- In columitas iecoris vnde Sy. acetosus vtilis pulmoni.
G *ruppum acetosum in fine, solatri, seu rabu, seu astmatis grossi, & similium ægritudinum pectoris & pulmonis: Hic idem syruppus, præcipuè squillsticus iuuamentum affert epilepsiæ, & squinantiæ, quando fiat gargarisma ex eo, & in descensione phlegmatis à cerebro. & exiccatione linguæ, & mundificatione plegmatis à partibus oris, & iuuat bothor, & alchola, & fœtori oris qui est ex calore stomachi. & soluit scrophulas non vlceratas, quando cum eo permiscetur farina hordei, neq; inflammat in suis iuuamentis plurimis; Confert sciaticæ, & dolori iuncturarum, & morsui viperarum; & ei, qui sumit in potu opium, &c. Dixit Gal. (hæc etiam Auuicennæ) quòd est potio magis conueniens* Oximellitis squillitici vires. Pro Sciatica.
H *omnibus complexionibus, & ætatibus pro conseruatione sanitatis ipsarum, quoniam ipse aperit oppilationes, & vias strictas, & prohibet, ne retineantur in eis chimi grossi. & ipse est ex medicinis sanis, & sufficiunt tibi laudes, & excellentia iuuamenta, quæ Galenus sermone absoluto tribuit syruppo acetoso, & non sic loquitur in operatione aliarum medicinarum, quia de eis non commemorat iuuamenta, nisi etiam adiungat nocumenta ipsarum à quibus cauere oportet. Et dixit Galenus quod syruppus acetosus factus cum succo cytoniorum non lædit stomachum, &*

S factus

*factus cum succo cytoniorum non lædit stomachum; & factus cum aceto squinantico non nocet neruis; Et dixit Rufus, quòd syruppus acetosus contrariatur phlegmati, & cholera, & prohibet generationem amborum, & commouet appetitum.* Hæ sunt vires præstantissimi huius syruppi, qui licèt ex Auicena pauciores habeat noxas, diluemus nos tamen omnes in sequenti capite; in istoq; illud repetimus, easdem esse vires oximellitis simplicis, & saccharini, differre tamen ratione illorum, qui debent assumere vt dicemus. Compositio autem syruppi acetosi hæc est. A

Syruppus acetosus innoxius.

Compositio syrup aceto si simplic.

℞. *Aqua fontis lib. V.* *Nota quod aqua potest esse fluminis, Pluuialis cisterna Puteiq;*
*Sacch ari optimi lib. IV.*
Misce bulliant ad mediam partem semper despumando, & adde post despumationem Aceti optimi lib. II. plus, minusue, pro gustus maiori, aut minori iucunditate; Loco sacchari substituitur mel: Temperatus fit ex vtrisq; ita vt compositio sit ex æquali portione mellis, & sacchari cum dicta quantitate aquæ, omnibus redactis in formam syruppi, de cuius recto vsu modò scribemus. B

*Syruppi acetosi præstantia, in præcauendis morbis à bile, & pituita; eius aliqua suspecta noxa, in quibusdam affectibus, vt corrigatur; exhibendi modus quocumque anni tempore; triplex eius natura; quæ vnicuiq; accõmodata; vtq; iucunditas in eo exhibendo maximè attendenda.* Cap. XXI. C

SYRVPPI acetosi simplicis laus, pro tuenda valetudine, ac præcipuè vrbanorum, eaquè cum iucunidtate, quanta sit, ex Auicenna, qui tractatum fecit de hoc solo syruppo, innotescit; Ex tribus autem syruppis, qui sunt quotidiano in vsu, pro cauendis morbis ferè omnibus à pituita, & bile proficiscẽbus, oximellite .s. simplici, Acetoso simplici, & oxisaccharo (quod fit cum portione aliqua succi granatorũ, præter alia, quæ alijs duobus communia sunt) syruppus acetosus simplex, ex Rondelitio viro grauissimo est medius; propterea quod, vbi oximel in præcauendis morbis à pituita conuenientissimum est; oxisaccharum a bile, respectu succi granatorum; syruppus acetosus, ab vtrisq; vtrumq; eum respiciat humorem; Quod cũ ita fit, minimè pertimescendus ijs in casibus, quos retulit Auic. quãdoquidẽ facillimo negocio emẽdari potest iucundioribus nonnullis simplicibus, quæ adiumento etiam esse possint D

Siruppi tres pro cauendis morbis.

Syruppus acetosus respicit bilem, & pituitam.

ijs

E ijs morbis, in quibus suspectum duxit Arabum Princeps, in principio scilicet excoriationis intestinorum, in doloribus matricis, in cholicæ principio, in tenasmo, hæmorroidibus, ragadijs ani, huius egressione, in nausea plurima, subuersione, fluxu saliuæ ab ore, in tremore, iectigatione, paralysi, in morbis intestinorum, ventriculi, & matricis, in destillatione vrinæ à frigore vehementi, in dolore dorsi, genuumq; ab humore crudo, in patientibus melancholiam, & vomentibus acidum, & in tardis ad venerem; Non inquam pertimescendus syruppus iste, quoniam loquitur Auicenas de morbis iam dictis in facto esse, nos autem præcauendis; præterquamquod omnis remouetur noxa, & huius F suspicio, si admisceatur in decoctione, vt innuimus, bettonica, buglossum, borago, passulę, vel poma appiana, & cinamomi modicum; vel si passulæ bolliant in aceto. Vtendi verò modus, hic est, Bile in corpore rebundante, vel pituita, syruppus eligatur ex arte paratus, vt dictum, ad ignem sine fumo, ad consumptionemq; dimidiæ partis librarum dictarum quinq; aquæ, & quatuor sacchari semper despumando, acetum addendo in fine ad libras duas. Huiusceq; syruppi facta electione, videndum, an satis gustui faciat Vrbano, cuius gratiâ variandum acetum, hũc scilicet in modum: Si Vrbani velint hunc syruppum imbecilliorem, & sint valde graciles, acetum verò sit acerrimum, satis erit G addere libram vnam, & mediam aquæ, & sacharo iam decocto, & despumato: Quòd si vrbani velint validiorem, sintq; obesiores, vel saltem carnosiores, acetum addi potest ad libras tres; At si vrbani pinguissimi sint, & magna egeant incisione, acetum vel acerrimum addi potest ad libras quatuor; verum equidem est, vt ego facere soleo, syruppum semper aromatizandum cũ modico cinamomi, & sic acetosus iste syruppus triplex esse poterit, debilis medius, fortis; Debilis locum habet vbi ventriculus sit debilis, neq; impensè calidus, vbi nõ magna viscidictas est, & corpus sit delicatum; Medius satis est, vbi ventriculus erit validior, atq; calidior; Fortis vbi ventriculus fortior, & ab errore in vi-H ctus ratione pleniori, viscidæ pituitę factus erit aceruus; quòd si acetum sit acerrimum, quale Picenum, duæ libræ, pro tribus, ac tres pro quatuor poni possunt; In locis, in quibus acetum est imbecille, vt Ferrariæ, plus, minusuè, quatenus vrbanorum gustus exposcit; Ego enim cum Galeno hac in re sentio, in exhibendo sci licet huiusmodi syruppo, quod ipsemet de oximellite sentit, *Vtilem nimirum esse, si iucundissimus sit*, quod si iniucundus, aduersum, quare cõsulendus, vt prædiximus omniũ gustus. Exhibendus autẽ, veluti oximel, hyeme calidus, ęstate frigidus; Tẽpus opportunum,

In quibus morbis suspectus.

Vt suspicio remoueatur

Sy. acetosi vsus.

Syruppus acetosus vt variandus in aciditate.

Auctor aromatizat.

Syrup. acetosus simplex tribus fit modis.

Lib. 4. de Tuenda valet.

Gal. 1. de vic. rat. in

tunc erit matutinũ, tribus ante cibũ horis, postquã aluus fuerit A
exonerata, totum, & partes cõsuetis vestibus indutum, & corpus
exercitationi, vnicuiq; propriæ accommodatum. Quantitas esse
potest ab vncia vna cum dimidia, ad duas, assumendusq; coclearibus repetitis, pauxillo temporis interposito; sic enim, quæ in vẽtriculo est viscidior pituita, faciliùs per sputum educitur; vnde, Galeno auctore, coctionis tarditas emendatur. In morbis tamẽ præcauendis Thoracis, ex pituitæ præsentia, oximel syruppo acetoso simplici anteponendum, quemadmodum in morbis iecoris, tam à bile, quàm pituita oximelliti syruppus acetosus anteferendus, qui æstate præcipuè, per Siluium debet parum, coqui, vt fiat liquidissimus, limpidissimus, & iucundissimus; nam præterquã B quòd faciliùs penetrat ad partes remotiores, accedit, quòd sitim faciliùs arcet; quo nomine, si quis admiscere velit endiuiæ aquę vncias quatuor, aut quinq; cũ vncia vna, vel altera huius celeberrimi syruppi, scopũ consequetur; cũ oxalidis autem aqua, vel cicerbitæ præstantissimus fit potus, quum viget pestis. Cumq; aliquod adest prohibens, vt melancholicus humor, vel vterus, qui acetũ ex Hippocrate respuit, admiscendæ ex placitis Siluij in decoctione huius syruppi radices fœniculi, atq; petrosellini, sitq; syr. de duabus radicibus cum aceto, qui loco acetosi simplicis in mulieribus est accõmodatissimus; præterea hoc in casu acetum in minori esse debet quantitate, & quod Galenus præcipit facien C dum in oximellite, facimus nos in acetoso simplici, Gal. mel duplum miscet, & melli duplam aquam, nos miscere possumus duplum sacchari, quando veremur, ne lædat frigidiorem ventriculum, vterum, vel melancholicos; Hincquè & Mesues aquam propè duplam saccharo miscet; vel appium iterum, & & fœniculum in aqua decoquenda, syruppusq; efformandus, easdem obtinens vires cum acetoso simplici, melancholicis etiã hunc in modum accommodatus. Quomodocumq; autem hic syruppus præparetur, illud animaduertendum, ne fiat in vase æreo, licèt stannato, prauam quoniam qualitatem acquirit, sed terreo vitreato, D aut lapideo; eligendumq; acetum peroptimum, album, atq; de huiusce syruppi excellentia pro tuenda bona valetudine satis.

Lib. 6. de Tuenda.

Comment. super Mesue.

Vtendi modus.

Hip. 5. de rat. vict. in acutis.

Ad notatio circa syr. acetosum.

Animaduersio circa syrup. acet.

E

*Vrbani, & alij quomodo præcauendi à grauioribus nonnullis morbis, & à quibus, ex recto cauteriorum, atq; setaceorum vsu.* Cap. XXII.

INTER ea, quæ tuendam vrbanorum respiciunt valetudinem, etsi minùs iucunda, tuta tamen, si non ei ta, cauteria cum sint, vel fonticuli, & setacea, quæ medicina excogitauit, ad minuendam cacochimiam in determinatis corporis partibus, de his vltimo loco per tractare decreuimus; vt si qui sint, qui eorum vsui velint sese accommodare, quàm facillimè possint. Ergo huiuscemodi præsidia cum ab arte fuerint inuenta ad deriuandum, reuellendum, & intercipiendum excrementorum copiam ad partem, vel ad partes ruentem; continenter enim per cauteria excrementum effluit; Vsus, præseruandi magis, quàm curandi expendetur à nobis: Aptissimum itaquè cauterium est in primis, in bibonibus, & excrementosis, ratione capitis, ventriculi, hepatis, lienis, & vteri, præcipuè verò in illis præcauendis affectibus, in quibus periculum, ne materia excrementitia peccans in corpore, ad aliquam nobiliorem præcipitet partem, morbumquè, aut improuisam mortem inducat; sed & in illis adhuc magis, in quibus viscera principalia sunt adeo intemperata ab ipso etiam ortu naturæ, vt nullo medicamentorum genere ad pristinam reuocari possint temperiem, vt illis euenire solet, qui in viuẽdi ratione sunt admodùm intemperati, vel morbo aliquo hæreditario affici consuevère, aut qui epilepsia, mania, lethargo, & omnibus vitijs capitis, ab humorum fluxione pendentibus tentari soliti fuerint, vt paralysi, stupore, tremore, artritide, conuulsione, dolore dentium, gingiuarum putredine, erosione, internarum partium oris vlcusculis, catarrho, asmate, empiemate, phtysi, & huius generis alijs, quæ à fluxione scaturiunt: Conueniunt quin etiam in doloribus præcauendis, ijsq; inueteratis ventriculi, abdominis, vesicę, vteri, ani, à quo, vt ad caput redeam, in morbis oculorum, epiphora, siue lacrhimatione, difficultate loquendi, in strumis, in tumoribus, qui aduentare solent, in corporis partibus, in hydrope, in melancholia hypocondriaca, vrinæ ardore, atquè in omnibus morbis partium determinatarũ, quæ humorali aliqua tentatur fluxione, dummodo corpus non

Cauteriorũ vsus.

Inuentionis ratio.

Auctoris cõsilium in vsu cauterij.

G Quomodo expediat vti cauterijs.

In quibus pcipue morbis.

H Morbi a fluxione.

Cauteria quibus precipuè accomodata

fit plurimùm, & æqualiter imbecille; rueret enim tunc in maiori quantitate ad partes materia, casq; cum toto magis affligeret; Quid itaq; agendum cum pateat, in præseruandis Vrbanis, rectus vsus hic esse debet; Cauteria numquam afficienda ob nuper iam dictam causam in parte debili, emaciata, dolente, vel dolorifica: Tempus, quum in toto, vel partibus viguerit cachochimia, idest prauorum humorum præsentia, post purgationem, nostris pilulis moliendam, totum scilicet, vel partem respicientibus, pro natura tamen cacochimiæ; facienda quoq; sunt ieiuno ventriculo, tam diu verò gestanda, quoad humoralis materia reuellatur, deriuetur, intercipiatur, & absumatur: Numerus, vel discreta quantitas, nec non continua non vna esse potest, sed multiplex in determinatis corporis partibus, & maior, vel minor, prout materia euacuanda fuerit copiosior, vel parcior. locus iterum distans esse debet à neruis, à principioq;, & fine musculorum, sed quatuor, vel quinq; digitis transuersis, ijsq; in locis, in quibus ligatura perbellè accommodari possit, cuiusmodi partes infra, & supra genua, propè articulum vtriusq; humeri in bracchijs, occipicium, & sutura coronalis: Et propterea si humoralis materia generetur in iecore, petatq; caput, sicuti fit in melancholicis, eum illa in parte dextra resideat, cauterium in parte dextra efficiendum, affigendumq; in crure, vel coxa in parte domestica, Quòd si materia non caput, sed crura, testes, vel vterum, vel aliquam aliam infernam partem afficiat, non in cruribus, si vtraq; essent fluxionis subiectum, sed gratiâ deriuationis, & reuulsionis in bracchio dextro cauterium inurendum, vbi tamen priùs fuerit pertentata sensibilis per secessum, & vrinam, aut per vomitum, si expediat, vel insensibilis euacuatio; Illudq; animaduertendum, in auocanda fluxione à partibus infernis, ad supernas, nonnisi magno consilio hoc vno in casu progrediendum. At si vitium fuerit in liene, cuius causa materia ibi aggregetur, cauterium in finistro crure excitandum; Verùm vbi materia in capite generetur, cuius gratiâ symptomata grauiora contingant, neq; ad locum remotum moueantur, in occipitio, in vertice, & alijs capitis partibus cauteria, & inustiones, in bracchijs item fieri poterunt, in ea potissimum parte, in qua materia residet; tunc enim deriuatio fiet; quamuis & ad excitandum fieri possint in occipitio, & in vertice, vt in lethargo, quemadmodum libro integro secundo nostrarum Disceptationum medicarum ad ea, & in ea, quæ scripta sunt à Seuerino Gualterio Medico Physico Sanctogenesio, luce meridiana clarius innotescit; in ijs enim, huiuscemodi præsidij occasione

*Marginalia:* Quid prohibeant cauteria. — Tempus adhibendi. — Quot cauteria adhibenda. — Locus adhibendi. — In melancholia. — Notandum in auocanda fluxione. — In morbis capitis.

*Margin letters:* A, B, C, D

E occasione, cauterij nimirum, calentis ad caput sartaginis, & illitionis ardentis aquę in eodem, ex veterum, atq; recentiorum omnium placitis ostendimus, quid quid ad ignitorum pręsidiorum, in curando lethargo attinet vsum; monstrantes prauum intellectum illius vulgaræ propositionis, à qua disceptatio ferè tota sumpsit originem; Calidi cum sit attrahere, calefacientia medicamenta in lethargo minimè administranda: Verùm ad rem. si humoralis materia moueretur ad pulmones, ad dentes, ad gingiuas, ad palatum, & in occipitio, & in futura coronali, & in bracchio poterunt administrari; Siq; ad spinalem conflueret medullam, ad os sacrum, & ad lumbos, in collo, principio spinalis medullæ, ad intercipiendum poterunt iniungi; at locus magis particularis erit inter primam, & secundam vertebram, si in collo, in interna magis, quàm externa parte, si in brachio quinq; ab humerorum distātibus digitis articulis, vbi musculi manifesto intestitio apparent distincti; Idemq; locus in cruribus, eligendus, & coxis; hoc tamen dīscrimine, in viris equitandi gratiâ pars exterior eligenda, in fœminis, mestruorum gratiâ interior; In commissura coronali eligendus locus est medius, quò digitus medianus pertingit, carpo ad nares apposito, vt satis dictum, & repetitum citato nostro Disceptationum libro. Modus verò cauteria iniungendi duplex est, vel per ignē actualem ferro, auroq; ignito, vel potentialem, cuius materia hæc esse poterit. ℞. *Cineris ligni quercini nodosi, veteris, & imputris quantum voles, fiat lixiuium, quod per alios eiusdem ligni cineres trasfundatur, quod tertiò, & quartò fiat, mox isto in lixiuio calx extinguatur, cumq; resiccata fuerit, pilula efformetur, cauteriumq; formetur,* quod cum huiusmodi, vel consimili materia, infra caput magis, quàm supra, vel in capite arridet; pro pauperibus cinis tartari, è titymalo, ficus, trunci caulium, Fabarum scapis, vel farmento, cum sale ammoniaco, nitro, aut vitriolo Romano satis esse potest, vbi a fungia hæc fuerint excepta, & ciceris istar loco determinato apposita H Ceterùm pro ditioribus, quod sequitur, dotes admirabiles habet, pisiq; magnitudine patti superimpositum vnius semihoræ spatio, sine dolore, vbi pars fuerit expers inflammationis, quod optamus, molitur; cuttem, carnemq; subiectam exedit, vlcus pollicari magnitudine præstat, escharamq; adeo mollem, humidamq; relinquit, vt quinque dierum spatio absq; vllo scarificatu excidat, Materia, verò, & formula hæc est. ℞. *cineris truncorum fabaceorum, ligni quercini ana vnciam vnam. infundantur in modica fluuialis aqua copia, & frequentius agitentur,*

In defluxione ad os, & pectus.

Locus particularis cauteriorum.

In viris, & foeminis.

In capite.

Materia cauterij potentialis.

Pro pauperibus.

Pro ditioribus, & delicatis.

*superadde Calcis vivæ vncias quatuor, bis extinctis, versetur subindè diligenter id totum, per duos integros dies, quò capitellum fiat vegetius, quod percoletur per densum, crassumquè linteum, & exceptum capitellum subiecta pelui terq;quaterq, superfundatur suis cineribus, vt sic ignea illorum facultate faciliùs, & certiùs se imbuat; bulliat postea in pelui tonsoria, aut figulino vernice fictili incrustato, igne multo ex carbonibus excitato, quo vsq; spissius euadat, ita tamen, vt digitis facillimo negocio capitellum efformari possit, nimia non impediente ariditate, vel densitate*; Cauterio facto, escaraq; inducta, butyro, vel axsungia fouendus est locus trium, vel quatuor dierum curriculo, bis singula quaq; die vnum, vel alterum innouando, quoad escara fine crusta è loco detracta, vlcus inflictum appareat, super quo pilula è sambuci medulla efformata apponatur; curandumq; ne refugiat, pretereaq; superponenda carta lusoria, & fascia leuiori comprimenda, quousq; foramen appareat, intra quod pilula è cera ponenda, vel granum ciceris, aut viciæ, & sic pro viribus asseruandum; hine ederæ folia super lineo panno, vel carta sorbilla quotidiè mane, ac vespere, loco à sordibus depurgato apponenda; foramineq; confecto, lamina argentea, pro figura partis circumligata, extraponenda, & pars cauterizata munienda; obseruandumq; hyemali tempore, vt lana, & pellibus ad euitandum dolorem pars muniatur, æstate verò pampineis frondibus ab externo calore defendatur. eligendæ autem moscatelli; nam præterquam quòd prohibent inflammatioem, maiorem excrementorum alliciunt copiam: Cumq; humores in maiori quantitate confluunt, ne repellantur, sed corpus nostratibus pilulis ante cœnam assumptis frequentiùs expurgetur; quòd si humores non fluant, pilula in loco adhibenda ex ligno ederæ, vel cera cum æris æruginis portione, aut cantaridibus, aut pars confricanda panno calente, excitandusq; dolor. Ceterùm si cauterium administretur cum igne, ferroq; actu ignito, vel auro, iisdem attendendum, quibus excitatum fuit cauteriũ cum igne potenciali, quod familiarius cum sit vrbanis effeminatioribus; ita insigendum. Pars diligenter frieanda, donec rubescat, deinde leuioribus scarificatiunculis contrectanda, causticumq; superimponendum, quod pilulæ magnitudinem non excedat, cumq; sex, aut septem horarum spatio caro emortua videbitur, sequenti emplastro erit separanda. ℞. *Panis frumentacei subtilissimè puluerizati, vncias duas, vitelli ouorum numero vnum, Mulsæ vncias quinque, Croci parum, hydrelei quantum satis, misce, bulliant in formam emplastri*, quod tam diu

Quid agendũ facto cauterio.

Pilulæ pro cauterio diuersæ.

Animaduersio.

Obseruatio.

Quomodo cauteriũ potentiale iniungendum.

Escara quibus tollenda.

A B C D

apponatur

E apponatur, donec escara detracta, & pars à putredine vendicata satis appareat, ad globulum recipiendum; hæc autem ipsa futura erit, si abstergentibus, & exiccantibus ab vlteriori putredine vendicetur, quod per linimentum sequens efficitur. ℞. *farina hordei vnciam mediam, Mannæ thuris vncias duas lixiuij ex cinere ficus quantum satis, misce, fiat linimentum, globuloq; efformato, ex filis à linteaminibus excerptis, & super excoriata parte apposito, sic pars ab vlteriori putredine defendetur.*

De setaceis, eorumq; vsu illud nosse vrbanis est satis, aptissima scilicet esse ad intercipiendam fluentẽ quamcumque materiam ad pectus, ad reuellendam ab oculis, & desiccandum ab ore; *Setaceorum vsus.*
F quamobrem in præcauendis morbis materialibus dictarum partium setatea principem obtinẽt locum, purgato igitur corpore, vt dictum, locus determinatus, & idoneus erit inter secundam, & tertiam vertebram, in collo; modus erit per chirurgum administrandus; setaceoq; facto, duobus, vel tribus diebus pars foueatur brassica, butyro illita; quo tempore cum putrescat escara, funiculus ex seta, citra vllum dolorem poterit traduci & ederę folium tunc bis, vel ter superponatur in die, & pro materiæ fluxu remoueatur; Cumq; ad cicatricem ducendum, funiculus detrahendus, & pars, noua spongia vino imbuta, fouenda, implastrumq; Barbarum superimponendum: Quoniam verò,
*In morbis pcipuis.*
*Quomodo administrandum setaceũ*
G tam ex cauterijs quàm setaceis prauus odor perspirat, vino sępiùs cum aqua rosacea, petiaq; in vtroq; madefacta vnum, & alterum abluendum, petia etiam linea benè munda cum portione musci, vel ambræ asseruata in solita capsula, renouanda: Si excoriatio consequatur, abluenda pars aqua hordei cum maluis, serouè chalibeato, modicoq; vnguento roseo, & de cerusa delinienda; Vbi supersarcosis aduenerit, carnis videlicet excretio, hæc vel forcipulis incidenda, vel puluere aluminis rochæ vsti conspergenda; In reliquis grauioribus superuenientibus symptomatibus, callositate, siccitate, Gangrena, sphacelo, & huius generis, chirurgus aduocandus, illiq; curatio, & præcautio com-
H mittenda; Vrbanis hæc satis.
*Fœtor à cauterijs vt arcendus.*
*Excuriatio in cauterijs vt corrigenda.*

DE

# DE VRBANORVM VIRORVM TVENDA VALETVDINE.

## METHODVS

### *NOVA, PARVA, ET ACCOMMODATA,*

## SECTIO QVINTA.

*De praecauendis nonnullis grauioribus affectibus, tam Vrbanorum gratiâ, quàm aliorum, ex specifica illorum dignotione, decentiq; & opportuna eisdem occurrendi formula, Veneno scilicet, Morbo Gallico, Peste, & ijs omnibus in genere morbis, qui ex lassitudine quacumq; proficiscuntur.*

IOSEPHO PHAVORINO FABRIANENSI AVCTORE.

### *ARGVMENTVM.*

INSTITVTVM hoc nostrum scribendi genus admonet, inuitatq; nos, Quintam vt nostrae huic Methodo Sectionem addamus; in qua Vrbanorum causâ maiori ex parte, & aliorum morbos nonnullos grauiores praecauēdos et hos, et illos, facillimè cōdoceamus. illos repetimus morbos, qui vtrosq; sollicitant, omnibusq; magnum facessunt negotium; In Vrbanorum igitur gratiam quomodo praecauendum venenum, quod in principum mensis oberrat; & quomodo morbi, qui ex lassitudine proficiscuntur, à longiori venatu, ludo, itinere, vel exercitatione identidem praecauendi, monstrabimus; In gratiam quorumcumquè (Vrbanorum in primis habito consilio), vt praecauendus morbus sit Gallicus, & Pestis, vnus autem, & alter, ex cognitione sui ipsius vno vel altero dictorum morborum genere laborantis, absolutaq; ipsorum cognitione, cum opportunis praesidiorum formulis, Chirurgicis, Pharmaceuticis, ac Diaeteticis, quibus haec praesens nostra sectio perficitur, ad caleemquè Methodus vniuersa deducitur.

Quomodo

E

*Quomodo à veneno præcauendi Vrbani, ex generica, & specifica ipsius dignotione, faciliori q; interiùs, & exteriùs præsidiorum administratione, respectu quoq; serpentum, & aliorum animantium venenatorum.* *Cap. I.*

SI quid est, quod nobiliores omnes, Vrbanos, & Principes detorqueat magis, vna quoniam veneni suspicio est, ipsumq; venenum, quod oculatissimos quoq; fallit, ac decipit, ob malitiam Prauorum hominum, qui & in dulcibus & suaueolentibus, in floribus, & fructibus, sella, stapibus, & alijs huius generis mille admiscere venenum sunt machinati; Quomodo ab hoc vno valeant sese vrbani tueri, effugereq; animantium venenatorum contagium, propositum nobis est quàm breuissimè commostrare. Ceterùm cognitio cum in primis sit necessaria, de signis in primis agenus: Ergo signorum cum alia sint communia, & generica, alia particularia, & specifica; Prioris sunt generis improuisa, & ingens totius corporis grauitas, quæ sibimet absq; causa vehementer displiceat: ad hæc ab ipsius ventriculi orificio ad os vsq; & linguam indicibilis, ac tristis aliquis, & horribilis sapor, diuersus ab eo, quem cibus quicumque, vt vis corruptus soleat præseferre. Tertiò repentinæ coloris in facie mutationes, nunc in liuidum, nunc in flauum, aliumuè à communi hominum natura colorem: Quartò nausea, cum frequenti, & irrito plerumq; vomitu; Postremoq; inquietudo eius generis, vt omnia sursùm, atq; deorsùm, quæ in ventre sunt ferri videantur: Cumq; nullum coloris aut frigoris excedentis aderit inditium, syncopis absq; vlla causa sollicitat, sudorq; frigidus emanat venenum à tota substantia hoc ipsum conijciendum, in quo cor, tamquàm vitalis facultatis principium primò, atq; per se obleditur: Quod si lingua, ore toto, faucibus, ventriculo, intestinis, visceribusq; omnibus interioribus ardor percipiatur, magna sitis, iactatio, & sudor, calidioris veneni argumenta hæc erunt; quibus si accidat erodendi, & putrefaciendi vis, arsenicum, sublimatum, risagallum, æs viride, auripigmentum, & similia indicabit; ex quibus ventriculo, & intestinis punctiones, intolerabiles cruciatus, borborismi cum sonitu, sitis inextinguibilis, sudorq; nunc frigidus, nunc calidus cum vomitu, vnde mors, superueniunt; Ceterùm quæ refrigerandi venena facultatem habent soporem

F

*Marginalia:* Venenum in quibus subsistat. — Veneni signa generica. — Tertium. — Quartum. — Quintum. — Sextum. — Sudor frigidus. 7. — Ardor internus. 8. — Sitis. 9. — Iactatio. 10. — Signa particularia veneni. — Calidi. — Frigidi.

ſoporem veternoſum afferunt, motuſq; capitis incompoſitos, A ita vt homines deſipere videantur; ſudor quoq; frigidus aduentat, facies modò liueſcit, modò flaueſcit, horrida ſemper eſt, corpus integrum ſtupet; cuius veneni genera ſunt, Cicuta, Papauer, hyoſciamus, Mandragora, è quibus mors. Venena ſicciore vi prædita calorem fermè habent adnexum cum aliqua humiditate, ad conſiſtentiam faciente, veluti ſulphur, Lytargirium Ceruſa, Gypſum, ſquamma æris; Limatura plumbi, & Antimonium (videant qui Antimonio vtuntur, vel optimè præparato, vt inter venena connumeretur, mortemq; induat) ex quibus gulæ ariditas, ſcabrities, ſitis inextinguibilis, & ventris adſtrictio; ita vt, ne vrina quidem liberè fluat, omniumq; membrorum ſiccitas, & quaſi ariditas adſit, ex quibus vigiliæ intenſiores, nulluſq; ſomnus. Humida contra venena perpetuum inducunt ſoporem, diarrhoiam, neruorum omnium, & articulorum exolutionem, ita vt ne oculi quidem orbita ſua fideliter cõtineantur, ſed tamquam prominuli excidant, extremaq; corporis, manus, pedes, nares, aures, putrilagine corripiantur, & abſcendant; quo etiam tempore ſitis vrget, ob calorem putredinalem comitem. His veneni à qualitate occulta, & manifeſta conſtitutis inditijs, antipharmacis agendum, ijs ſcilicet, quæ à tota ſubſtantia cor, & vitalem facultatem corroborant, venenorumq; impetum extinguunt; id quod licèt valdè operoſum, C pro viribus obſeruandum in primis, nè Vrbani venenum aſſumãt, quique de veneno ſuſpecti ſunt, præcaueant dulcia, ſalita, acida, vel alio quocumq; prędita magno ſapore, ſiue poculenta, ſiue eſculenta ſint, in quibus facilius aſſumendum venenum abſconditur, in vnoq; præcipuè rubente vino; Ad hæc fame quum ingenti, vel ſiti capiuntur, ne auidius cibum, potumq; aſſumant, verùm eorum, quę aſſumpſerint, diligentiùs attendant ſaporem, qui vbi extraneus, à propria natura eorum, quæ ſumpſerint, videatur, eſculenta, & poculenta reijciant; At, quod Vrbanos præmunire maximè poteſt illud eſt, ſi optimarum carnium ius præaſſumant, theriacæ modicum, vel mitridatiæ confectionis, D cum ſaccaro roſaceo, & conſerua de acedine citri; Ficus vna, vel altera præpinguis cum nucis dimidio, & rutæ folijs tribus, vinoq; modico ſuperbibito, egregium ad venenum quodlibet extat anthidotum.

Venena frigida quæ.

Sicca quæ.

Adnotatio de Antimonio.

Signa ſiccorum.

Humidorum ſigna.

Alepharmaca quæ.

Venena vt præcauenda

Obſeruatio in cibo, & potu.

Præaſſumenda in ſuſpicione veneni

Ex Plinio lib 23. cap. 8.

*Quod Mitridates Rex Ponti ſæpè probauit,*
*Qui rutæ folijs viginti cum ſale pauco,*
*Et magnis nucibus binis, caricisq; duabus*
*Ieiunus veſci conſurgens mane ſolebat.*

cecinit Macer.

Quod

E Quòd si veneni assumpti adsit suspicio, alia incedendū est via, somnus in primis euitādus. sed cundo aqua, vel oleo butiro eliquato cū oleo, vel decocto seminis lini, & fœnu græci cū iusculo pinguiori vomitus prouocandus, ab hoc enim veneni vis refringitur, foras educitur, & aluus quoq; laxatur; illudq; habebunt ex vomitu, quòd non tantùm venenum euoment, sed veneni speciem dignoscent, cui determinato alexipharmaco poterunt occurrere; Vomitu pertentato, & facto, si venenum irrepsit ad intestina, clysteribus non dissimilibus vomitorijs agendum; Sed enim vbi, qui venenum assumpserint, vomere nequeant, illa exhibenda cathartica, seu purgantia, quæ magis venenis resistunt, euiusmodi, Aga F rieum, Aloes, Centaurum minus, Rhabarbarum, & alia, ex medicorum præcepto; indeq; clysteres ex cassia, cum decoctis pinguioribus, butiro, lacte bubalo, mucilaginibus lini seminis, psillij, cydoniorum, alijsq; laxantibus administrandi. Alterumq; obseruandum, ad tuendum sese à veneno assumpto, illud autem est, Per quam viam fuerit ingressum, per eandem egrediatur, & reuellatur, exempli gratia si per nares, per odorata, sternutatorijs agendum, si per os, vomitorijs; Si per anum clysteribus; si per muliebria pudenda, iniectionibus in vterum, per metremchitem expurgandum, & si per morsum, puncturam, vel laniatum, ijs ipsis, quibus vis inest, ab alto corpore foras illud idem G euocandi, quorum catalagus cum apud eruditos sit medicos; Studendum etiam, atq; etiam vt non solùm his omnibus ingenijs veneni vis à toto reuellatur, & partibus, verùm etiam ligaturis validioribus, & vinculis in partium extremis, brachiorum, & crurum, quo nomine contulerint magnæ cucurbitulæ cum plurima flamma, in partibus à corde remotioribus applicatæ; conferunt quin etiam balnea calida, ex decocto eorum, quæ veneno resistunt, Abrotani, Scabiosæ, Menthæ, Valerianæ, & similium; Apprimè quoq; iuuant assæ desudationes, sudore tam multo prouocato, quàm ægri robur ferre valebit; Quod autem egregias, & expertas habet vires, illud est, à principibus vsurpatum, H si veneno infecti, vel de veneno ancipites, in bouis, equi, mulæq; aluum condantur, de vna nimirum in alteram, vbi prior refrixerit, huius enim blando, & halituoso vapore, ex recenti iugulato quadrupede venenum foràs educitur, & venenatus incolumis asseruatur. Quoniam verò venenum facillimè per odores cōmunicatur, labefactatis nimirum spiritibus, vnde cor, per florem, pomum, vel quid simile, quod odoratum, nil æquè facilius vrbanum à veneno tuetur, atq; abstinere sese ab huiusmod i percipiendis odoribus: A fungis verò, quoniam suapte natura venefici

Venenum curandum.

Per vomitoria.

Per clysteres

Per purgationes, & quæ.

Obseruatio in curando veneno.

Per euocantia.

Per Ligaturas.

Per Cucurbitulas.

Per balnea.

Per sudorem siccum.

Per ingressū in quoddam animal.

Vt venenum facilè communicetur.

Ab odori•

Fungis.

nefici sunt, prorsus omnes abstineant. Faeit ad præseruationem A
compotare assiduè in cyathis è terra sigillata, quos apud Prineipes vidi; In vasis pręterea, quæ de Porecllana dieuntur, Ad hæc vti osse vnicornis, aut rinoeerotis, ita vt madescat in poculis; Ceruinum cornu facit hoc idem, si frequentiùs eum vini modieo assumatur. Nostrates recentiores experientia comprobarunt Electuarium illud, quod Orueranum, vel Vrbeuetanum latini dicerent, quod sanè non tantùm ad præcauendum, sed curandũ quoq; facit; periclitatione sępius a nobis facta, in animantibus veneno infectis. Cicerbitæ succus purificatus, & prægustatus optimus ad prçcauendum est; Citria mala præstantissima sunt, ex historia saltem a Galeno relata, de ijs, qui cum ex veneno perire deberẽt, B
qui vnum, & alterum prægustauit, a veneno nõ fuit affectus, neq; mirum, cor enim respiciunt à proprietate, & forma; Lapis ille Militensis Insulæ D. Pauli haud aspernandus, vt qui miras habeat vires contra serpentum ictus, atq; venena, quæ faeillimo vel negocio præcauentur externis, & internis, prioris generis sunt inunctiones, & linimẽta, neq; nõ pauimẽta, vel strata nonnullis alterata, in quibus Reges obdormiunt; Et propterea si venenum pendeat ex timore bestiarũ venenatarum, inunctio corporis accommodata erit, ex adipe Ceruino, aut Elephantino, vel etiã Leonino, aut Leonis sanguine, Ad hæc inunctio facta ex oleo, in quo erucæ fuerint tritæ, Plinioq; auctore, leporinum coagulum C
manibus tractatum à veneno bestiarum venenosarum tuetur; Oleum etiam ex Nicandro, in quo fuerint detritæ Cedri baccæ, conyza, peucedanum, & saluia, succus draconitiæ, & ari radix, omnibus simul incoctis, quo postmodum oleo corpus vngatur. Idẽ Nicander proposuit duas alias inunctiones, quarum prima hæc est. ℞. *Abrotani, Nasturtij pondus oboli, seminum dauci manipulum 1. contundantur & cum adipe, vel oleo fiant pastilli, quibus vti debent qui timent a serpentibus*; Alter a quæ habet. ℞. *viperas duas, medulla ceruinæ dragmas triginta; vnguenti Rosati lib. III. & vncias X. olei oliuarum crudi lib. III. Ceræ vncias XI. ex omnibus commistis ad ignem fiat vnguentum; ceterùm à viperis caput, & cauda obtruncetur ad digitos quatuor,* D
*bulliant prius seorsim ad carnis separationem à spina, & caro cũ alijs in vnguenti formam redigatur.* Auicennas proposuit paratu faeiliora, vt cerebrum Leporis ex aceto, & oleo dissolutum, stiracem itidem ex oleo liquatũ, & oleum ipsum pini folijs, aut baccis iuniperi alteratum; folia etiam vitieis, & abrotani in oleo macerata &c. Quò ad pauimenta, vel cubicula, viciniora syluis, vel hortis, aut viridarijs, in quibus cum degant quondoq; serpentes

Cyathi ad præcauendũ venum.

Electuarium vulgatum.

Citria mala.

Lapis D. Pauli.

Venenum bestiarum externum vt p̃cauendum.

Per inunctiones diuersas,

Ex Nicandro.

Inunctio duplex pręstantissima.

Ex Auicen.

Altera veneni bestiarum pręcauendi ratio.

E pentes, imminet periculum, ne intus repant, quemadmodũ Ferrariæ sepè contingit, sternenda sunt sisimbrum, santonicum, abrotanum, conyza, dictamnum, vitex, calamintha, echium, solanum, asphodelus, peucedanum, hypericon, polium, origanum, ruta syluestris, serpillus, laurus, pulegium, &c. Dicunt nonnulli, quòd, si quis in ceruina pelle decumbat, nullus ad ipsum serpens accedet. Alterius generis eorum, quæ interiùs ad præcauendum externum venenum generis cuiusq; bestiarum, serpentum, atq; reptilium, est, quàm facillima paratu, iridis radix trita, & pota, acorus item, nardus celtica, cinamomum, opobalsamum, radix helenij, iuniperi baccę: de Theriaca, Mithridato, ac Terra sigillata r s plusquam patet. Baccæ tamen lauri, ac terra lemnia in æquali portione, trita, melleq; excepta præstassima sunt, & ad dragmam vnam ex aquæ mellis cyatho, verùm specificè adhuc magis.

Obseruatio de pelle Ceruina.

Simplicia interius assumenda.

F

*Exactior veneni præcauendi ratio, pro nobilioribus, collocata cum in optima victus ratione, tum remediorum facillimo apparatu, vnaq; deligentissima aëris custodia ex baccarum iuniperi vsu, illiusq; alteratione. Cap. II.*

G

Magnates cum nil æquè timeant, ac venenum; pręter ea, quę scripsimus, pauciora quoq; addemus; Qui ergo mortem ex veneno pertimescit, numquam loca inambulet suspecta, in quibus venenatæ bestiæ degere solent, speluncis, nimirũ antris, desertis, frumenti foueis, sepulchris, & consimilibus, è quibus aër spirat venenatus, vel in quibus bruta viuũt venenata; priori nomine fugienda cubilia, in quibus carbones fuère incensi, aut extincti, vel calx nuper fuerit illinita, vel subfumigiũ aliquod consistat, è rebus spirans venenatis, vel odor adhuc percipiatur, licèt bonus a mulieribus, quarum vterus maximoperè ab odoribus afficitur, peruertitur, ascendit, suffocat, & strangulat; Quibuscum venenatas bestias tractant, nõ versandum; neq; cum fœminis mestruatis, nec herbæ tractandę, ad quas venenata solent confugere, cuiusmodi saluia, ad quam bufones nonnisi benè lota, fœniculum, ad quod serpentes, ozimum, ad quod scorpiones, & multò minus hoc, atq; illa deuoranda, ni benè lota: Quòd si cogantur Vrbani, atq; magnates loca pertransire, veneno, aut venenatis cõtaminata, manibus alexipharmaca quædam odoraciora apponant, Abrotanum, Origanum, Serpillum, Rutam, vel suffitum

H

Obseruatio ad pręcauendũ bestiarum et aliorum venenum.

Oderes mulieribus aduersi.

Obseruatio altera ad pręcauendum venenum.

Pręsidiũ quã do Vrbanus nõ potest obseruare obseruanda.

E coërcere; quæ si etiam contracta sit in vno præcipuè capite, corrigant permansione longiuscula in locis frigidis, caput rosaceo inungant, pedes iubeant frigidiusculis aquis lauari, os aqua frigidiore abluant, cibis facilioris coctionis indulgeant; quiescant per horam ad minus; indeq; obdormiant. Sed enim longè maiori cautione progrediendum, quandocumq; sub frigida coeli constitutione Vrbani sunt iter commissuri, ob grauiores scilicet morbos, atq; symptomata, quę ab frigiditate iter agentibus ingruunt: Extrema igitur laneis, consimilibus tibialibus, ocreis, pileisq; defendant, manus, inquam, pedes, & caput, quod & aliquo linimento ex oleis od[o]ratis, de spica, vel alborum liliorum præ-

Obseruatio vndecima.

F munire valebunt. Ego libenter vtor ardenti aqua, nuncupata vitæ, in ipsamet nuca, manibus, & pedibus, circa quos diligēter obseruandum, ne arctius deligentur, vel induantur; ita vt ab ocreis impediti, expeditum agere non valeant iter; motus enim satis est, ad calefaciēdum, ita vt quādo totum fuerit à frigore lęsum, ad eius præcauendam iniuriam pedestre committant iter; quod si minus valeāt agere, absoluto diei qualecumq; itinere, paulatim ad ignem accedant, paulatimq; & per gradus incalescant, quoad equalitatem in toto, patribusq; inter calorē, & frigus persentiāt: Et quoniā ad eam deueniunt corporis frigiditatē quandoq; iter

Obseruatio duodecima.

Obseruatio decimatertia

Obseruatio decimaquarta.

G agentes, vt ignis, vel satis non sit, vel permolestus, inunctionibus prædictis in capite circa tempora, & nucam vti debebunt, at pedes erit satius aqua calenti, per gradus validiores abluere, seu eō tractare, decoqui potest in aqua, magno aliquo iuuamine Camomelum, anethum, Saluia, ipsaq; lauendula; etsi nil aliud valeat magis præmunire pedes a frigore, quàm exercitatio, deambulatio, & nihilo impediente, frictio; Neq, interim sat est corpus exterius communire, nisi & interiùs communiatur, igitur opportuna victus ratione interiùs communiendum, pane optimo, carnibus, assis magis, quàm elixis, pipere crassiori, gariophyllis, synapi, aut consimilibus aromatibus conditis; vinum adibeant validius, neq; à frigore pertentati corpore inanito, & absq; vllo cibo committant iter; Aëris frigidioris externi rationem ineant, defendendo sese circa nares, & os linteolis, & odoramentis; cumq; alimentum assumptum ad ventriculi fundum peruenerit, iter incipiant; & quoniam principes, & delicatiores ex vinorum quotidiana mutatione læduntur, si eodem semper vti valuerint, benè consultum, sin minus, Aquam iubeant decoqui, colari, agitari, vinoq; vberiori malitiam corrigi, & emendari, eaq; inde vtantur hyeme, æstate verò cum aceto; nam præter quam quòd vitium emendat, a molestia sitis iter agentem defendit; Cumq; alia via

Obseruatio decimaquinta.

H

Obseruatio decimasexta

Obseruatio decimaseptima.

Aquæ vitiū vt emēdādū

alia iua noxam emendare non possunt, emendent allijs frustim concisis, & paululùm etiam deuoratis; Periculosa etenim omnis, sed aquarum præcipuè mutatio; Committentibus ergo iter, vt dici solet per terram, id agendum; Verùm per mare, quoniam vomitus adueniat, hunc attendant, nec renuāt, cùmq; fuerit satis, emendetur absinthij comis, ventriculo superpositis, cytoniorum vsu, & esu, granatorum, aceti, & huius generis, deq; his hæc satis erunt. A

Obseruatio decimaoctaua.

*Lues Gallica, vel morbus Gallicus vt præcauendus, ex cognitione sui ipsius; Qui faciliùs, aut difficiliùs in eam labantur, quidq; agendum ex parte, ne labantur, insinuatur.* Cap. VI. B

Morbus gallicus auersatus.

MOrborum omnium conditio etsi ea sit, quam omnes refugiunt, & odio persequuntur, vnus tamen morbus Gallicus est, seu magis nunc Italus, quàm Gallicus, quem omnes plurimùm auersantur, & à quo præseruationem vniuersi desiderant, quasi labes animo quoq; inflicta ex hoc morbo videatur, ne dum corpori. Ergo vt Vrbani præseruandi, ex ordine inquiremus; Et quoniam Gallicus morbus in Vrbanis est ferè semper aliorum omnium basis, magna diligentia in eius præcautione, præcognitioneq; incedendum; Et ob id maximoperè in primis animaduertendum, ne vrbani, & alij, quibus præcautio grata est, cum affectis, & coinquinatis tam viris, quàm fœminis versentur, neq; has tantùm, vel illas auersentur, sed & eos, qui cum affectis quotidie conuersantur; licèt enim non dum ipsi fuerint affecti, possunt tamen retinere latentem affectionem, aliosquè vel solo halitu coinquinare, eo scilicet ipso modo, quo canes, & feles pestilentiæ tempore alios coinquinant, ipsi autem salui remanent, minimeq; afficiuntur; quamobrem deuitent etiam loca, in quibus gallica lue correpti morantur, non edant cum his ipsis, non bibant, non dormiant, non loquantur; quid? quod? frugaliorem semper traducant vitam, contineant sese, & abstineant; si enim fuerint sanguinei, calidi, & humidi, facillimo negocio labem contrahunt; qui nati pariter sunt, impuro admodum existente vtero, à quo scilicet liberaliores, statis quibusq; temporibus non effluant menses, in labem incurrunt; qui adhuc Venerem exerceent frequentiorem, absquè vlla sui corporis munditie; quiq; orti fuerint ex parentibus cōtaminatis, & qui lacte nutriti, Natricis non benè valentis; Hi C D

Obseruatio I præcauendo morbo gallico.

Obseruatio secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima.

namq;

E magna vtriusq; gignendi adest facultas: Siq; tanta videatur sanguinis copia, vt hinc semen vberiùs generetur, sanguis, vna secta detrahendus: Quibus autem per vxorem concessa est venus christiana, hanc præseruationis gratiâ sobolem attendentes prosequantur; sic enim vrbana mulier præcipuè asseruatur, ni eius sit generis, de quo Poëta

Semen redũdans vt corrigendus.

*Hystericam vitulo se simulat esse marito.*

Nunc vnum, ad omne venenum pestemq; præcauendam addimus, quod non solùm ab vtroq; præseruat, verùm ad vitæ facit incrementum; est autem, quod sequitur electuarium, quo Aquilonares vtuntur. ℞. *Aloës hepatici, loti lib. mediam, redigatur in pul-*
F *uerem tenuissimum, deinde ℞. cinamomi. masticis, cornu cerui vsti, centaurea, gentiana, dittami albi cretensis, lupinorum siccorum mundatorum ana vnciam mediam, seorsim omnia puluerizentur, Accipe libras quinque mellis benè despumati, dumq; tepuerit, admisceantur pulueres, & circumducantur omnia in formam opiata seu mixtura. vel pasta minus solidioris, de qua sumatur ad nucis auellana quantitatem in aurora cum modico vini albi.* Atq; hoc est electuarium aduersùs quodcumq; venenum, ac pestem, ægritudines quoq; multas persanans leuiori adhibita purgatione, sumiq; potest omni tempore, non calidioribus præsertim temperamentis; Eius auctor est Iacobus Archiepiscopus Vspalæ, qui ad centesimum vsq; annum huius electuarij be-
G neficio absq; medicorum opera incolumis peruenit, neq; mirum, singula enim putredini resistunt, putredinemq; coërcent, & propterea veniamus ad alia.

Electuarium ad pestẽ, & omne venenum.

Electuarij vires.

*Vt Vrbani præseruandi à morbis, qui oriri solent à quacumq; lassitudine, Vlcerosa, Tensiua, Apostemosa, cum siccitate corporis, ex colore, frigoreq; oborta.* *Cap. IIII.*

IN morbos cum labantur Vrbani, eosq; grauiores ex itinere longiori, exercitatione in-
H assueta, ludis, aut venationibus, vt ab eis debeant sese defendere, quacumq; brachilogia insinuabimus. Ergo ubi à longiore itinere fuerit lassitudo contracta, corpusq; are factum sit, balneo aquæ dulcis, quum assueti fuerint, vtantur vrbani, sin minus ex oleo dulci perunctione, vel amigdalarum dulcium, cum modica frictione; quid? & exercitatio mollior, sequenti die, post verò inunctio satis erit: Victus accommodatus his erit humidior, vires

Lassitudo à longiore itinere vt curanda.

E *& acetum acre affuderis, factisq; inde pilulis fumum, & vaporem paraueris.* Quintus Serenus ita de his, & alijs cantando loquutus fuit.

*Vis & mirificos cautus pradiscere odores,*
*Accensis quibus arcetur teterrima serpens?*
*Aut styracem vras, aut atri vulturis alam,*
*Vel nepetam, aut frondem rigidæ stirpemq; Myricæ.*

Cumq; prçter animantium venena, homines in se ipsos hæc gignere possint, atq; se ipsos inficere, de his peragemus in posterùm.

F *Venenatorum humorum in corpore, ac præcipuè bilis (quæ venenum appellatur à Plinio) sanguinis mestrui, seminisquè venenati, vt habenda dignotio, & quomodo à prauis affectibus, qui venenis sunt similes, vrbani, & alij præcauendi.*

*Cap. III.*

NE Vrbani, & alij decipiantur, ęgrotantes, & Medici, optimè norint, quemadmodũ in humano corpore, humores tantam acquirunt malitiam, vt venenum illatum, vel assumptũ existimẽt; Inter omnes autem vna bilis est,
G quæ proprium extra folliculum grauissimos inducens morbos, affectus veneni videtur nonnumquam inducere, quid? venenum, quo de Plinius loquutus *Hominum*, inquit, *pluribus bilis non inest, quorum valetudo est firmior, & vita longior: hinc ijs animalibus quæ bile carent, antiquiores vitam statuêre longiorem;* *exemplo* addit *nobis sint cerui, qui propterea longeui, quia biliosi parùm;* Quid inter homines, Mecœnas, de quo plurima Flaccus toto suæ vitæ spatio morbosus fuit, quia biliosus; & vt ad Pliniũ reuertar, *Bilis purgamentũ est pessimi sanguinis, maximũ virus, cum se diffundit in corpus, venenumq; serpentum:* Quæ cum
H ita sint, plurimùm animaduertere debent Vrbani, & biliosiores, ne affectus grauissimi, qui proficiscuntur à bile, & simillimi quandoq; veneno sunt ab veneno agnoscant, agente bile in corpus nõ quantitate, sed qualitate, praua, maligna, venefica, nam & anxietatem producit vti venenũ, dolorem, vomitum, deiectionem vno eodemq; tempore confligantem, languorem, oris fœtorem, nauseam, inapetentiam, sitim, extremorum frigiditatem oculorum cauitatem, corporis emaciationem, & syncopem, vt in Hippocratica versati doctrina satis, superquè intellexerunt, & nos longiori disceptatione monstrauimus lib. 1. exotericarum nostrarum epistolarum,

[Margin notes: Hippoc. 4. de Morb. nu. 6. / Lib. 2. Natu. Historiæ. / Quo bile carere longeui / Bilis vt venenum. / Bilis actio in corpus qualis. / veneni signa & bilis / Epist. 2. ad Illustriss. Card Spinolam.]

E *Pestis vt præcauenda, ex cognitione sui ipsius; temporis, quo aduentat; loci vnde aduentat; corporum magis ad pestem subiectorum; quòd tutissimum præsidium fuga; vtq; extrinsecùs admouendorum præcipua habenda sit ratio, quocumq; anni tempore, aëris nimirum, & vestium, quàm breuissimè desinitur.* Cap. VIII.

MORBVS, & affectio vrbanis, & alijs omnibus communis, cum pestis existat, quomodo hæc præcauenda, breuibus conscribemus; Illud
F ergo nouisse omnium interest, quodnam tempus sit, in quo pestis vigere solet, & quænam corpora huic magis subiecta: Quamuis enim, ex Hipp. *Morbi omnes in omnibus fiāt temporibus*, nonnulli tamen, in quibusdam potiùs excitantur, & incrementum suscipiunt; etsi Magnus Hip. de peste haud ibi fuerit colloquutus; Pestis enim viget in fine æstatis, principioq; autumni; licet quæ diuinitùs excitantur, vt idem conscripsit, quocumq; anni tēpore soleant aduentare; naturali tamen lege mortales omnes pestis sollicitat, & ratione corporis, quod magna scatet autumno cacochimia, & ratione inco-
G stantiæ ipsiusmet autumni, hoc ipsomet anni tempore, quo desumit exordium, & incrementum; id quod sciens Homerus ita philosophando cecinit, pestemq; insinuauit,

*Mense sub Autumni, ingenti cum Iuppiter imbres*
*Iratus miseris mortalibus æthere fundit.*

Vnde iure Hippocrates, Morbos autumno mortales magna ex parte pronunciauit: Niq; pestis hyeme frigidiori extinguatur, ob natiui caloris contra extraneum, ac pestilentem dominium, Vere pestis renouatur, nouumq; bellum, propter humorum eliquationem, & eiusdem caloris imbecillitatem incidit faciliùsq; inuadit; specificè verò magis, vt adhuc loquamur, Pestis inua-
H dere solet, hominesq; torquere, ipsa turgente, vel silente luna, sub qua etiam corripit, hoc tamen discrimine; Infantes, pueri, & senes luna silente, deteriùs habent, ob maiorem copiam excrementorum. Iuuenes, pleni succo, & maximè carnosi, dum plena est luna, ob sanguinis, qui facillimè putrescit commotionem: At corpora præparata ad pestem ea sunt, quæ deterioribus abundant succis; quamobrem Valetudinarii, stomachici, splenetici, obstructionibus detenti, & affectu quouis humidiore laborantes à peste quàm celerrimè capiuntur; Ad hæc, qui cibis

Lib. 3. Aph. 19.

Pestis quo vigeat tempore.

Lib. 1. Prognostic.

Lib. 3. Aph. 9

Pestis quando renouetur.

Silente luna quos pestis inuadat.

Plena luna quos.

Corpora disposita pesti.

bis mali fucci vtuntur, intemperantes, gulofi, qui lacte, ac butiro delectantur, carniuori, qui loca fordida inhabitant, quiq; nulla cum fui ipfius munditie degunt ætatem; Rariores etiam textura, humidiores, & ociofi; Contra, qui habitu funt denfiori, minus afficiuntur, quòd aëris contagium ita facilè non pofsit in eo communicari; hinc molles, ac delicati pefte citiùs corripiuntur, qui à fudore, vel coitu exurgunt, & balneo, ab exercitatione, atq; fimilibus, quæ cutim efficiunt rariorem, ac necefsitatem adaugent infpirationis; hincq; ruftici propter laborem & vtero gerentes, quæ coguntur frequentiùs infpirare, in gratiam contenti foetus priores funt, qui in peftem labuntur: Et quoniam contrariorum eadem ratio eft, temperati, nullaq; plenitudine, vel cacochimia referti, qui moderatos labores ferunt, qui benè mundi, & confuetas habuerint euacuationes, fecuriores cenfentur: Ipfa animi fecuritas magnum contra peftem exiftimatur præfidium; Ij præterea facilè, vel difficilè pefte corripiuntur, qui fympathiam, vel antipathiam cum pefte affectis, atq; detentis fuerint adepti. Quamobrem his ita determinatis præcauendæ peftis ratio in his conftituta eft, de quibus Galenus primo de Tuenda confcripfit; Affumendis fcilicet, Admouendis, Educendis, ac faciendis: Tutifsimum verò præfidiorum omnium eft, de alijs antequam agamus, citifsima fuga, vt primùm figna peftis fe nobis prodiderint, neq; folùm cita, fed longinqua; ita vt tardè remeare, qui fugiunt, poffint; Vnde factum, tria hęc aduerbia, ex vulgari adagio maximum auxilium præcauendæ pefte attuliffe *Cito, Longè, Tardè*: Fugiendum ergo quàm citiùs fieri poteft, intrepidéq; fugiendum in oppofitam regionem, vnde proficifcitur peftis; quæ fi à Cœlo ducat originem, loca eligenda decliuiora, fi à terra, fublimia; Signa cognitionis vnde peftis, ex nece volatilium, aut quadrupedum requirenda; hæc fiquidem terram, illa Cęlum affectum, dico aërem fublimiorem portendunt; Verùm qui fugam non poffunt arripere, ita fibi debent confulere; Domos inhabitent mundas, à fimo, & fterquiliniis, immunes à canum, feliumq; præfentia; Ignem diebus omnibus in cubiculis accendant ex cedro, iunipero, cupreffo, lauro, mirtho, thamarice, fabinæ folijs, aranciorum, aut citrorum, libanotidis, abfinthij, lauendulæ, ftecadis, hyffopi, menthę, faluiæ, thimi, mellifophilli, calaminthæ origani, vel huius generis in puluerem redactis, & fuper ignem infperfis. Deuitent aërem patentiorem, vel anguftiorem, & intraclufum: Cœlo nonnifi fereno in publicum prodeant; cum pluuia ingruit, aut nubes apparent, feneftras claudant, & vbi aër ab vtroq; fuerit ex

purgatus,

Marginal notes: Corpora minus difpofita. — Vtero gerentes & ruftici cur facile pefte corripiantur. — Securiores à pefte. — Circa finem — Tutiffimum remediũ in præcauenda pefte. — Loci ratio ad pręcauendam peftem — Peftis vnde fluat, indicium. — Domus cuftodia in pręcauenda pefte. — Aëris ratio.

Margin letters: A (line 1), B (Et quoniam...), C (figna peftis...), D (quiliniis...)

E solidius;& eum comedũt, ab assis nõ elixis incipiant:quid?quod?
elixa omittant,vt quæ faciliùs,quàm assa coinquinentur.præmã-
dant igitur quid assum,vel placentulam aliquam ex massa panis,
seu marzapanis,citrum conditum,totum,cõdiuntur enim paruu-
li,nucem conditam vnam,& alteram,panem hispanicum,Berlen-
gottios,& cibos coctu difficiliores,vt artolaganos; Potaturi il-
lud obseruent,vt potent,vel in cyathis enarratis, vel cornu Ri-
nocerotis,neq;potent vina turbidiuscula, quæ sedimẽtũ aliquod
habeant in cyathis; Non potent quãdo caluerint à longiore iti-
nere,ludo,aut exercitatione;Quum potant sorbillatim,non affa
tim potent,per fistulam potent,ac proinde paulatim, quod & in
F comedendis cibis facere debẽt,sic enim faciliùs veneni vires, aut
naturam dignoscent;Non plurimum sitibundi, aut famelici po-
tent,& comedant;de potu verò,& poculentis relinquant sẽper in
proprijs vasis portionem aliquam,illamq; magis, quæ in fundo
subsidet, seu vinum,seu ius,pultis,vel quid simile;Ad hæc vbi vi-
na seruãtur,careant oportet aëre quocumq;vitiato,siue pse,siue
à bestijs,atq;serpentibus, scimus enim, atq, conscripsimus, hos
adamare vinum; quod cum venenum fuerit a D.Hieronymo nũ-
cupatum, circa huius quoq; potum,eumq; moderatum, debent
Vrbani sese honestè gerere; Vinum enim tunc fit venenum,quã-
do in maiori,quàm per sit quantitate,assumitur: Obseruandũ au
G tem inter omnia,vt Magnates, in quorum gratiam pauciora ist-
hæc addidimus, ministros habeant fideles,& studiosissimos salu-
tis dominorum suorum nobiles,non ignobiles; quare prægustato
res esse debebunt,eorum omnium,quæ Mensæ, illorum apponun
tur; & si magnates vereantur,ne decipiantur, à seruis,postquam
prægustauerint ministri proprias dapes,vel potum,obseruent,an
mutationem aliquam faciant, vel facere cogantur in facie, ocu-
lis,naribus,ore,vel alijs corporis apparentibus partibus;quòd si
faciant,suspicio aliqua esse debebit; sin minus, tutò comedant,
tutoq; bibant;Cumq; de veneno assumpto iam pertimescant,ab-
stineant à vino,tanquam validiori veneni vehiculo,nisi venenum
H sit frigidum,cuius vires extinguere potest vinum,quod calidum.
Neq;hic subticere possumus,cõtra venenum omne, Iuniperi bac
carum vires,de quibus libellum conscripsimus;& de quibus Gal.
ita sanciuit. *Medicamentum, quod quia fructum iuniperi accipit*
*Διὰ τῶν ἀρκευθίδων nuncupatur, cui inditur, & terra lemnia*
*vomitumq; ciet, si quis, cum etiamnum in ventre lathale vene-*
*num haberet, alexiterium, siue amulethum bibit. Et sanè nos*
*quoq; huius fecimus periculum in lepore marino, & cantha-*
*ridibus, cum sese quidpiam accepisse homines suspicarentur,*

Vbi potandum in suspicione veneni.

Quomodo potundũ in suspicione veneni.

Obseruatio in dolijs asseruandis.

Vinum quãdo fiat venenum.

Obseruatio circa ministros.

Obseruario circa vini potum.

Lib.9.de medic.

T *verùm*

E req; præstiterint; quod & mulieres factitare debent, penicillos cum gossipio calente aqua exceptos, intra vuluam imponentes, & vbi præstò non sit aqua calens, vrinæ mictus id præstat, constringendo nimirum præputii orificium, omnemq; capacitatem, ne vrina diffluat, lauando, premendoq; postea, & detergendo, opportunioriq; occasione, & quàm primùm genitalia calidiori, vt dictum aqua fouendo, quòd si vniuersum corpus balneo eiusdem calentis aquæ foueatur, id quoq; præseruat, licèt articulis obsit; Hac ipsamet arte, ingenioq; infantum ora, & nutricū papillæ abluendæ; neq; ij audiendi Medici, qui consulentes partibus genitalibus, vtuntur ablutionibus frigidis, siccis, & stipticis, quę virulentiam in partes confirmant; Verum equidem, hæc posse conferre, si adhibeantur in virgæ radice, propè pecten, ita vt circumligetur petia madefacta in succo plantaginis cum aceti modica portione, ac boli armeni, defensiuiq; loco sæpiùs apponatur, quò scilicet prohibeatur contagiū à præputio, & glande toti, reliquo sano existenti corpore. Quòd si à coitu quamprimùm appareant vlcuscula, & virgæ quædam veluti erosiones, pullū gallinaceum, vel columbum iubeant calentem aperiri, virgamq; vlceratam ad intra, quoad calescat, detineant, pullū alterum; vel columbum iterum substinendo, donec erosio, & vlcuscula videant sublata, vel saltē partis colorem connaturalem. Atq; hoc præstantissimum ad luem præcauendam extat remedium, virulentiam virili membro affixam detrahens, & absumens: illud autem cum reliquis debent attendere, opportunā vt victus rationem sibi constituāt, istaq; pugnēt, tēperati siquidē temperatis, & intemperati cōtrarijs, vt suo loco prędictū. Morbus enim, ex sui natura humoralis cū sit, excedentes corrigendi humores; neq; victus ratione tantū purgandi, qua de in superiori sectione peregimus, sed nostrarū pilularū vsu, & frequenti eorum assumptione, vnumquemq; respicientiū humorē, biliosū, pituitosū, sanguineū, melancholicū; post quarū vsum, vbi suspicio adhuc immineat, exercitationem corporis ad sudorem vsq; repetitis vicibus cum sequenti electuario, quo

H complures sanauimus, amplexentur, formula hæc est. ℞. *radicis Chinæ rubicundæ, nodosæ, ac ponderosæ, absquè carie libram mediam, syruppum de pomis quantum satis*, fiat puluis è china tenuissimus, rediganturq; omnia in formam electuarii consistentis, lento igne, vt saccharum rosaceum, & assumant vnciā vnam pro vice, quiescant per horam, indeq; corpus exercitationi cōmittant ludentes paruæ pilæ ludo, vel magnæ, aut venētur, vel quomodocūq; corpus exerceāt, assueta magis exercitatione

vtentes

Animaduersio altera.

Obseruatio tertia.

F Obseruatio quarta.

Quinta.

Sexta.

G Septima.

Octaua.

Nona.

Electuarium Auctoris ad curandam luem gallicam.

Vtendi modus.

vtentes, quoad sudor erumpat, ac pro virium ratione, corporis habitu, & humorum excedentium copia subsequatur; hunc ipsũ abstergant, paulatim quiescant, corpore ad æqualitatem redacto, cibum assumant, hilariter viuant, & lętentur; Nos enim hac electuarij formula, & assumptionis modo plerosq; post vniu esalem corporis purgationem, absq; vllo alio præsidij genere persanauimus, & ab imminenti lue defendimus. Quòd si, ex gonorrea, bubonibus in inguinibus, aut in glande vlcusculis contrahendę luis suspicio adaugeatur, leuiori præcedente vniuersali, ex medicorum consilio præparatione, atq; purgatione, ad hoc nostrum electuarium confugiant, illoq; vtantur; Neq; hoc in casu medici vulgariores audiendi, comittere suadentes onus naturæ, quandoquidem, *Si qui sunt morbi, qui plures sunt, quos a principio*, vt dicebat Hippoc, curare *oportet*, *Morbus est Gallicus*, vt qui spatio quadraginta dierum corpus occupet vniuersum, magnaq; cum difficultate pellatur à capite, iecore, & partibus genitalibus: Interim pro certo habeant vrbani, ac reliqui, ex antiquorum placitis, & nostrum, Luem gallicam, sola corporis exercitatione magna ex parte, atq; sudore depelli, & corpus ab eadem quodamodo præseruari; Carmen Hieronymi Fracastorij luculẽtissimũ ad rem satis apponemus, & ad alia properabimus.

In suspicione luis elec. auctoris.

Lib. de loc. in homine.

Lues gallica, vt exercitatione curetur.

*Hic iubeo tibi, nulla quies, nulla ocia sunto,*
*Rumpe moras, agita assiduis meatibus Apros,*
*Impiger assiduis agita venatibus Vrsos,*
*Nec tibi sit labor; aërei cursu ardua montis*
*Vincenti, rapidum in valles depellere Ceruum,*
*Et longa lustrare altos indagine saltus.*
*Sed nec turpe puta, dextram submittere aratro,*
*Et longum trahere incuruo sub vomere sulcum;*
*Neue bidente solùm, & duras proscindere glebas,*
*Et valida a[illegible] quercum exturbare bipenni,*
*Atq; imis altam eruere ab radicibus Ornum.*
*Quin & exercere domi, quo te quoq; possis,*
*Paruam mane pilam versa mihi, vespere versa,*
*Et saltu, & dura potes exudare palestra,*
*Vince malum, nec te fallat, quod desidis oci*
*Assiduè desiderium, lectiq; sequetur.*
*Tu lecto ne crede graui, ne crede sopori. &c.* *Nam*
*Vidi ego sæpe malum, qui iam sudoribus omne*
*Finisset, syluisq; lucem liquisset in altis.*

Sic itaq; Vrbani, si minùs alijs, quæ hactenus proposuimus, luem, vel imminentem facillimè præcauebunt.

*Pestis*

E namq; omnes facili quacumq; occasione coinquinantur, Galliciq; euadunt, vel per solùm contactum, & osculum, per potum, per sudorem, per halitum. Contra qui sua natura frugaliores extiterint, parciores in victu, abstemij, graciles, oborti ex mulieribus sanis gestationis tempore, quo fuerint parciores, quiq; post vltimos partus fuerint orti, vteris videlicet in alijs praecedentibus gestationibus benè perpurgatis, magna cum difficultate afficiuntur; In hoc etiam albo conscribendi, qui exercitium insequuntur, exercentur, sudant, rariorem amplexantur venerẽ, quiquè glãde detecta, dura, callosaq; sunt donati; vt enim istiusmodi vlcera minus in coitu sortiuntur, ita minùs afficiuntur:

Inepti magis ad morbum Gallicum.

F Ad hæc, qui cœundi tempore parùm se comprimunt, minusq; caloris inter coëundum contrahunt; vt qui etiam ieiuni sunt, ac turgentes; parumq; admodum concupiscunt; sic & qui celeriùs concumbunt, & ferè absquè contactu semen emittunt: Minus inquinantur adhuc, qui excrementa ab omnibus partibus consuetis, pro naturæ consuetudine trasmiserint; qui hœmorroidalem sanguinem copiosiorem excreuerint; qui per variolas, & morbillos, aut lactimen copiosè, ac facilè à pueritia fuerint expurgati; quiq; regiones incolunt frigidiores; & vbi coinquinantur, labes tardiùs sese prodit: Ceterùm mulieres, quę non amant, nec concupiscunt, quæq; in coitu parùm incalescunt,

Obseruatio in coitu.

G vix, vel tardè plurimùm afficiuntur, eęq; præsertim, quæ inuitæ, vel cũ viris, quibuscum legis præcepto adstrictę sunt, coëunt: Tardiùs quoq; afficiuntur à viris mulieres non prægnantes, quàm prægnantes; donec autem mestrua fluunt, per hæc tempora, id est per omnem ętatem, in qua fluunt, aut vix, aut serò afficiuntur; & si affectæ sint, quas plurimas noui, halitu plerosquè alios afficientes, ipsæ nequaquam affectæ videntur; expurgant enim virulentiam per vterum. Sed illud etiam sciant Vrbani, quòd ij, qui decocto guaiaci fuerint curati, & post curationem quindecim, aut viginti dierum spatio, non semel, sed sæpius decoctum assumpserint, tamquam circulatoris lapide contra serpen-

Mulieres quæ gallico non afficiuntur.

H tum ictus epoto, si rursùs cum labefactatis hac lue concumbãt, securos magis esse, quàm qui numquam ægrotarint, neq; huiuscemodi præsidio fuerint vsi; vnde fit, quod ij, qui huic decocto à natura fuerunt assueti, vix, aut omnino parùm, vel tardè fuerint affecti; & multò adhuc minus, qui vino ex guaiaco, longiori temporis tractu fuerint assueti, vel ob destillationem, vel intemperiem aliquam frigidam, & humidam coërcendam. Senes tardiùs, quàm iuuenes afficiuntur, & pueri celeriùs, quàm iuuenes hac lue, data quacumq; occasione, tentantur; & quod

Cautio ad euitandũ gallicum.

Vinũ ex guaiaco tuetur à lue gallica.

omninò

omninò in pueris deterius, qui à pueritia, & primo quasi ortu A
afficiuntur, licèt conualescant, in hanc ipsam faciliùs collabuntur; Curandum itaq; ad præcauendam luem, non solùm abstinere sese à coitu, cum coinquinatis, sed opportuna, & optima victus ratione, vt in sequenti dicemus.

*Lues Gallica, vt præcauenda optima victus ratione, collocata in ijs, quæ assumuntur, ac reliquis, de quibus obiter; & ad institutum, & in vna electuarij, Auctoris assumptione, validioriq; corporis exercitatione.* Cap. VII.

Distinctionis doctrinæ gratiâ caput alterum efformantes, præcaueri gallicam luem asserimus optima minuta ratione victus, desiccata, & libera à genere quocumq; excrementorum, & à melancholico magis, atq; sanguineo, nullam plectoriam efficiente, laudati etiam sanguinis abundantiam; hęc enim plurimùm illi subiecta est, magnaquè cum facilitate contrahit labem: Abstinendum igitur in primis à copiosiori vino, & à carnibus, quemadmodum abstinere sese Indos accepimus, qui minus hac lue tentantur; Adaucto namq; sanguine, Morbi, qui ex naturæ necessitate contagiosi vocantur facillimè communicantur; vt in melancholico fundantur, ac retinentur magis, veluti Gallicus nunc primùm. Quòd si Vrbani à carnium vsu, & esu copiosiori haud valeant sese abstinere, neq; à vino, exercitatione validiori vtantur, ita vt per sudorem non solùm excrementa purgentur, sed & sanguinis copia minuatur, addo, & feminis, à quo ad Venerem pendet irritamentum; Quibus ni exercitatio satis existat, venę sectionem adhibeant, cuius loco hyrudines venis hœmorroidalibus frequentiùs applicari præcipiant; Victus autem ratione vtantur, liquida magis, quàm solida, minorisq; alimenti, abstergente, ac repurgante; Solis, aut cuiusuis ardoris, à quo corpus nimiùm incalescat excessum deuitent, aëremq; calidiorem; neq; calidiori quacumq; de causa reddito corpore, cibum assumant; Aromata suspecta ducant, & salis copiam, vbi præcipuè fit morbus contractus, munditiem corporis, vestium, stragulorum, & bonitatem aëris attendant. Cumq; de muliere suspecta, vel contaminata verentur, à coitu penem vniuersum, & serotum calidiori aqua, vt fieri potest, abluant, quæ cum faciliùs refrigeretur, noua, semperq; calida innouetur; quid? quod? virgam à præputio denudatam in calenti aqua detineant, idq; biduo, vel triduo mane, vespe-

Optimi sanguinis copia facit ad gallicum contrahendum morbum.

gallicus morbus vt pręcauendus.

gallicus morbus vt pręcauentur ex sãguinis missione.

Cautione ab alijs, & quibus.

Animaduersio necessaria.

B C D

E vigeat, in quo satis uberior solet vigere, per consuetas vias, per
quas natura velle dueere videtur, ducenda; per cutim, inquam,
hoc est per sudorem, apparueritq; corpus madidum, rori dum,
& pulsus plenus; per sedem, aderitq; frequentior assellatio, & gra
uitas, murmur, atq; rugitus in ventre inferiori; & per vesicam,
crebriorq; videbitur vrina; Sic itaq; lassitudo quæcumq; curan
da, ne Vrbaniores in Morbos labantur: ea namq; licèt sponta-
nea non sit, qualis ab Hippoc. depicta prima Aphoris. in morbos
tamen plerumq; desinit. Quomodo autem præcauenda, sequens
decernet oratio.

F *Morbi, qui oboriri solent ex longiore itinere, quomodo præca-
uendi, ex congrua, & opportuna itineris committendi ratio-
ne.* *Cap V.*

Cauenda in primis vrbanis nō solùm quæcum-
què lassitudo iam dicta; verùm studium
quàm diligentissimum adhibendum, ne
aliquis error in itinere committatur; Soler
tes igitur esse debebunt, qui iter commissu-
ri sunt de alimentis, quæ optima sint opor-
tet, meliora, quàm vnquam, & conuenien-
G ti adhibita mensura, ita vt optimè conficia-
tur, in sanguinem degenerent, neq; in excrementum facessant.
Præter bonitatem verò alimentorum, illud attendendum pro vi-
ribus, ne ab assumpto cibo iter committatur, sed vbi alimenta
fuerint præassumpta concocta, vel saltem ad ventriculi fundum
delapsa; ne scilicet fluctuent, aut aquam potandi necessitatem
indueant, quod sanè tum omnibus obseruandum, tum ijs, qui re-
num affectibus, vel articulorum subiecti existunt. Galenianum
itaq; & Hippocraticum, agentibus iter obseruandum [illegible] prũ,
*Non satiari scilicet cibis, neq; iter à cibis immediatè cōmittere*. Id
quod ni obseruetur, en cruditates morborum causæ, en obstru-
H ctiones, en morbi; quinimò, si dentur inductæ, numquam Vrba-
ni comedere debent, nisi a diuturna qu apiam itineratione, vel
vbi res vrgeat, paululum omnino solidioris cibi assumere, ad
euitandam scilicet ventriculi fluctuationem, quam iter inducit.
Quodq; maiori aniamaduersione dignum, Vrbani, validiori exi
stente in corpore sanguinis copia, vel prauorum humorum præ-
sentia, siue nauseatiua quadam satietate, ex qua nil appetant,
vel plurimùm existunt famelici, ab itineratione desistant, nul-
lumq; committant iter, sed priùs diminuant copiam sanguinis

 missione

Inditia motus humorũ per cutim. per sedem. per vesicam

Iter cōmissuris quid agendum.

Iter quando committendum,

Obseruatio in cōmittendo itinere.

Obseruatio altera.

Obseruatio tertia.

E purgatus, fenestras orientem versùs, atq; septentrionem aperiāt. ab occidente, & meridie flantibus ventis claudant, vt eas, quæ loco suspecto sunt expositæ, atq; patentiores; A solis ortu, & purgato aëre deambulent; Hominum vitent, fugiantq; frequentiam, & nonnisi pransi, quum fuerit opus, negocia prosequantur. Halitum illorum, quibus cum loquuntur deuitent, linteolum gerant manibus aceto acerrimo madefactum, aëre præsertim existente feruidiore, quo etiam tempore lineos pannos aceto pariter irrorādos præcipiant, vel madefaciendos, & super internas domus, & propriæ habitationis parietes apponi; Verùm aëre frigidiore vigēte, vino generoso, vel plantarum benè olentium decocto illud idem

F efficiant, quorum loco suffitus mandabunt ex lignis odoratis, aut pulueribus suo loco prædictis, quibus vestimenta omnia quotidie suffienda præcipiant: Trochiscis de Gallia muscata, de xiloaloë, de Alipea muscata, qui parati habenrur in officinis; Pro magnatibus parari potest hic ipse puluis.

Fenestrarum ratio.

Exercitationis ratio.

Consuetudinis ratio

Parietum domus ratio.

Vestimentorum ratio.

℞. *Radicum gariophillatæ, gentianæ, tormentillæ ana vnciam mediam, zedoariæ, dictami ana dragmas tres. Doronici Romani, castorij ana dragmas duas Cyperi, assari, sandalorum citrinorū, ana dragmam vnam, ligni Aloës drag. mediam, croci schenanti, gariophillorum, corticum citri ana scrupulos quatuor, Myrrhæ, Benioini, Stiracis calamitæ, cinamomi, Spicæ nardi ana dragmam*

G *vnam & mediam, Thuris, Vernicis ana drag. duas, laudani purissimi vnciam mediam, Musci grana tria, ambræ grana duo.* Misce, fiat puluis pro suffitu, cuius pars intercipiatur cum Therebentina, & cera, efformeturq; pila, manibus gestanda, & contrectanda, hyeme semper, atq; in locis frigidioribus; Æstate namq; sequens thymiama erit accommodatum.

Puluis ād suffitū pro pestis tempore

Pila tempore pestis manibus gestanda.

℞. *Summitatum myrthi vnciam mediam, florum violarum, rosarum ana drag. tres, florum nimphæ, boraginis, buglosii, coriandri præparati, granorum tinctorum ana dragmas duas, thuris, vernicis ana drag. vnam, & mediam, baccarum iuniperi vnciam mediam, fiat puluis excipiatur therebentina, fiant orbelli, qui super*

H *prunas inijciantur*; pro ditioribus tamen addantur sandalorum omnium ana dragmæ duæ, camphoræ drag. vna; hoc enim medicamentum cardiacum est: In mediis temporibus, in quibus non vrget æstus, neq; frigus, parari debet suffitus ex huiusmodi puluere,

Thymiama pro æstate.

℞. *Laudani purissimi vnciam mediam, sandalorū albarum, & rubeorum ana drag. tres, Iridis Venetæ, rosarū rubearum ana drag. duas, thuris, gummi iuniperi ana drag. vnam carbonis salicis vnciam vnā, excipiantur therebentina lota in aqua rosacea, fiantq; orbelli pro suffimento, cuius loco aranciorum cortex, limonum*

Suffitus pro anni tempore tēperato.

*malorum appianorum, & suauolentium nullo non tempore* accommodatus erit, domi, extra, collo, manibusq; gestatus: His omnibus pro ratione temporis suffienda sunt vestimenta, & pro temperiei hominum ratione, calidiori, frigidiori, vel temperata odoratis prædictis Vrbaniores ferè semper vtantur: Ceterùm vestimentorum materia paranda est densior, vt ex hircinis corijs, bellè paratis, ex serico absquè villo, vel pilo, vnde vellutum prauum est, sed perpolito, quemadmodum fusiori oratione scripsimus in nostris tribus libris de vestiendi humani corporis ratione; quandocumq; enim uestium materia dẽsior est, aëris venenati, ac pestilentis non admittit ingressum; quamobrem vestes ex lana, aut gossipio suspectæ sunt; subucula tamen linea, emaculataq; conducit, aqua rosacea, in qua camphora, & sandali maduerint, inspersa, vel irrorata, æstate nimirum; hyeme verò ligno Aloës, vel trochiscis de gallia muscata, suffita; Illud autem obseruandum in vestium vsu, ne corpus ita grauetur, vt calor adaugeatur, neue ita leuius asseruetur, vt frigus percipiat, obstructionesq; cutis, quæ fortassis deterior est, inducat; deq; admouendis hæc satis, vbi vnum addiderimus, lunam scilicet plenam fugiendam ijs, qui noctu committere volunt iter, solaremq; æstum, & propterea veniamus ad alia, & quæ assumuntur.

Vestimentorum suffitus.

Materia vestimentorum qualis pro pestis tempore.

Materia vestium.

Subucula vt paranda.

Vestimentorum quantitas.

Lunæ, & Solis ratio in peste.

A

B

### *Victus ratio penès cibum, & potum, cum recto vtriusq; vsu in præcauenda peste, cum reliqua integra diæta ab vsu rerum nõ naturalium proficiscente paucis expenditur.* Cap. IX.

C

ASSVMENDA, quæ locum habent in præcauenda peste, duorum cum sint generum, Alimenta, & Medicamenta, de vno, & altero peragemus; Quod itaquè ad primum, videndum, ne improuisa quædam fiat mutatio, sed paulatina, ex qua vires corporis conseruentur, non supprimantur; nimia itaq; è ingurgitatio pessima est, difflationem prohibens corporis, & cruditatem, qua nihil deterius, inducens; Prandium tamen vberius, quàm cœna esse debebit; Inappetentia, quæ vigere solet propulsanda; Inedia longior euitanda, præcipuè tamen picrocolis, vel calidioribus; sitis non toleranda, ob frequentiam inspirationis, quam inducit, & cibus vberior esse debet, quàm potus; De natura verò, & qualitate ciborum illud non ignorandum, dulcia omnia, & pinguia suspecta

D

Alimentorũ quantitas.

In prandio. In cœna

Sitis cur noxia.

Qualitas alimentorum.

E suspecta, & pestilentia, quippe quæ calida, & humida cum sint, putredini apta sunt, cuius sanè generis iurulentia simplicia, non alterata ex carnibus, & oua existunt: Contra plurimùm accommodata sunt acida, & acetosa, acetum ipsum, succus araneiorum, atq; limonum, quæ frigida, & sicca sunt; Verùm specifica, vt magis attingamus; Panem eligere debent Vrbani ex tritico; iniecta portione hordei, aut speltæ salitum, optimè fermentatum, recentem, non calentem, & quandoq; biscoctum, humidiores scilicet, quiq; optimè valent conficere: Carnes comedant vitulinas, assatas, hoedinas, leporinas suillas salitas, aceto intinctas, quum nimium scilicet pestis ab aëre increbuerit;

Quæ suspecta, quę accommodata.

Panis in peste præcauenda.

Carnes.

F Quæ si à terra, volatilium carnes anteponendæ, pulli tamen gallinacei iuniores, gallinæ, & capi, in vtraq; causa commodum locum habent, quorum etiam hepata comprobantur, sicut reliquorum omnium cum intestinis damnantur; parcior tamen carnium quarumcumq; sit vsus, & esus, pro ratione temperamentorum; licet enim assas commẽdauerimus, has hyeme magis, & humidioribus; æstate, ac siccioribus elixas probamus: Carnium loco pisces marini, saxatiles, squammosi, vt Lupi, Rombi, Auratæ, &c. veluti fluuiales, Trutta, Lucius, Barbatus, Salmo, & Astacus, dummodò in lutosis non capti sint omnibus optimi sunt: Oua cũ succo omphacij, aranciorum, aut limonũ, non absq;

Intestina inepta in peste.

Piscium ratio.

Ouorum ratio, & parandi modus.

G vtilitate possunt assumi, vel pręassumi, quo eodem succo assi condiēdi sunt pisces per hymem, per æstatem elixi: Fructus dulciores omnes euitandi, præter caricas, austeras passulas, & subacerbas, quo nomine cerasa, quæ acidiora sunt, probantur, corna item, sorba, & mespila, in secunda præcipuè mensa; Nuces iuglandes, auellanæ, amigdalę, pistachia, strobili, siue nuclei pini, ex practicantium sententia innoxiè vsurpantur; at coriandrum aceto pręparatum obtinet primas: Inter legumina lentium decoctum, atq; substantia vtilis est, ob frigiditatem, & siccitatem, quæ putredini aduersatur; Olera cõmodiora sunt endiuia, cicerbita, cicorea, lactuca, oxalis, portulaca, decocta in acetarij formã cum aceto,

Fructuum ratio, & electio.

Leguminum ratio, & modus.

H vel aranciorum, aut limonum succo, sale, & olei modico, vel sacchari magis accommodata; quę & in iusculis decoqui possunt, eluiq; parari, cui negocio satisfacit buglossum, lupulus, rapa, cœpa, pastinaca, & raphanus, qui cum acetarijs mandi solet, crudus tamen magis, quàm coctus, vt reliqua cocta magis; Gelatinæ factæ cum iusculis acidis, dictorum animalium extremis optimæ sunt; Cumq; opus restauratione fuerit, debent Vrbani cõfugere ad cremorem ptissanæ, aut iusculum paruæ pullæ, cum succo limonum, vel granatorum; & vbi demortua sit appetentia,

Olerum vsus & ratio, & electio.

Alimenta medicamentosa.

Puluis accõmodatus in spergendus ed alijs.

reuocetur sequenti puluere, aut condimento, puluis parandus A ex Thimo, costo, serpillo, & satureia, similibusq; odoratis in hyeme, quibus addi potest cinamomum, gariophillum, anisum, & piperis grana; In æstate verò sandalorum puluis, been albi, & macis hunc in modum.

℞. *Sandalorum citrinorum vnciam mediam, macis, been albi ana dragmas duas, cinamomi dragmam vnam, & mediam, croci dragmam mediam, sacchari vnciam vnam, misce fiatq; puluis*

Salsamentum

salsamentum fiat ex granatorum succo, araneiorum, limonum vel oxalidis, cum panis mica, saccharo, amigdalis, & petroselini modico, edendi tempus sit consuetum: Potus vini esto, vel aquæ pro consuetudine; si vinum tenue sit, aquosum, & album, B subrubellumq; odoratum, modicè austerum, & ante pestis initia collectum, peroptimum; recens, dulce, nigrum, turbidum, & & generosius euitandum, quod ni huiusce naturę fuerit, aqua diluendum est puteali, quum pestis originem ducit ab astris, vel fontana profundiori, cisterna verò, si à terra scaturiat, quod, & in singulis, quæ per aquam conficiuntur, attendendum, pane scilicet conficiendo, alijs coquendis, & reliquis: Vinum æstate dilutius, meracius hyeme compotandum; Zitum, vel ex granis paratum valde perniciosum est; ex pyris austeris comprobatum, vt ex bettonica, & absinthio medicatum, salutare est:

Potus ratio vsus, & electio.

Aquarũ electio pro diluendo potu

Potus medicatus.

Siti quibus, & quãdo cõsulendum.

A cibo, qui plurimùm sitiunt, bibant syruppum acetosum, de gra C natis, vel oxisaccharum cum aqua frigida dilutum, vel hanc ipsam granatorum, vel araneiorum succo, aut limonum attemperatam; Nimiam quamcumq; & cuiuscumq; cibi repletionem deuitent, vt dictum; cibus ergo, & potus esto parcior, non tamẽ diutiùs, tam fames, quàm sitis ferenda, sed parùm, & sæpè cibo, ac potui indulgendum; Alimẽtorum varietas præcauenda, ni vrgeat inappetentia; tunc enim mensa ex diuersis paranda: Quotidiè curandum, vt aluus fluuat glandis alicuius, vel clysteris beneficio, quæ si minus vrbanis arrideant, Pilulæ de tribus Rufi accõmodatissimæ sunt; vbi scilicet vna sumatur, pro vice ante coenam; spontanei sudores non cohibendi, neq; tamen prouocan D di; Siq; fluant hœmorroides, vel consuetæ fistulæ, aut morbus articularis vigeat, vrbani sunt securiores: Corporis quæcumq; ablutio suspecta est, calida, vel frigida fiat aqua; caput attamẽ pro consuetudine abluendum. Pedes lauari possunt ex rosarũ decocto, cam mil læ, salicis, arundinis, corticũ, vel foliorum araneiorũ &c. Venus pestis ipsamet est, nec nisi vxoratis rariss mè cõ mittenda: Sõmnus conuenit diuturnior, nocturnus, plurimũ à cœna remotus: Timor, metus, atq; tristitia nocẽtiora sũt, quã risus, atq; lætitia.

Victus ratio penes cibũ, & potum quanta.

Inanitio quotidiana conducens.

Vrbani qui tutiores a peste.

Ablutio quæ conducat.

Venus exitialis.

Somnus qualis.

E lętitia, eaq; cum fuerit effrenata: Grauiores enim curæ deponendæ, neq; mors pertimescenda, hæc enim plurimos præ timore afficit, & interficit; Ira non excitanda, lectio rerum iucundarum attendenda, & liberales ioci.

Animi accidentia suspecta, & quæ.

*Chirurgica, & Pharmautica quædam remedia, quæ locum habent in præcauenda peste, cum recto illorum vsu, & administratione, tam intra, quàm extra.* *Cap. X.*

F QVÆ assumenda in præcauenda peste, constat, quid etiam faciendum, cœpimus insinuare; hoc itaq; cum euacuandis absoluere tentabimus; ex ordineq; vt incedat oratio, de duobus agemus, de præsidijs scilicet nunc nupatis chirugicis, & de pharmaucēticis: Quò ad chirugica, ad pestem præcauendam, vbi magna uigeat plenitudo, vires, anni tempus, consuetudo, & prohibita sit aliqua sanguinis euacuatio, per nares, vterum, uel hœmorroidas, sanguinis missio administranda, quam si aliquid prohibeat ex dictis nullatenùs faciēda, eiusq; loco purgationem ualidiorem, inediamq; instituere oportet, cucurbitulas natibus, & suris cum scarificatione, magnaq; flam

Sāguinis missio in præcauenda peste.

G ma iniungere, uel hyrudines adhibere, prout uires unum, uel alterum requirent: Quod si mittendus sanguis, parcior semper, in hora temperata diei, & matutina mittendus, & quod maximi refert, in plenilunio: Perseuerante peste, ad maiorem securitatem, atq; præcautionem, & noua in corpore genita plectoria spatio mensium duorum à prima sanguinis missione trāsacto, iterum detrahendus pareiori etiam, quàm prima uice quantitate, è brachio tamen opposito, à mediana, uel communi, uel etiam basilica in utroq; latere, ita ut priori uice in latere dextro, altera in sinistro uena tundatur. Ceterùm in mulieribus, quibus menses fluunt, proportione temporis aperienda saphœna, hoc est pedis, & huius dextri: Quòd si praua humorum

Rectus vsus mittendi sanguinis.

H copia scateat corpus, hoc blandiore purgante soluendum, nil etenim æquè magis pertimescendum in casu, atquè uentris aliqua effatu digna solutio propter lagiorem humiditatem, quæ uiget; quare pro natura excedentis humoris, syruppus eligendus, qui unum, uel alterum educat humorem, rosaceus in bile, uiolaceus item, uel manna cum decocto thamarindorum mirabulanorum, &c. In expurgando autem sanguine, præstantissimus exhibendus syruppus, endiuiæ, cicorij,

Pharmacia lenis in præcauenda peste.

Syrup accōmodatus.

V 3

corij, fumariæ, lupulorum, & boraginis succus, clarificatus, vel per residentiam depuratus: Biliosi humores cum fuerint paululùm præparati, cum syruppo de acedine citri, oxisacchara, vel acetoso simplici, Rhabarbari erunt portione purgandi, cum Elect. de psillio, atq; de succo rosarum, quibus in valentiori cacochimia vtendum. Formula verò hæc esse debet. ℞. *Syruppi ros. solutiui vncias tres, Decocti florum, & fructuũ cum vncia media pulpæ thamarindorum, quantum satis*, Misce fiat potio, sumenda quatuor horis ante cibum, hæc formula est biliosum Lenientis humorem; qui præparatus cum erit, vncia oxisaccharæ cum media syrup. de acetosa, & decocto endiuiæ, cicerbitæ, acetosæ ita purgandus. ℞. *Rhabarbari electi dragmam vnam, pulpæ Thamarindorum vnciam mediam, syrup. Ros. solut. vncias tres, cum decocto sui syrupp. fiat potio*, sumaturq; horis quatuor ante cibum; Atq; hæc præcauendæ pestis remedia sunt opportuniora, calore vrgente, & æstu, in quo bilis redundat. Verùm in placidiore aëris tempestate, syruppus ex arte parandus hic est, ℞. *graminis, rusci, asparagi ana unciã vnam, glycirizzæ recentis vnciam mediam cicoreæ buglosii, endiuiæ, lupulorum, oxalidis, lactucæ, capillorum ven. manipul. vnum, prunorum acidorum numero XX. pulpæ thamarindorũ, passularum ana dragmas sex, quatuor seminum frigidorum maiorum, anisorum dragmas duas, quatuor florum cordialium ana pugil. vnum, hordei integri, ciscerum rubeorum ana pugillum medium, Aqua fontis, aut cisterna, pro ratione contagij ab aëre, vel terra, vt dictum, quantum satis, coquantur omnia simul, & facta diligenti colatura*, ℞. *dictæ decoctionis lib. vnam, & mediam, succi granatorum acidorum, limonum ana vncias tres, sacchari albissimi quantum satis, cinamomi, & macis ana dragmam vnam, sandalorum alborum scrupulos quatuor*, fiat ex arte syruppus, cuius vsus quotidianus erit, vel si minùs purgandum, vel cacochimiæ cuilibet occurrendum; diluendus autem cum decocto, vel aqua fonci, scabiosæ, marrubij, angelicæ, tormentillæ, & huius generis; peccante igitur bile, sic agendum; Vbi verò pituita vigeat, mel rosaceum perscribendum ad vncias quatuor pro leniente, oximel autem simplex, aut mel rosaceum simplex ad præparandum, inde portio Diaphiniconnis addenda melli rosaceo, ad duas, puta, dragmas; quamuis perscriptus magistralis syruppus facere possit satis vnicuiq; cacochimiæ, dummodo diluatur cum respicientibus vnum, vel alterum humorem, de quibus suo loco prædictum; & quoniam non licet crebriore vti, ac longiori purgatione, consulimus celebrium medicorum.

Purgatio cõmoda.

Rectus. vsus.

Pestis remedia vigente calore; & æstu pręs bile.

B.

In tempore placidiori syrupp. magistralis.

C.

D

Pharmacia uigente pituita.

Notandum in casu 1.

E medicorum consilio quotidianum Alephanginarum pilularum vsum, & eò magis, cum opus fuerit menstruas in fœminis ducere purgationes, vel hæmorroidas prouocare in viris; & quoniam commendauimus Rufi, seu rufas magis à colore vocatas pilulas harum compositio hæc ipsa est. Aëtius lib. 5. cap. 95. Notandum secundum.

℞. Aloës epaticæ dragmas duas, Myrrhæ electæ dragmam vnã, croci orientalis dragmam mediam, cum syruppo de Absinthio hyeme, cum acetolo simplici, aut succo acetosę reformentur æstate, quarum vsus frequentior esto, & mane diluculo ad semidragmam, & dragmam, & quandoque ante cœnam, vt nostras exhibere solemus Alephanginas. Quòd si vrbani, & alij, temperamenti fuerint calidioris, superbibant aquam oxalidis; vtantur autem genere vno, vel altero pilularum bis in hebdomada, vel tertia quaq; die, in minori quantitate, ad magnitudinem ciceris; neq; omittenda oxalidis aqua; nam præterquamquòd caliditatem pilularum attemperat, accedit, quòd vim defert illarum, per corpus vniuersum: Quòd si bilis, vel pituita exeedat, portio addenda, rhabarbari, vel agarici, massaq; reformanda, per vsumq; seruanda, hunc scilicet in modum. Pilulæ vocatæ Rufi. Vtendi modus. Notandum tertium.

F

*℞. Pilularum de tribus Rufi, dragmam vnam, Rhabarbari electi, Agarici trocisçati ana scrupulum vnum: si bilis, & pituita æqualiter excedat, cum syruppo, vel succo limonum reformentur*

G *pilulæ ad vsum prædictum*; exhibeantur ab ijs, qui minus pilulis exhibendis sese accommodant, vna scilicet pro vice ante cœnam. In ingenti cacochimia, post aliquam blandè factam, & repetitis vicibus euacuationem, excitanda vlcuscula in cruribus ferro candente, vel caustico medicamento, seruandaq; adaperta, quò virulentia inferiùs deferatur; exteriùs muniendum est cor assidua gestatione, contactu, & visu corallorum, smaragdi, & granatorum; hæc enim cor, smaragdi hepar, corallia ventriculum tuentur; ad hæc hyacinthus, Agates, topazium, margaritæ, huiusq; generis alia collo gestanda, & manibus contrectanda; Argentum viuum collo portatum mirificas habet vires; Et Arsenicum, quod venenum est, eandem possidet, gestari autem debent propè regionem cordis; An quia veneni pestem educant? Ita grauiorum auctorum extat sententia; Sic & alia, quæ ore detineri possunt, vel deglutiri ex arte paranda; detinenda autem, & deglutienda sunt, quæ prædictis ex lapidibus efformari possunt, lozengię, vel placentulę, aut orbelli, excepti succo limonum, si debeant deglutiri, ceræ albæ modico, si diutiùs in ore seruari: contrectanda sunt frequenter folia limonum, & citri, ipsimet limones, ac citri, radix angelicæ, zedoaria, Notandum quartum. Quomodo cordis habenda ratio. Monitum.

H

ria, iris, pimpinella, quinquefolium, tormentilla, aristolochia, gentia..a, ex quibus decocta etiam facienda pro ablutione faciei, oris, manuum, & data occasione pedum, exempli gratia. A

Decoctum pro ablutione partium.

℞. *Zedoaria, vel corticis citri tenuissimè puluerizati unciam mediam, aqua rosata libram mediam, vini albi odoratissimi, aut maluatici uncias tres, aceti albi uncias duas*, Misce ad usum dictum, priùs igne decoctis. Globulum prætereà gestent Vrbani, factum ex iunipero, uel fraxino, interius uacuo, perforatu exteriùs, qui pro arbitrio claudi possit, & aperiri, introq; asseruetur spongię recentioris frustrum, aqua priùs diligenter ablutum, infusumquè in assignato decocto; In calidiori attamen tempestate, aqua rosacea, uiolarum nenupharis, & acetum satis erunt ad madefaciendam spongiam, manibusq; gestandam; neq; theriacæ interim aspernandus contactus, & odoratus, rosarum item, uiolarum, mirthi, libanotidis, mellisophilli, ozimi, & similium calidiorum, frigore pręsertim uigente: Pro ditioribus ex ambra, zibetto, muscho, stirace calamita, mirrha electissima, cum Florentina iride, aut Veneta; hyemis tempore fabricanda est pila, ęstiuo autem cum succino, camphora, sandalorum speciebus, utroquè been cum maiori agallochi quantitate, modico musci, & ambræ præparanda; pro utraquè anni tempestate hæc erit formula, præter eam, quam desuper conscripsimus. ℞. *Iridis Florentinæ, calami aromatici ana dragmas duas been albi, & rubri, sandali citrini, cocci baphici ana darg. vnam, mirtillorum, rosarum rubearum, florum nimpheæ, papaueris albi, coriandri præparati ana scrupulos duos camphoræ scrupulum vnum, succini electi scrupulos quatuor, laudani purissimi dragmas sex, ambræ granum vnum, musci grana duo*; excipiatur aqua rosacea, uel myrthina cũ modico aceto, quibus addatur carbonis saliciis parum, efformetur pila, quæ nigri erit coloris, & odorata, æstiuo tempore accommodatissima; quæ tamen hyeme sic præparanda. ℞. *Radicum Valerianæ, Zedoariæ ana dragmas duas corticum citri dragmam vnam, & mediam; ozimi gariophillorum, maioranæ, nucis muscatæ, macis, cinamomi, spicæ nardi ana dragmam vnam, benyoini, storacis calamitæ ana scrupulos duos, ligni Aloës dragmam mediam, ambræ grana duo, Musci grana tria, laudani purissimi unciam mediam, cum aqua maioranæ, vel aranciorum* formetur pila eodem modo, nec vna tantùm, sed multiplex, maiorem omnium addendo quantitatem, pro aliorum vsu, & utilitate, nequè solùm manibus semper gestanda, sed in pluribus cubiculis, & habitationis locis ad aërem alterandum apponenda: His minus urbani contenti, sacculos

Globulus ad gestādū pro hyeme.

Pro æstate. B

Pro pauperibus.

Pro diuitibus.

Pila pro hyeme & æstate

C

D

Pilæ vsus ad versus pestē.

E sacculos, in quibus caput deponunt, seu puluinar inclusione nonnullorum fragrantium efformari præcipiant; Nares illinimentis iam dicti generis communiant, cor autem atq; iecur epithematibus accommodatis, feruorem vtriusq; attemperantibus respiciant; Prioris generis erit, quod sequitur. Sacculorum vius vel puluinatis.

Linimentum ad pestem.

℞. *Olei rosati vncias duas, Cytoniorum vnciam vnam, & mediam, aceti, vini albi ana vnciam vnam, olei de spica vnciam mediam, cinamomi, gariophillorum, spica, schenanthi ana dragmam vnã, sandalorum alborum, & rubeorum ana scrupulos quatuor, cera alba quantum satis*, Misce pro linimento hypocondrij dextri. Alterius, quod habet. ℞. *Sandalorum alborum, & rubeorum,*
F *calami aromatici, ciperi ana drag. vnam granorum tinctorum, croci, schenanthi ana vnciam med. camphora sirup. vnum, aquarũ solani, endiuia, plantaginis, absinthij ana lib. mediam, aceti rosati vnciam mediam*, Misce, pro fomentatione pariter hypocondrij dextri, quum fuerit efferuentiùs, fiatq; fomentum cum panno lineo; vel spongia tepente, nec frigida. Monitum.

***Remedia nonnulla faciliora paratu, ad præcauendam pestem, tam ab aëre, quàm terra manantem, interna, & externa.***

***Cap. XI.***

G AD vrbanos scribentes, nostras conieceimus partes facilitatem pro viribus, in singulis attendere, illamq; clarioribus explicare; Vrbanis ergo, quibus datum non erit, præfata medendi methodo sibi ipsis occurrere, illud curæ esse debet, vt muniant sese interiùs, aduersùs pestilentiæ labem, extrinsecùs autem vtcumq; licebit. Quamobrem studeant omni simul ingenio cor diu, noctuque præmunire; cum itaquè aër frigidior erit, assumant modicum panis assi, & in vino generoso intincti; dataquè inde occasione, domo Primum facile præsidium ad pestẽ
H egrediantur; Altera verò die caricam assumant, cum nucis iuglandis dimidio minimè rancidæ, ac virentis rutæ folijs quatuor, vel quinquè, & salis grano; quò præsidio Mitridates mirificè aduersùs omnium generum venena vtebatur; cuius loco vti quoq; possunt dragma vna pulueris hypericonnis, ex vino, aqua buglossi diluto; cui etiam negocio satis facit scordeum ad semidragmam in puluerem redactum, cum oxalidis aqua, & vini modico; Ita vt singulo mane vnum, vel alterum ieiuno stomacho preassumatur. Vigẽte maiori æstu, & naturis calidioribus, Secundum. Tertium.

assumant

su nant panis micam limonum succo, vel araneiorum præma- A
ceratam, vel cum aceto, & aqua rosacea, vel iusculo suauissimo pulli gallinacei, in quo fuerit oxalis decocta, vel cicerbita, cui, si cinamomi parum addatur, & sacchari, imbecilliori consulent ventriculo, viresq; seruabunt. Eodem modo granatorum succus ad coclearia duo, in ventriculo frigidiori, dulcium, calidiori verò acidorum, magna cum felicitate sorbetur; Acetosæ folia nouem in aceto priùs demersa, ideq; demorsa, & manducata, præcipuum aduersùs pestem extat remedium; cæterum de numero sollicitos haud velim; ego enim folia copiosiora præcipio; neq; abusum insectandū censeo illorum, qui aquam probant ardentem, humores namq; & spiritus accendit; quod B
in pestilenti constitutione præcauendum; quamobrem magis, atq; magis collaudo, quæ refrigerando conseruant, vt cicerbitæ succus, & vini parum, hoc ad vehiculum, ille ad exiccandum, atq; refrigerandum, singulo itaquè mane præassumendus; eligenda verò cicerbita illa, quæ parietibus saxorum frigidiorum inhæret, vt quæ siccior, & frigidior sit, pugnareque cum his ipsis valde in casu est opportunum: Inter composita, faciliora, q; paratu multa sunt, sed præcipuè puluis, qui habet hæc omnia.

*Per iusculū.*

*Per succum granatorum*

*Abusus a. quæ vitis.*

*Per cicerbitæ succum.*

℞. *Boli armeni vnciam mediam, radicum tormentillæ dragmas duas, Angelicæ dragmam vnam, Sacchari ad pondus omnium;* Misce, fiat puluis, cuius dragma vna sumatur sæpiùs, ieiuno C
stomacho cum pulli iusculo, vel cicerbitæ succo, Regium quoq; præsidium est, quod modò apponemus, & ex Rege de Aragonia.

*Pilulæ ad p. cauendā pestem.*

℞. *Dittami albi, corallorum alborum, gentianæ, terræ sigillatæ, boli armeni, cardui benedicti ana partes æquales;* Misce, fiat puluis tenuissimus, qui non solùm præseruat, sed curat, sumaturq; cum vini modico, vel aquæ scabiosæ vncia, ad semidragmam. Pro delicatioribus conseruæ plurimùm accommodatæ sunt, quales *Boraginis, buglossi, rosarum vncia vna, Margaritarum dragma vna, Theriacæ vncia media, Mithridati dragma vna. Iacinthi, Saphiri, Smaragdi ana scrupulus vnus, Sacchari vncia duæ, foliorum auri numero septem, ex quibus facta* D
*mixtura, vel electuario cum succo granatorum quantum satis, vncia vna sumatur pro vice singulo mane:* Præstantissima etiam est, quæ sequitur compositio.

*Præsidium Regium.*

*Conseruæ pro delicatis*

℞. *Conseruarum quatuor cordialium ana vnciam vnam, fragmentorum omnium vnciam mediam, foliorum auri numero decem, boli armeni dragmas sex, cum succo de limonibus, quantū satis, reformetur electuarium,* cuius vsus ad castaneæ quantitatem sic mane singulo, superlibaturq; immediatè, ad vehiculū portio

*Mixtura ad pestem præcauendam.*

E portio modica fontis aquæ, oxalidis, uel cicerbitæ. Quòd si quis gaudeat simpliciori potu, hoc vno utatur.

*℞. Syruppi de acedine citri, vel de succo acetosa, vel ribes, aut de limonibus uncias sex, Aquarum acetosa, rosarum ana libras duas, vini granatorum ana unciam vnam, & mediam*, Misce, fiat iuleb longum, clarificetur secundùm artem, aromatizetur cum sandalis, sumaturq; vncia una pro uice, diluenda si placet cum purissima, & optima fontis aqua. Verum enimuerò quoniam conseruæ pertinaciùs hærent, pro ditioribus sequentem prpponimus. — Potus ad præcauendam pestem.

F *℞. Conseruarum foliorum nimphea, acetosa, boraginis ana unciã vnã, & mediam, boli armeni purissimi abluti cum decoctione buglosis, & rosaru n dragmas duas, radicis angelica, zedcaria, seminis citri decorticati, corallorum rubeorum ana dragmam vnam, cinamomi, margaritarum electarum ana dragmam mediam, camphora scrupulum vnum, Ambra grisia grana duo, musci grana tria, succi scordei, trifolij bituminosi ana uncias duas, resideant succi, cum syruppo de limonibus, omnibus puluerizatis, leuiterq; ad ignem efferuefactis, fiat electuarium*, cuius dosis media sit uncia pro uice, singulo mane, antequam assumens exeat domo: Ceterùm quia non omnes diuites extant, sed aliquibus domi res est angusta, horum gratiâ assumendum consulimus, quod habet. — Conserua ad precauendã pestem. Pro diuitib.

G *℞. Conserua enula campana unciam vnam, radicum Ireos unciam mediam, nucum aridarum, non tamen rãcidarum, foliorum ruta ana dragmas duas, seminum citri, aranei, hyperici, baccarum iuniperi ana dragmam vnam, succi oxalidis, & buglossi quantum satis, cum melle rosaceo colato formetur electuarium*, cuius dosis est à dragma una ad tres, & quoniam subamarum est, saccharum addi potest, in bolliq; formam reduci; Si quis autem optet lozengias, uel tabellas, ita perscribimus. — Pro pauperibus.

*℞. Boli armeni finissimi unciam vnam, & mediam, corallarum rubeorum unciam vnam, radicum angelica, tormentilla, dittami recentis ana unciam mediam, macis, conserua oxalidis ana*

H *dragmas duas, zedoaria scrupulos duos, margaritarum scrupulum vnum, sacchari albissimi dissoluti in aqua decoctionis scordei, scabiosa, aut buglossi quantum satis*, fiant rotulæ ponderis dragmarum duarum, quarum usus quotidianus existat; nullaq; sit dies, in qua non antecedat eorum aliquid, quæ hactenus perscripsimus; nulloq; non tempore quidpiam ore detineatur, quod ante pestilentis aëris ingressum aërem pro viribus corrigat, ueluti angelicæ radix, zedoariæ, enulæ campanæ, iuniperi baccæ, semina — Rotulæ ad pestem. Notandum, & monitũ.

Nodulus pro pauperibus. Pro rusticis. Aures vt muniendæ.

femina citri &c. Naresq; communiendæ, huius pestilentis aëris A gratiâ, cum nodulo ex melissa, ruta, rosmarino, scordeo, saluia, gariophillo, absinthio, nuce muscata, croco, radice angelica, atq, similibus, aceto maceratis; cunctaquè acetum sapiat, æstate cum aqua rosacea permistum, hyeme cum ardenti, quo nomine alliorum, & cœparum odor præstantissimus erit; cerebrum namq; defendunt, corpusq; integrum; vnde crebri causa proderit sternutamentum; & quia maximè ab aëre pestilenti afficitur, non solùm os, & nares communiendæ, sed aures, temporaquè aqua Theriacali; vel solo aceto. Descriptio aquæ Theriacalis à Parreo chirurgo, regio petenda libro vigesimo primo de peste, cap. septimo; nos facilitatem in Vrbanorum gratiâ B attendentes, faciliora conscripsimus, & ad finem, Deo fauente, nostræ huiusce Methodi properauimus.

SECTIONIS QVINTÆ, ET VLTIMÆ FINIS.

AVCTO-

# AVCTORIS PERORATIO

EPICVRVS ille philosophus, de grege, vt scripserat Flaccus, & benè porcorum, Epicureorum secta princeps, quoniam, si quid vnquam boni conscripsit, illud vnum visum est nobis, à Pierio Valeriano rescriptum.

ἑκαςος ἡμῶν ἀσχολουμένος ἀποθνήσκει.

*Nemo scilicet, lingua nostra diceret hominum est, qui non inter agendum obeat: Id cum ita sit; hominiquè, ex Plutarcho ingenitum existat viuere, quò magis concessum hac in præsenti nostra Methodo, fauente Deo, præstitimus, auxilia proposuimus, quibus ducibus valeat vnusquisquè vitam incolumem viuere, ac prorogare, non lautitijs dicendi, exquisitiorique sermonis lepore, sed firma, solidaquè Medicina theoria, & praxi; quod igitur per vires licuit, effecimus, non calceo repetimus, vt ille dixit, precioso, non aureo anulo, non diademate, sed opportuna victus ratione, atquè medelis; his, qui sapiunt vtantur, vsum modò nos apportauimus.*

Auctorum

Auctorum nomina, quorum fide, testimonio, & auctoritate methodus de Tuenda Vrbanorum virorum valetudine conscripta est.

Æsculapius
Aëtius
Antonius Zara Episc.
Alexander Aphrodiseus
Alexander Petronius
Alexander Trallianus
Alexander Magnus
Athenæus
Aristoteles
Antiphanes
Aristophanes
Arnaldus Villanouanus
Aretæus
Auerroes Auelzoar
D.Augustinus
Auicennas
Caius Iulius Cęsar
Casiodorus
Catullus
Cyprianus (stis
Christopharus de Hone-
Clemens Alexandrinus
Claudianus Poëta
Cœlius Aurelianus
Cornelius Celsus
Columella
Diocles Caristius
Dioscorides
Euripides
Franciscus Petrarcha
Phauorinus pater auctoris
Franciscus Vallesius
Phylaletes Polycopiensis
Galenus
Gentilis de Fulgineo
Gregorius Nazianzenus
Georgius Bertinus Campanus
Gulielmus Rondoletius
Gregorius Bertinus
Hesiodus
Heraclitus
D-Hieronymus
Hieronymus Mercurialis
Horatius
Hieronymus Fracastorius
Homerus

Homerus
Ioannes Valuerdus
Ioannes Manardus
Ioannes Damaſcenus
Ioannes Coſta
Ioannes Fernelius
Iſaacchus
Iuuenalis
Ioannes Valleſius
Lucanus
Lucilius
Lucretius
Macer Poëta
Macrobius
Marcus Tullius
Martialis
Marſilius Ficinus
Meſues
Natalis Comes
Nicander
Ouidius
Oribaſius
Paulus Ægineta
Palladius
Pindarus
Plutarchus
Pythagoras
Philo
Ptolomæus
Plato
Polibius
Plautus
Pontanus Poëta
Plinius Secundus
Plinius Iunior
Poëta Sycionius
Propertius
Quintus Serenus
Raſes Romulus Pollio
Rufus Medicus
Rabi Moſes
Seneca
Stratonicus Citharædus
Siluius Med.
Suetonius
Tales
Titus Liuius
Theodorus Gaza
Titus Aſclepiadeus
Theophraſtus
Vitruuius
Vgo
Victor Trincauellius
Xenophon.

Corrector

# Corrector Lectori.

Typographia cum sit mater errorum, haud mirum, si quantacumq; adhibita diligentia pauciores irrepserint, vel enim Typographi properantis quandoq; festinatio fuit, vel correctoris caligatio: Quidquid fuerit, facillimo vel negocio à candido lectore corrigi poterunt, si priorem numerum paginæ, alterum lineę, & postillis accommodet; Vale.

Errores in corpore libri sic corrigito.

| | | |
|---|---|---|
| 5. | 1. | valetudine. |
| 7. | 25. | fuit. |
| 9. | 40. | agentis. |
| 18. | 34. | peculiaris. |
| 28. | 1. | ablatus. |
| 30. | 5. | spectatur. |
| 30. | 21. | sanguis. |
| 30. | 28. | adhibenda. |
| 31. | 34. | iniuriarum |
| 31. | 28. | ad memoriam |
| 32. | 41. | sanguinolenta |
| 37. | 1. | sint |
| 49. | 18. | humani |
| 49. | 17. | inculpatas |
| 49. | 35. | feriantur |
| 50. | 25. | minuitur. |
| 50. | 41. | halitum |
| 57. | 26. | philosophicæ |
| 60. | 10. | longeuaquè |
| 62. | 26. | comedentis |
| 63. | 2. | compositus |
| 63. | 4. | Euporiston |
| 64. | 8. | Veruecina |
| 64. | 8. | oedina |
| 64. | 14. | friabiles |
| 64. | 17. | Iuiubę |
| 64. | 27. | pinguiores |
| 101 | 1. | resici |
| 103 | 12. | exonerare |
| 104 | 18. | frigidius |
| 114 | 32. | ceeinerie |
| 117 | 24. | vrbanorum |
| 124 | 19. | tritico |
| 134 | 35. | fit |
| 314 | 42. | subfrigidus |
| 135 | 16. | vnam |
| 137 | 1. | hypolapatum |
| 139 | 24. | mitigat |
| 143 | 22. | ventris |
| 143 | 39. | en tibi ex |
| 155 | 2. | saliua |
| 155 | 18. | propositum |
| 192 | 31. | viuificet. |
| 200 | 30 | gestabatur |
| 205 | 12. | affectos |
| 205 | 21. | descendere |
| 216. | 16. | durantiam |
| 222 | 16. | nulla |

Postillarum errores ita corrigito.

| | | |
|---|---|---|
| 15 | 1. | in quo |
| 18. | 4 | humidum |
| 18 | 4. | frigidum |
| 37 | 7. | ex fœcibus |
| 41 | 8. | arguat |
| 42 | 6. | ex somno |
| 46 | 2. | laboraturi |
| 46 | 3. | laboraturi |
| 62 | 5. | assumendis |
| 136 | 2. | Robellia |
| 138 | 3. | cucurbitarum |
| 138 | 7. | exercitatis |
| 148 | 2. | multiplex |
| 154 | 13. | Dipnosophist. |
| 164 | 1. | malitiæ |
| 176 | 3. | capitati |
| 180 | 6. | dulce |
| 184 | 2. | edendi |
| 197 | 10 | à quo |
| 209 | 1. | Carystius |
| 218 | 3. | suspectus |
| 225 | 6. | humoribus |
| 231 | 5. | Pilulæ |
| 241 | 4. | frigida |
| 258 | 5. | expertæ |
| 258 | 6. | hœmorroidali |
| 263 | 3. | symptomata |
| 280 | 6. | potentiale |
| 289 | 2. | potandum |
| 291 | 2. | qui |
| 291 | 2. | carent |
| 300 | 3. | prǣcaueatur. |

# INDEX RERVM MAGIS
## MEMORABILIVM

Prior numerus paginam, littera locum significat.

## A.



X Animi.

## B.



Brassica

Pal.

# INDEX

## E



## F



## G



 Geni-

Ebrie-

Vinum

*Vrba*

# T



Tem-

# P.

# I N D E X:



*Saltus,*

# I N D E X





*F I N I S.*

---

## REGISTRVM

*ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVX.

Omnes sunt duerniones, præter * quod est medius